UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01096985 5

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

T316 Br

8481

# P. TERENTII AFRI COMOEDIAE SEX.

10.

TEXTUM
AD FIDEM CODICIS HALENSIS ANTIQUISSIMI
CRITICIS NONDUM COGNITI
EDIDIT,
VARIAM EDITIONUM LECTIONEM
ANNOTAVIT,
SCHOLIA A VULGATIS DIVERSA
EX EODEM CODICE DESCRIPSIT
ET
CEL. RUHNKENII
DICTATA IN TERENTIUM
NECDUM TYPIS IMPRESSA
ADIECIT

D. PAULUS IACOBUS BRUNS
PHILOSOPHIAE PROFESSOR P. O.
IN ACADEMIA HALENSI.

8393
30/9

TOMUS I.
ANDRIA. EUNUCHUS. HEAUTONTIMORUMENOS.

HALAE
IN LIBRARIA RENGERIANA
MDCCCXI.

# PRAEFATIO.

Qua fortuna ſaepenumero in bibliothecis a me perluſtratis adhuc uſus ſum, ut literarum monumenta viris doctis vel plane non vel non ſatis cognita invenirem, eandem mihi Halae, poſtquam hic ſedem fixi, obtigiſſe, omnino gaudeo. In bibliotheca Mariana, quam menſe Iunio praeteriti anni primum adii, a doctiſſimo et humaniſſimo eius cuſtode Kemme Med. D. et P. P. O. mihi oſtendebatur codex comoediarum Terentii membranaceus, quem ibi aſſervari ignorabam. Nam neque nuperi eius editores cl. Schmieder a. MDCCXCIV. et cl. Bothe MDCCCVI. neque alii, qui ante iſtos viros doctiſſimos de Terentio edendo et illuſtrando bene meriti ſunt, codicem laudarunt. Bothius ſex codices manuſcriptos, nempe tres Berolinenſes, duos Guelpherbytanos et unum Helmſtadienſem ad adornandam editionem ſuam adhibuit. Non credo Halenſem deſpectui ei futurum fuiſſe, ſi de eo aliquid fando audiviſſet. Extare

codicem Terentii Halae in bibliotheca, quae eſt eccleſiae S. Mariae, indicarant Stiebritz in epitome deſcriptionis circuli Salani a Dreyhauptio conſcriptae (J. C. v. Dreyhaupt Beſchreibung d. Saal-Creyſes in e. Auszug gebracht verbeſſ. u. vermehrt von J. T. Stiebritz) T. II. p, 293. quanquam praeter notitiam extare ibi *Terentii codicem membranaceum* 4° nihil attulit et cenſor editionis Schmiederianae in ephemeridibus literariis catholicis (Allgemeine literat. Zeitung No. 327. Vol. IV. p. 37) qui annotat apparatum criticum ab editore neglectum eſſe, quanquam *Halae codex MS. Terentii reperiatur.* Binis his teſtibus exceptis nullus mihi innotuit, qui codicem laudavit.

Priusquam conſilium, quod in hoc opere inii, accuratius indicem, codicis hiſtoriam, indolem, antiquitatem et praeſtantiam deſcribam. Fuit quidem codex, ut ex notitia praefixa certum eſt, olim peculium Henrici Ellenbergeri, utriusque Medicinae Doctoris et Archiatri quondam reverendiſſimi ac sereniſſimi principis Chriſtiani Wilhelmi, Archiepiſcopi Magdeburgici, qui ſecundum Stiebritzium l. c. T. I. p. 195. et 259. ad dignitatem archiepiſcopatus evectus eſt a. MDCIX. mortuus a. MDCLXV. Ex Ellenbergeri nempe avi ſui materni bibliotheca codicem ſibi comparavit et bibliothecae patriae inferri curavit Melchior Redel con-

ſul patriae, hoc munere functus a. MDCLXVII — MDCXC et mortuus MDCXCI teſte Dreyhaupt Beſchreib. des Saal-Creyſſes T. II. pag. 345.

Continet codex ſcriptus in membrana ſatis craſſa, forma, quam vocant *folio minori*, in quaterniones complicata, Terentii comoedias ſex, nullo verſuum interſtitio ſive iunctis verſibus, praeter argumentum et prologum Andriae, prologum Eunuchi, atque Heautont. Act. II. Sc. IV. v. 1 — 14 quae omnia verſibus diviſa ſunt. Lacunam unicam in Eunucho vide ſis pag. 224 — 232 huius novae editionis. Comoediis argumenta praemittuntur ſoluto ſermone confecta ab editis diverſa. Codicem inchoat vita Terentii, quam ex codice Oxonienſi ab Abrah. Gronovio deſcriptam A. H. Weſterhovius editioni Hagae Comit. MDCCXXVI procuratae inſeruit pag. XXXII et XXXIII. Vitiis apographon hoc inquinatum eſſe neque Weſterhovius, neque, qui Weſterhovianam editionem Lipſiae repetiit, Zeunius a. MDCCLXXIV odoratus eſt. Plenior et accuratior huius vitae editio ex noſtro codice nunc prodiit; atque vel plane non vel accurate eam edendam fuiſſe, concedent omnes, qui antiquarum literarum non plane rudes ſunt. Quis huius vitae auctor fuerit, non liquet. Si, qui argumentum Andriae, quod in editione noſtra pag. 5 lin. 13 cum vita Terentii connectitur, ſcripſit, etiam auctor vitae Terentii, quae praecedit, ha-

bendus eſt, quod perquam veriſimile eſt, Eugraphius, qui vixit ſeculo decimo (v. teſtem in edit. Zeun. p XX.) vitam ſcripſit. Nam poſtrema huius argumenti verba: *verba ſunt Caliopii — plaudite* pag. 7. lin. 15 — 18 Faernus aperte tribuit Eugraphio in nota ad ultimum verſum Andriae, quam lege in edit. Bentleiana Terentii Lipſ. MDCCXCI recuſa p. 95. Ante Petrarcham, qui vixit ſec. XIV, exaratam eſſe, patet ex *dictis* eius apud Weſterh. pag. XXXIV. ſqq. complures auctoris, quem ad *modernos* ablegat et *ſcholaſticos rerum ignaros*, errores caſtigantis. Scholaſticus vero denotat virum dignitatis eccleſiaſticae, qui ſcholis eccleſiaſticis praeerat (v. Fabric. biblioth. lat. I. 33. II. 36) quo ſenſu Caliopius, cuius recenſionem, utpote omnium optimam habitam, ſcriba ſuam fecit, *ſcholaſticus* vocatur in fine codicis. Ceterum *dicta* Petrarchae ſive *P. Terentii Vita de dictis D. F. Petrarchae* deſumta ex editione Mediolanenſi MCCCCLXXVI, quo nomine apud Weſterhovium l. c. legitur, extat etiam in codice manuſcripto Vindobonenſi, quem ex Lambecio affert Fabric. l. c. I. 31. ibique laudata argumenta inedita omnium comoediarum fortaſſe eadem ſunt quae nunc ex codice Halenſi protulimus.

Comoediae non diſertis verbis actibus et ſcenis diviſae ſunt. Initium tamen novae ſcenae prodit maior initialis vocis litera, deinde ſpatium, quo

a praecedenti ſeparatur, tandem in tribus prioribus comoediis expreſſa perſonarum omnium, quae introducuntur, initio novae ſcenae commemoratio; in tribus enim poſterioribus una tantum perſona, ea ſcilicet, quae prima loquitur, nominatur. In Andria interdum prima ſcenae linea minio ſive rubro colore diſtincta eſt.

Textus incluſus eſt binis lineis ab utroque latere perpendicularibus. Binae lineae ſuperne ductae initio textus totidemque infra per totum membranae ſpatium decurrunt. Ceterae extra ſpatium textus non vagantur. Omnes lineae ſtilo ductae ſunt, nullo adhibito colore, ſtilique ſatis acuti ipſamque membranam incidentis ſuperſunt veſtigia ſatis clara. Singulae paginae conſiſtunt XXVII lineis, quibus textus continuo ſive una ſerie inſcriptus eſt. Atramentum non nigrum, ſed flavum et pallidum. Character, quo codex exaratus eſt, minusculus erectus ſeculi decimi vel undecimi, praeterquam quod interdum non ſolum ſingulae literae unciales ſunt, ſed paſſim voces et integrae lineae iisdem conſtant literis uncialibus. Occurrunt hae literae in nominibus perſonarum, quae ſermonibus praefiguntur, deinde in epilogo ad calcem comoediarum, tandem initio argumenti vel prologi. Tria autem uncialium genera diſtingui poſſunt, primum commune et conſuetum eſt, ſecundum, quod recentiores diplomatici ſcripturam

capitalem vocant, conſpicitur in literis ſcenarum initialibus, tertii pauciſſimae ſunt literae, ultra conſuetum modum grandes, et variis ornamentis cinctae, ſcilicet initiales primae ſcenae in ſex comoediis et litera T initio totius libri. In literis uncialibus VS in unam figuram coaleſcit, ut S ſupra dextrum cornu literae V poſitum ſit.

Abbreviaturae ſive compendia ſcribendi, licet non deſint, tamen neque textum valde onerant, neque ſequiorem produnt aetatem. Si cum multis illis, quae cl. Mannert (Miſcell. meiſt diplomatiſch. Inhalts. p. 42) aeri incidenda curavit, comparantur, perpauca eſſe dices. Afferam ex tabulis Mannertianis abbreviaturas, ſi non omnes, tamen magnam partem earum, quas in codice Halenſi deprehendi, e. gr. abbreviatura in tab. 2. memorata, pro *us* inde a Sec. XI. obvia, eadem pro *poſt* e. g. in *poſthac* rariſſime tamen, nusquam abbreviatura pro *con* quam auctor non ante finem ſeculi XII. invenit. Ex tabula tertia Mannerti compendium pro *eſt* ſive lineola horizontalis inter duo puncta, quod Schoenemannus ex notis Tironianis derivat, ſemel vel bis in gloſſis, occurrit, nusquam in textu. Abbreviaturae pro *eſt*, *gratia*, *hunc*, *modo* rariſſime tamen, *non*, *per*, *prae*, *pro* tabulae quartae inciſae, pro *ſcilicet*, *vero* tab. quintae, pro *eſſe*, *gratia* tab. ſeptimae, pro *miſericordia*, ſemel tab. octavae, pro *pater*, *quo*-

*niam*, *ſanctus* tab. nonae etiam in codice occurrunt. Notandum autem lineolam curvam in his tabulis vocabulis impoſitam magis rectam eſſe in codice, quod ſignum antiquitatis eſſe monet Mannertus; deinde pauciores deprehendi abbreviaturas in textu comoediarum, plures in prolegomenis, et adhuc plures in gloſſis, in quibus etiam ſemel in vocabulo *compendioſe* pro ſyllaba *com* compendium iſtud vidi, quod extat tab. 9. et fini ſeculi XII. adſcribitur. Adſunt etiam in codice compendia ſcripturae, quae Mannertus non profert e. g. *ƚ* pro *vel*, ubivis in gloſſis, ſemel tantum in textu obvium, *id̄* pro *id eſt* uſitatum. De omnibus abbreviaturis univerſim ſpectatis valet, vocabula, non quotiescunque occurrunt, modo adducto abbreviari, ſed alia ſaepe, alia interdum, alia raro, vel rariſſime. In his vero abbrevationibus pauciſſimae erunt, quae non iam Seculo X vel XI. in codicibus obtinuerunt. Compendium ſcribendi ϴ quo nomen Terentii exprimitur in prologo Eunuchi v. pag. 154. huius editionis inter notas Tironianas referendum eſſe videtur.

Alia indicia ſeculi, cui codicem tribuimus, ſunt ſequentia. Diphthongus *æ* nusquam ſcribitur per *e* ſimplex, ſed per *æ* vel *ę* caudatum, et quidem priori forma ſaepius quam poſteriori; diphthongus *œ* per *oe*. Litera *i* ubique puncto vel accentu caret. Ubi adeſt, certiſſime a ſequiori manu adſcriptum eſt.

Quin duae literae *i i* continguae accentibus carent e. g. in *nuptiis*, *aliis*, *Dii*, *periit*, *abii* etc. et quum inde a ſeculo XII. accentus adſcripti ſint (v. Schönemann Verſuch e. Syſtems der Diplomatik T. II. p. 84) noſter codex aeram illam antecedit. Litera *e* in ſuperiori parte apicem habet (linguam vocat Schoenemann) *ſ* et *f* longiuſculae ſunt, ubicunque occurrunt, et infra lineam, cui inſiſtunt, protenſae, *r* interdum, inprimis in ultima linea paginae, eſt protenſa. Rariſſime digamma aeolicum loco literae *h* ſuperne vel ante ſequentem literam adſcriptum apparet e. gr. *ilarum* pro *hilarum*. In prologo Hecyrae II. 22. offendi literam *k* in voce *calamitas*, at nusquam alibi. Frequentiſſimum ſignum interpunctionis eſt punctum (.). Occurrit etiam ſemicolon (;) ſed plerumque, ni fallor, lineola curva (,) a recentiori manu addita eſt. Signum interrogandi non ſemper eandem figuram exhibet, credo, quia non ubique eadem manus appoſuit. Signum exclamandi (!) hac figura ∩ non ad finem vocis, ſed ſuper media voce, ad quam pertinet, hic illic poſitum eſt, e. gr. Heaut. IV. 1. 7. *quid* ∩*ſiet.* IV. 8. 21. ∩*Aegre.* Vix credo hanc figuram in libris, qui de re diplomatica agunt, annotatam eſſe. Colon (:) et comma (,) nusquam comparent.

Sequior manus in prima codicis pagina omnes, in ſequentibus quam plurimas literas atramento ni-

griori ſuperinduxit, et nomina loquentium, quae primum atramento ſcripta erant, minio illevit; poſtea tamen ipſe ſcriba in exarandis nominibus rubro colore uſus eſt. Per totum codicem recentior manus multum innovavit, lectiones delevit, alias introduxit, neque a mutandis interpunctionibus abſtinuit.

Quae hactenus de forma literarum totiusque codicis externa ad diiudicandam eius antiquitatem diſputavi, ex ſpecimine characteris in aes inciſo in ſecundo huius editionis tomo, propediem prodituro, clariora fient et certiora lectoribus artis diplomaticae gnaris.

Totus codex repletus eſt ſcholiis ſive gloſſis, quae ſcriptae ſunt literis exilibus, longe maximam partem, niſi me omnia fallunt, ab ipſo codicis ſcriba. Idem eſt atramentum, eadem orthographia, eadem abbreviationum ratio, idem literarum ductus. Quin membrana ipſa ſtatim ab initio ad capiendum notas deſtinata erat. Nam in adverſo folio margo ad dextrum latus ſatis amplus textu vacat, in averſo folio hic margo ad latus ſiniſtrum eſt. Lineis binis perpendicularibus, quae textum terminant, alia parallela ducta eſt, quae a membrana extrema non multum diſtat. Huic ſpatio inter duas lineas perpendiculares notae inſcriptae ſunt, quae ob prolixitatem contextui ſuperſcribi non poterant. Multae immo maxima gloſſarum pars, quia perquam breves ſunt, interlineares ſunt.

Hae autem annotationes ſive gloſſae non ſolum verba textus explicant, ſed etiam varias lectiones aliorum codicum continent. Haec lectionis varietas indicatur tum hac abbreviatura *ł* id eſt *vel*, tum illa *al.* i. e. *alius* ſive *alii* ſive *aliter*. Eſſe revera varias lectiones ex codicibus depromtas, non explicationes vel coniecturas, inde certum eſt, quia in aliis codicibus ſaepiſſime reperiuntur. Unde coniici poteſt, eas quae auctoritate codicis nondum fultae ſunt, illa tamen non deſtitutum iri, ſi codices accuratius examinantur. Varietas autem non ſolum pertinet ad voces, ſed etiam ad ſigna interpunctionis, dum ſaepius annotatur, loco ſigni interrogationis aliud adhiberi vel vice verſa. Obſervandum tamen eſt, voces quibus praemiſſum eſt *vel* aut *al.* tantummodo tum pro variis lectionibus habendas eſſe, ſi nihil amplius additur; alias haec vocabula non praegnanti ſenſu ſumenda eſſe. Vide e. gr. pag. 56. nota 15) pag. 87. nota 32) editionis noſtrae, ubi ineptum foret, *vel* de variis lectionibus intelligere. Gloſſae autem non omnes eadem manu ſcriptae ſunt. Quaedam enim forma elementorum maiori vel minus eleganti et a conſueta recedente recentiorem manum ſatis aperte etiam iis prodent, qui in excutiendis vetuſtis membranis non valde exercitati ſunt e. g. pag. 233. nota 14) editionis noſtrae inde a *Quia comoedia* alia manu ſcripta eſt. Obiter moneo hanc notam

Eugraphii eſſe. Item nota 71) pag. 237. alius ſcribae eſt.

In magna felicitatis meae parte repono, quod nondum exacto anni ſpatio in inclyta Academia Fridericiana, praeco eſſe poſſim codicis ibi cuſtoditi Terentii tum antiquiſſimi tum ſcholiis ſive gloſſis varii generis inſignis. Dolendum eſt, editores, quos nactus eſt eximius ille comicus, admodum negligenter codices ſuos deſcripſiſſe, ut comparatio iſtius nunc ex tenebris, ubi adhuc latuerat, in publicam lucem prodeuntis cum aliis non facile inſtitui poſſit. Si Faernus, qui primus criticen adultiorem in edendo Terentio adhibuiſſe dicitur, ipſe editionem curaſſet, fortaſſe de codicibus, quibus uſus eſt, accurate retuliſſet. At illo mortuo Petrus Victorius editionem vulgavit a. MDLXV. et pauca habet de ſubſidiis literariis quibus uſus eſt Faernus. Lindenbrogius, qui Faerno ſucceſſit a. MDCII. inprimis uſus eſt codice MS. bibliothecae regiae Pariſienſis magnae antiquitatis et bonitatis, in quo Terentii imago antiqua manu depicta erat. Eſt fortaſſe codex 7899 in catal. Biblioth. Reg. Pariſienſ. MSS. Latinor. T. IV. ubi Seculi IX. eſſe dicitur et ſcholiis inſtructus, de quibus nihil apud Lindenbrogium. Idem ille aliis libris ſcriptis uſum ſe eſſe teſtatur, qui tamen parum profuerant; nam et recentiores erant et leviter variabant. Franciſcus Hare MDCCXIV. adhibuit ſuppellectilem ex trede-

cim codicibus Anglicanis, in quibus plures melioris notae erant, a Nicol. Clagett collectam. v. praeſation. editioni praemiſſ. pag XXIV. Weſterhovio ad adornandam ſuam editionem MDCCXXVI. quinque codices Leidenſes praeſto erant praeter alios, quos adducit in praefat. Bentleius editioni ſuae Cantabr. et Londin. MDCCXXVI. Amſtel. MDCCXXVII. repetitae Lipſiae MDCCXCI. brevem praemiſit praefationem, quae narrat plurimos ſe codices ſcriptos Cantabrigienſes et Londinenſes ad editionem hanc contuliſſe et exegiſſe, et in notis nominatim appellaſſe. Uti omnes, quos hactenus laudavi, editores codices quos adhibuerunt, breviſſime indicarunt et appellarunt, non deſcripſerunt, ita etiam nuperrimus Terentii editor, ingenioſiſſimus Bothe MDCCCVI. labore accurate codices ſuos deſcribendi ſuperſedit. Quod ad horum unum attinet, nempe codicem olim academiae Helmſtadienſis, otium ipſi fecerat J. Facius in collatione huius codicis inſerta T. C. Harleſii opuſc. varii argum. Halae MDCCLXXIII. p. 214 — 386.

Conſideranti mihi horum codicum catalogum probabile eſt, nullum gloſſis vel ſcholiis iuſtructum eſſe, quia horum non expreſſa mentio facta eſt. Verum enimvero idem aliis codicibus evenire potuit, quod codici Bembino, quem Faernus omnium antiquiſſimum et praeſtantiſſimum habuit, factum eſt. Nam etſi Victorius in praefatione de ſcholiis

huic codici adſcriptis nihil admonet, certum tamen eſt ibi reperiri ex ipſis notis Faerni, qui ad Heautont. Prol. v. 4. ait *in libro Bembino ut per omnes alias comoedias antiquiſſima manu gloſſemata ex Donato in magine adſcripta ſunt ad locorum, quae incidunt, expoſitionem,* atque paſſim ad prologos comoediarum, et ad comoedias ipſas illuſtrandas excerpta inde protulit. Supereſſe codices Terentianos, quibus gloſſae et ſcholia diverſa ab illis, quae ſub nomine Donati, Eugraphii, Calpurnii typis excuſa ſunt, multa ſunt, quae mihi ſuadent. Catalogus codicum MSS. Latinor. biblioth. reg. Galliae T. IV. recenſet praeter codices, qui commentarium Donati No. 7920. Sec. XI. 7921. Sec. XV. et Eugraphii No. 7917. continent, alios qui inter lineas gloſſas, et ad marginem ſcholia ſiſtunt No. 7900. Sec. X. 7903. Sec. XI. 8403, alium cum gloſſis interlinearibus 7904. Sec. XII. cum gloſſis ad marginem 7909. Sec. XV. 7916. anonymi expoſitionem 7919. 7922. Talium codicum hodie multo maior numerus Pariſiis erit. Neque in aliis bibliothecis deſiderantur. Jo. Lamius in catal. codd. MSS. biblioth. Riccardianae pag. 360. citat Terentium cum ſcholiis membr. quem *vetuſtum, pretioſum* vocat. Codex huius generis olim deprehendebatur Guelpherbyti, unde a ſereniſſimo conditore bibliothecae Guelpherbytanae, Duce Brunovicenſi Auguſto, cu-

ius nomen interire Muſae non ſinent, ad Conringium, Profeſſorem Helmſtadienſem, mittebatur, ut iudicium de eo ferret. Iſte haec in fronte MSti inſcripſit, teſte J. Burckhard hiſtor. bibliothecae Auguſtae I. 229. *Terentius Cod. chartac. Codex hic continet ſcholia in comoedias omnes Terentianas non contemnenda. Quis ille ſcholiaſtes ignoro; niſi quod deprehendam et aetate et doctrina illum eſſe Donato inferiorem. Non credo hactenus impreſſum prodiiſſe in lucem. Volumen in Italia eſſe exaratum, ex adiectis fini operis verſiculis Italicis colligere eſt. Modus ſcribendi indicat, ſcriptum eſſe ante hos trecentos vel quadringentos annos, quanquam ipſe auctor longe ſit antiquior.* Codicem ante ſeculum XIII. exaratum eſſe, ob materiam cui inſcriptus eſt, chartam ſcilicet hodiernum uſitatam affirmari nequit. Num adhuc Guelpherbyti adſervetur, vel quo terrarum devenerit, dicere non habeo. Certe non eſt duo Guelpherbytanorum unus, quos pro editione Bothiana cl. Geſenius tunc Helmſtadii degens contulit. Hos enim ſcholiis ſive gloſſis deſtitutos eſſe, doctiſſ. ille Geſenius, Halae, ubi nunc Profeſſoris Theologiae munere fungitur, mihi narravit. Alium codicem Terentianum gloſſis repletum ſcriptum anno MCCCCLXXIV. poſſidebat doctiſs. Niclas, rector Luneburgicus, qui hunc cum ceteris ſuis libris poſt

mortem bibliothecae monaſterii S. Michaelis iuxta Luneburgum inferri curaverat. v. Symbolas noſtras inſcriptas Beiträge z. kritiſch. Bearbeit. unbenutzter alter Handſchriften etc. III. 316.

Sed revertor ad codicem, quem ante oculos habeo. Hunc continere gloſſas ſive ſcholia ab editis diverſa, ipſe conſpectus abunde docet. Quatenus cum iis conſpirent, quae in codicibus ante memoratis leguntur, aliis explorandum relinquo. Auctorem ſcholiorum aetate Donato grammatico Seculi IV. inferiorem eſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quia Donatum teſtem producit in prologo Eunuchi pag. 154. edit. noſtrae. Immo nullus dubito, eum ne Eugraphium quidem ſcriptorem ſeculi X. aetate antecedere. Eugraphium ab eo lectitatum eſſe, ex conſenſione notarum utriusque auctoris probabile eſt. In nota 55. pag. 94. pro ſignificatione vocabuli *periculum* affertur locus ex Cicerone, quem laudaverat Eugraphius. Scholion 4) pag. 97. fere totidem verbis apud Eugraphium legitur. In nota 15) p. 115. ad tuendam ſignificationem *proprium*, quod ſit *perpetuum*, locus nonneminis, cuius tamen nomen reticetur, laudatur *ut illud propriamque dicabo*. Extat hic locus apud Virgilium Aen. IV. 126, eumque laudaverat Eugraphius, alium Donatus. Etiam in ipſo textu concinnando Eugraphium ſecutus eſt. Nam fundus lectionis *ad au-*

*xiliandum copiam* Andr. II. 1. 20. eſt in Eugraphio, qui teſte Bentleio, habet *ad auxilium copiam.* Lectio *iactas* Andr. V. 4. 9. extat in nota Eugraphii ad h. l. Hic tamen Eugraphii et ſcholiaſtis noſtri conſenſus non tantus eſt, ut hunc epitomatorem vel exſcriptorem commentarii Eugraphiani habeam. Caeteroquin latinitas eius barbara et ſoloeca ſatis probat, ad eandem aetatem ablegandum eſſe, qua codex ipſe exaratus eſt i. e. ad Seculum X. vel potius XI. Si enim Fabricius biblioth. lat. II. 30. Eugraphii aetatem ad Sec. X. vergens recte retulit, codex demum Seculo XI. exaratus videtur. At Eugraphii aetatem a Fabricio recte definitam eſſe adhuc dubitari poteſt. Coniecit illam ex ſequentibus Gerberti, quondam ſcholaſtici, tandem ſub nomine Sylveſtri ad dignitatem ſummi Romanorum pontificis evecti, verbis quae leguntur in epiſtola ad Airardum VIII. (Biblioth. maxima Patrum Tom. XVII. Lugd. 1670. p. 669.) *Petitionibus tuis annuimus, noſtra ut exſequaris negotia velut propria, monemus. Plinius emendetur: Eugraphius recipiatur; qui Orbacis et apud ſanctum Baſolum perſcribantur.* Ex his verbis elicitur, Eugraphium aequalem fuiſſe Gerberti, qui vixit ſub Othone III Imp. exeunte ſeculo X et anno MIIII mortuus eſt. At perobſcura ſunt et niſi alia proſtant argumenta ad definiendum tempus, quo vixit, ſola non ſufficiunt.

Iunguntur Plinius et Eugraphius, et quum illum longe ante Gerbertum vixiſſe inter omnes conſtet; quare Eugraphii tempora ad aetatem Gerberti limitanda ſunt? Pro *recipiatur* quod relatum ad antecedentia plane ἀπροσδιονυσον eſt, legendum eſſe videtur *reſcribatur* quod auctor pro *deſcribere* poſuit. Nam de libris, non de viris ſermonem eſſe, mentio Plinii clariſſime oſtendit. Neque alio ſenſu idem vocabulum *reſcribere* epiſtola VIII. p. 670. ſumſit. *Hiſtoriam Iulii Caeſaris a Domino Azone Abbate Terdonenſi ad reſcribendum nobis acquirite, ut quos penes nos habemus habeatis et quod reperimus ſperetis i. e. octo volumina Boëtii.* Etiam poſtrema verba epiſtolae prioris de libris agunt. Iubet enim Gerbertus catalogum conſici (hoc enim ſibi vult *perſcribi*) librorum, qui Orbacis et apud ſanctum Baſolum (nomina monaſteriorum vel aliorum locorum eſſe videntur) reperiuntur. Si quis literarum harum amator et iudex in volumina priora chronici ab Henrico de Hervordia conſcripti incideret, cuius operis poſteriora Helmſtadii verſavi (v. Symbolas ante pag. xvii. citatas) fortaſſe de Eugraphio notitiam ulteriorem reperiret. Solet enim diligentiſſimus chronographus auctores haud paucos e florentiſſima literarum Romanarum aetate nominatim adducere, loca excerpere, varietatem lectionis annotare, commentatores laudare. In volumine olim a me per-

lecto et deſcripto, quod ab Imperatore Octavio Auguſto incipit, loca extant multa decerpta ex poëtis, ut ſcriptores proſaicos omittam, Ovidio, Perſio, Lucano, Statio, Iuvenali, Claudiano, unacum variis lectionibus ac gloſſis; neque aliam credo rationem iniit in voluminibus praecedentibus, quae fortaſſe alicubi in bibliotheca vel archivo Gueſtphalico latent.

Quid ſi idem ille, qui codicem deſcripſit, etiam notulas adiecit? Hoc mihi inde probabile eſt, quia magnum conſenſum textus cum notis etiam iſtis locis, ubi textus falſae lectionis argui poteſt, deprehendi e. g. ad mendoſam lectionem *praedicto* Andr. I. 1. 19. notatur eſſe verbum frequentativum; ibid. I. 2. 21. ſcholiaſtes *cepit* confudit cum *coepit;* quare in nota addidit *habere* ibid. III. 2. 27. in textu legitur *citius* pro *ſecius*, ſine dubio erronee. Sed quanquam melior lectio *ſecius* in MS. notatur, tamen gloſſa *velocius* explicat lectionem contextus. Si vero Eugraphius, ſcriptor ſeculi, quod multi obſcuriſſimum vocarunt, omnes ſpiſſis tenebris obvolutum et literarum luce deſtitutum norunt, dignus habebatur, cuius commentarius ex libris MS. erueretur et haud ſemel in publicam lucem exiret, quare alii ſcholiaſtae et commentatores ſpernendi ſunt, qui etſi temporibus vixerunt, quae bonis literis funeſta erant, tamen Eugraphii veſtigia prementes de in-

terpretandis feliciorum temporum ſcriptoribus non minus atque ille bene mereri potuerunt? Scholia noſtri codicis generatim ſpectata commendant ſe brevitate et perſpicuitate, atque ob has virtutes tironibus utilia eſſe poſſunt, quum quae Donatus et Eugraphius ſcripſerunt, adeo prolixa ſint, ut fortaſſe ea eruditorum nullus a capite ad calcem perlegerit, multo minus iuvenum ingenio apta ſint. Deinde afferuntur in ſcholiis lectiones, quae, ſi iam ex aliis codicibus prolatae fuerint, hic teſtes nanciſcuntur novos et graves, ſin minus, ſumma attentione conſiderandae ſunt, quia omnes magnam antiquitatem prae ſe ferunt. Varietas diſtinctionum, quae ex hoc codice peti poteſt, plane novum varietatis genus conſtituit, a collatoribus mihi notis praetèrmiſſum. Ea autem eſt ſcholiorum praecipua laus et virtus, quod accurate oſtendunt, quid perſonae ſecum vel ſubmiſſa voce locutae ſint, ad quas perſonas ſermonem habuerint, quo vinculo ſcenae copulatae ſint, quae occaſio actum poſt actum truderit, et perſonas in ſcenam introduxerit. Concedo, ſcholiaſten ſenſum nonnunquam male cepiſſe, et potius peſſumdediſſe quam eruiſſe. Sunt tamen loca iſta cum immenſa eorum multitudine, quae feliciter enodavit, pauca, et illuſtrandae hiſtoriae interpretationis veterum bonorumque auctorum, quae labentibus ſeculis in peius ruit, inſervire poteſt.

Gloſſae auctorem natione Italum prodere videntur. Nam *ſi* ſaepius uſitatur ex more Italicae vocis *ſe* pro *an*, *num* e. g. pag. 66. nota 12) *ſi ſe viderit* pro *num ſe viderit* pag. 219. nota 28 *interrogata eſt — ſi vidiſſet Thraſonem.* Quum vero codicis ſcriptorem eundem eſſe putem cum ſcholiaſta, codex fortaſſe in Italia ſcriptus eſt.

Quod ad textum ipſum Terentii, qualis in hoc codice legitur, attinet, ſaepiſſime cum codicibus iſtis, qui, iudicibus viris ſummis, Faerno et Bentleio, palmam ceteris praeripiunt, conſentit, quod cuilibet notas noſtras percurrenti, quae aſſenſum vel diſſenſum Bentleii reſpectu ad hunc codicem habito indicant, patebit. Interpunctio verborum paſſim ſingularis eſt, neque talis, ut vulgari, quam editiones prae ſe ferunt, antecellat. Haud pauca etiam laudari poſſunt loca, ubi codex verba melius diſtinxit, ac in editis factum eſt.

Poſtquam indolem huius codicis accuratius exploraveram, mihique perſuaſeram, ipſum antiquitate plurimis a criticis adhibitis codicibus praecellere, multis iisque frugi lectionibus, inter quas verſus integer eſt, ex aliis MSS. nondum prolatus Eunuch. V. 6. poſt v. 9. repletum eſſe, ſcholia non ſolum verba contextus explicare, ſed etiam paſſim varietatem tum qua verba tum qua interpunctionem oſtendere, conſilium cepi, hunc theſaurum, qui nimis diu latuerat, publici iuris facere. Si va-

rias lectiones atque gloſſas absque textu edidiſſem, metuendum erat, ne, quod aliis huius generis farraginibus accidit, nempe rariſſime a viris doctis adſpici et cum editionibus conferri, etiam huic noſtrae collectioni accideret. Deinde gloſſae, quae vix numerari poſſunt, vocabulis, ad quae pertinent, praetermiſſis, intelligi non potuiſſent, itaque neceſſe fuiſſet, ut maxima contextus Terentiani pars in hanc collectionem reciperetur. Quapropter optimum factum videbatur, textum, qualem hic codex ſiſtit, et cui gloſſae accommodatae ſunt, typis deſcribi et omnes, quotquot in codice extant, gloſſas, ſive inter lineas poſitae ſive margini adſcriptae ſint, textui ſubiici. Quoniam autem textus MS. ſaepe deviat ab editionibus, contuli eum cum Weſterhoviana repetita a Zeunio Lipſ. MDCCLXXIV. interdum etiam cum archetypo huius editionis, et cum Bentleiana, denuo edita Lipſiae MDCCXCI; atque in notis aſteriſcis * inſignitis diſſenſum ab editione Zeuniana annotavi, auctoritate ſummi Bentleii, ſive MStum ſive editionem e libris ſuis firmet, adiecta. Diverſam verborum collocationem negligendam eſſe putavi; nam quum non ſecundum metri leges codex exaratus ſit, non multum inde ſubſidii ad conſtituendum metrum expectari poteſt. Codicis textum deſerere mihi religioni fuit, et fortaſſe erunt, qui mihi vitio vertant, quod non talia menda, qualia occurrunt

pag. 72. v. 24. *queret* pro *quaeret*, p. 88. v. 40. *miſerae* pro *miſere*, p. 105. v. 7. *in animo* pro *animo*, p. 234. v. 2. *es* pro *eſt* una cum aliis paucis a me revera ſublatis expunxerim. Sed accurate codicem repraeſentare volui in hac editione, unde etiam factum eſt, ut quandoque falſam ejus orthographiam exprimerem e. g. *Pireus* pro *Piraeus*, *Dioniſia* pro *Dionyſia*, *cena* et *caena* pro *coena*, *coepi* pro *cepi*, *habundet* pro *abundet*, *hoſtium* pro *oſtium*, neque vitia contra grammaticam correxerim e. g. pag. 7. l. 16. *auleam* non mutaverim in *aulaea*.

Iſtud vero inprimis, credo, in multorum incurret reprehenſionem, quod apertas gloſſatoris hallucinationes, illasque explicationes, quae ſenſum comici non illuſtrant, ſed pervertunt, non ſuppreſſerim. At quum non critici ſed fidi editoris partes in me ſuſceperim, huic officio non ſatis facere videbar, ſi ex notis aliquid ſuſtuliſſem. Deinde ſi delectum gloſſarum dediſſem, ſuſpicio oriri potuiſſet, bonas explicationes vel tales, quae ad bonas viam aperiunt, praetermiſſas eſſe, et fortaſſe cenſorum aliquot hoc conſilium improbaſſent, ſibique iudicium de bonitate gloſſarum integrum relictum eſſe optaſſent. Quae enim lectio vel explicatio aliis minus probabilis eſt, aliis arridere et vera haberi poteſt. E. gr. Weſterhovius praef. edit. inter abſurdas optimorum codicum lectiones

refert Andr. IV. 1. 59. *Hem ſed mane;* Bothius tamen, ſagacitate et audacia cum Bentleio comparandus, hanc lectionem, quam in codicibus propemodum omnibus reperiri ait, in editione ſua expreſſit; eademque invenitur in codice Halenſi. Andr. I. 2. 10. quanquam ſcholiaſtes in nota 42) *opinantis* v. 9. pro accuſativo habuit, tamen ſequens *ſperantis* ad dominum refert, et genitivo caſu ſumit, ni fallor, ſatis dure, et contra mentem poetae. Bothius tamen in eadem eſt ſententia ac ſcholiaſtes; mutavit enim *ſperantis* in *ſperans*, neque opus ei videbatur, hanc emendationem defendere. Tandem quum nemo editoribus Donati vitio verterit, quod integrum eius commentarium typis exprimendum curarint, quanquam inſunt falſa, ridicula et inepta, quare mihi fides, qua ſcholiaſten codicis protulerim, exprobranda ſit?

Quum propoſitum mihi erat, Terentii comoedias ex recenſione codicis Halenſis foras dare, non potui non diſtinctiones verborum in codice obvias conſervare. In codice autem ſignum diſtinctionis, quod comma vocamus, deſideratur. Quia autem ſi ubivis punctum, quod eius loco in codice conſpicitur, poſuiſſem, ſaepiſſime ſenſus difficilis et nimis perplexus fuiſſet, comma poſui, ubi contextus me iudice hoc ſigno interpungendus erat, quod tamen cum puncto commutari, uti ſimiliter loco puncti

ſignum commatis adhiberi poteſt, ſi alia interpunctio ex ſententia lectoris contextui magis apta eſt.

Priusquam autem ad edendum hunc theſaurum me accingerem, de invento codice, meoque conſilio, bene de eo merendi, certiorem feci virum longe eruditiſſimum et celeberrimum, Boettigerum, quem olim novam Terentii editionem meditatum eſſe noveram, mihique ut conſilium ſuum pro ea, qua me iam dudum amplexus erat, amicitia benigne impertiret, rogavi. Laudavit vir ſummus propoſitum meum, et inſtigavit, ut, quae bonis literis prodeſſe poſſent, interire non ſinerem. Quin ad adornandam editionem ultro obtulit dictata viri celeberrimi Ruhnkenii in Terentium manuſcripta, quae vir doctiſſimus Christianus Ludovicus Lenz, director Gymnaſii Vinarienſis meritiſſimus, ex bibliotheca fratris ſui, Caroli Gottholdi, Profeſſoris Gothani mortui a. MDCCCIX, a fratre ſuperſtite egregio encomio a. MDCCCX ornati, iure hereditario acquiſita olim Boettigero mutua dederat, et nunc Halam, ut mea cura ederentur, transmitti conceſſerat. Horum duumvirorum de me iudicium perquam honorificum ut non ſatis grata mente agnoſcere et praedicare poſſum, ita ſummo ſtudio anniſus ſum, ut ne eos aliquando poeniteret, mihi curam edendorum dictatorum mandaſſe. Deſcripſi igitur ipſe dictata illa, loca, quae allegaban-

tur, evolvi et errores qui incuria deſcriptoris in apographon irrepſerant, correxi. Inprimis operam navavi, ut loca Terentii et Plauti fere innumera accuratiſſime excitentur. Illa ad normam editionis Zeunianae, haec ſecundum editionem Philippi Parei, Francofurti MDCXLI laudantur.

Inter auctores Latinos, quos in ſcholis ſuis Ruhnkenius tractavit, primo loco ab elegantiſſimo vitae Ruhnkenii ſcriptore Wyttenbachio (v. Vitae T. Hemſterhuſii et D. Ruhnkenii Lipſ. MDCCCI. p. 127.) adducitur Terentius et *Terentianas ſcholas ſe magno cum doctrinae fructu audiviſſe* teſtatur, *ut tum demum in hoc genere diſcere ſibi videretur, quantum aera diſtarent lupinis* etc. Quam autem rationem in his, quae nunc prodeunt, annotationibus Ruhnkenius inierit, idem Wyttenbachius indicavit p. 126. *Ad locos vel difficiles vel memorabiles* auctorum latinorum a Ruhnkenio in praelectionibus illuſtratorum *dictabat annotationes breves quidem illas, ſed bonae frugis plenas.* Atque hae annotationes *dictata* vocantur ab ipſo Ruhnkenio ad Heaut. III. 3. 23. Hec. I. 2. 73. Multum igitur differunt a notis, quas auditores ex ore profeſſoris calamo currente excipere ſolent et quibus minus pretium ſtatuendum eſt. Tempus ſcriptionis incidit in annum MDCCLXXXVI. vel non multo poſt, certe non

ſuperiorem. Laudatur enim in nota ad Eun. II. 1. 14. Oudendorpii editio Apuleii, quae anno memorato prodiit, teſte Wyttenbachio l. c. p. 176.

Ruhnkeniana dictata in hac editione eadem pagina gloſſis ſive ſcholiis ſubiecta ſunt, ut comparatio utrorumque inſtitui et uno obtutu diſcerni poſſit, quantum, ut Wyttenbachii verbis utar, diſtent aera lupinis. Comparantes autem ſcholiaſten, qui in luce humaniorum literarum vixit cum eo, cuius aetati tenebrae obductae erant, non ſine voluptate advertent, binos viros et aetate et eruditione longe diſtantes iisdem interdum verbis auctorem illuſtraſſe e. g. pag. 18. nota 77, pag. 21. n. 9. p. 22. n. 16. etc.

Ruhnkenii notae in Terentium geminae ſunt earum, quas ſcripſerunt Weſterhovius et J. F. Gronovius i. e. grammaticae ſunt, quae vim uſumque verborum tum ex ipſo Terentio tum ex aliis ſcriptoribus, inprimis Plauto in eodem genere ſcribendi comico verſato explicant, et rem, de qua agitur, ex antiquitate et hiſtoria illuſtrant. Non tam viris eruditis quam tironibus ſcriptae ſunt. Nullae ad metrum conſtituendum ſpectant, nullae coniecturas criticas huius vel aliorum auctorum veterum proferunt, nullae artificium poeticum ſive oeconomiam comoediarum evolvunt. Sed latinitatem auctoris enodant, quid inter uſum loquendi huius aliorumque auctorum diverſitatis, quid ſimi-

litudinis reperiatur, explicant, quam lucem alii ſcriptores locutionibus Terentianis afferant, et quam iſtae ipſae aliis foenerare poſſint, qui interpretes recentiorum temporum definiendae latinitati exquiſitae egregie operam navarint, pulchre oſtendunt Omnes illi, apud quos ſermo vere latinus in honore eſt, magnum inde fructum percipient, ſi non obiter illas legerint, ſed loca et antiquorum et recentiorum ſcriptorum a Ruhnkenio laudatorum accurate perpenderint. Sed non opus eſt, ut multus ſim in praedicandis annotationibus hiſce. Ruhnkenii nomen earum dignitatem et pretium ſatis tuebitur.

Tandem novum huic editioni acceſſit decus liberalitate eiusdem quem antea laudavi, Lenzii conceſſum. Donavit enim mihi (quae eſt eius in me benigna voluntas) fratris ſui vita defuncti obſervationes ad Terentium a ſemetipſo ex eius collectaneis haud parvo labore deſcriptas, quas, quum acceperim editione fere tota ad umbilicum perducta, ſub coronidem adieci, dolens in fatis fuiſſe, ut auctor morte nimis matura exſtinctus has et alias annotationes ipſe edere non potuerit.

In exantlando labore huic operi impenſo iſtud mihi propoſitum erat, ut, quae forte fortuna in meas manus inciderint, adminicula et corrigendi et explicandi Terentii, viris doctis offerrem, qui

auctorem illuſtrandum ſibi in poſterum ſument. Quapropter rariſſime iudicium meum interpoſui, mearum eſſe tantum partium ſtatuens, ut ne quid intereat, quod ad ſuſtentandas et conſervandas bonas literas conferre poteſt. Si quid a me in ipſo opere peccatum fuerit, aequi bonique conſule, lector candide, neque vel in hoc opere voluntatem, quam ſemper prae me tuli, nec niſi cum vita deponam, pro modulo virium mearum de bonis literis bene merendi, mihi defuiſſe nega. Quanquam non metuo, ne quis mihi exprobret, inanem me operam ſuſcepiſſe, et parum ſucceſſiſſe quod egerim, tamen ſi forte ſurrexerit talis obtretator, in illum regero

Vel melius tute aliud reperi.
Andr. IV. 2. 56.

Halae menſe Apr. MDCCCXI.

Quum inſcriptio Andriae, ad quam notae extant Ruhnkenii pag. 8. editionis noſtrae in codice Halenſi deſideretur, ideoque typis ibi non impreſſa ſit, hic eam ex editione Zeuniana inſerere placet, ne quis aliam editionem evolvere cogatur, qui notas Ruhnkenii cum textu, ad quem pertinent, conferre velit.

ANDRIA. ACTA LUDIS MEGALENSIBUS M. FULVIO ET M. GLABRIONE AEDILIB. CURULIB. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO L. ATTILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI FILIUS TIBIIS PARIBUS DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA. EDITA M. MARCELLO CN. SULPITIO COSS.

## Corrigendis ad calcem T. I. ſequentia adde:

P. 153. in t. v. 45. *numerum* 54) *retrahe ad* pernoſcatis.
P. 166. in nota 38) *pro* illam relinq. *l.* illum rel.
— — in dict. ad 59) *dele* [ipſi credam]
P. 168. in t. v. 79. *edit. interrogat.*
P. 172. in t. v. 1. *edit. diſting. poſt* fac
P. 180. in not. 82) *pro* laniendis *l.* laniandis.
P. 190. in t. v. 43. *pro* occurrit *l.* accurit.
P. 196. in t. v. 98. *edit. tribuit* n. d. a. ſequere *Chaereae; minus apte. Alterum* PAR. *in cod. eſt in litura. Scribendum eſt* CH.
P. 218. in t. v. 41. *pro* 3) fucum *l.* fucum 3).
P. 240. in t. v. 16. *pro* dis, pudet *edit.* diſpudet.
P. 251. in t. v. 21. *incipit nova ſcena in MS.*

# A N D R I A.

Terentius comicus genere quidem extitit Afer, civis vero Cartaginenſis, Scipione autem remeante victore a Cartagine ad urbem Romam, poſt interfectionem Hannibalis, iſte, qui cum aliis multis Cartaginenſibus comprehenſus fuerat, ante currum Scipionis ligatis retro manibus minatus eſt, ut captivus. Sed currum illius pileatus proſecutus eſt in urbem, quod erat [1]) ſignum libertatis. Nam quicunque captivorum a victore libertate potiretur, pileum habens in capite currum illius proſequebatur. Ut enim a Scipione agnitus eſt liberali ingenio ſapientiae florere, in tanto honore tantaque [2]) gratia apud eum habitus eſt, praeſertim cum liberis progenitoribus [3]) ortus eſſet, ut ei eandem libertatem concederet, atque inter domeſticos ſuos praecipuam familiaritatem ei donaret. Romae autem dum moraretur et videret, frequenter populum in theatrum ad ſpectaculum convenire, ea ratione atque intentione exorſus eſt comoediam ſcribere, ut populo recitationem ſuarum fabularum conferret, ſibique eum conciliaret. Sed cum coepiſſent eius fabulae recitari, longe aliter viſum eſt, quam ſperaret [4]), quoniam [5]) multos aemulos per [6]) hoc contra ſe excitavit, qui eius dicta reprehendebant. Scripſit autem nitidiſſimo ſtilo ſex fabulas, ex unaquaque unum librum determinans quas, licet multi negent metro conſtare [7]), mentiuntur teſte Priſciano, qui de metris Terentianis loquitur et inſuper in libro grammaticae artis [8]) ſaepe dicit, cuius genere metri conſtat, exemplumque [9]) ponit, nec non etiam teſte Rufino [10])

VARIAE LECTIONES EDITIONIS.

1) *additum* in, *quod in codice deletum eſt* 2) tanta 3) genitoribus 4) ſperaſſet 5) quia 6) propter 7) *deſunt verba* metro conſtare 8) *deeſt* artis 9) exemplum quod 10) Ruphino.

in eo libro, quem de metris ſcribit, ipſo [11]) quoque nihilominus qui [12]) in prologis ſe poetam vocat. Omnes quidem eius libri permaxime iambico metro conſtant, licet non uniformi. Prologi vero omnium librorum ternario iambico catalectico compoſiti ſunt, ſex pedibus pro tribus computatis. Nam diverſa ſunt genera iambici metri. Eſt enim monometrum, quod conſtat duobus iambis, eſt dimetrum, quod quatuor, eſt trimetrum, quod ſex, eſt tetrametrum, quod VIII, eſt pentametrum quod X, [13]) ſed raro invenitur, in quibus iſta lex obſervatur, ut ſemper duo iambi pro uno pede computentur, ob celeritatem temporis quam occupant, teſte Horatio in libro poetriae [14]). Imitatus eſt [15]) autem Naevium, Plautum, Ennium, veteres comicos, praecipueque Menandrum, qui longe ante ipſum duas fabulas compoſuit i. (id eſt) Andriam et Perinthiam. Quae ita compoſitae ſunt, ut qui unam illarum intellexerit, ambas intelligat. Sunt enim diſſimiles in ſenſu, et materia, ſed concordant oratione ac ſtilo. Hic Terentius poſt ipſum Andriam aliam ſcripſit [16]), in qua transtulit quaedam ex Perinthia illius, quae convenere tam in ſenſu quam in ſtilo, idcircoque graviter reprehendebatur ab aemulis. Tamen [17]) notandum inter omnes comicos, Terentium ob [18]) hoc principalitatem poſſidere, quoniam [19]) proprietatem verborum prae omnibus obſervavit. Illud etiam animadvertendum, has fabulas non ab ipſo eſſe recitatas in ſenatu [20]) ſed a Caliopio [21]) clariſſimo viro ſatisque erudito, cui ipſe praecipue adhaerebat, cuiusque ope ſuſtentabatur, et auctoritate audiebatur. Modulator autem harum fabularum fuit

11) ipſe. *ſed melior eſt lectio codicis, ſuppleto* teſte. 12) *deeſt* qui 13) *deeſt* quod X *in cod. ſupra lineam ſcriptum* 14) poeticae 15) Imitatur. 16) *Pro* compoſuit *usque ad* ſcripſit, *edit. tantum* deſcripſit 17) attamen 18) ab 19) quam 20) *ſuperſcriptum* ſcena *quae eſt veriſſima lectio.* 21) Calliopio.

Flaccus. Quotiescunque enim recitabantur, erat modulator, et alii, qui geſtu corporis eosdem affectus agebant. Comoedia enim ita conſtat, ut non res geſtas narret more hiſtoriarum [22]), ſed ex collocutione perſonarum res geſta comprehenditur, quaſi inter eos tum agatur. Hoc quoque notandum, quia non absque re imagines Terentianae turgido et inflato ore pinguntur. Facundia enim et affluens eloquentia comicorum [23]) per hoc innuitur, quia vaſtuoſe [24]) loquuntur; unde, Horatius

Iratusque Chremes tumido delitigat ore.

Nomina autem fabularum ſive librorum huius comici ſunt iſta: Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphe, Hecyra, Phormio. [25]) Sed nunc de Andria videamus.

Andria prima fabula ideo vocatur, eo quod ex Andro inſula Graecorum venerit Chryſis femina Athenas, ubi haec acta referuntur, et cum Chryſide alia, quae vocabatur Glycerium, cum non eſſet ex Andro ſed potius Athenienſis, ſicut conſequentia manifeſtant. Argumentum totius fabulae iſtud eſt.

Bello exorto Athenis Chremes quidam Athenienſis, relictis omnibus, ad alia demigravit. Cuius frater Phania, qui Rannuſius dictus eſt, accipiens filiam illius, neptem videlicet ſuam nomine Paſſibulam, quae poſtea Glycerium dicta eſt, in Aſiam proficiſcitur, quaerens fratrem ſuum nomine Chremetem. Sed nave fracta, venit ſimul cum nepte adhuc parvula, ad inſulam Graecorum nomine Andrum, ibique dum moraretur per aliquot dies in hoſpitio cuiusdam viri qui habebat filiam vocabulo Chryſidem, morte praeventus eſt. Nec multo poſt pater Chryſidis quoque moritur. Tum illae duae puellae ab Andro proficiscentes, cum aliis pediſ-

22) *tranſpoſite more hiſt. narret* 23) *ſuperſcriptum a longe recentiori manu* i. e. fabuliſtarum 24) *ſuperſcriptum ab antiqua manu* faſtuoſe, *et in margine additum a recentiori* Comici faſtuoſe loquuntur i. e. tumido ore. 25) Hoc verbo deſinit editio.

ſequis, Athenas devenerunt, falſoque Paſſibula, quae et Glycerium, credebatur ſoror eſſe Chryſidis ob maximam familiaritatem. Illis quoque diebus et Chremes reverſus eſt pater Paſſibulae cum alia filia Philumena nominata.. Attamen cum ſimul una in urbe habitarent, Chremes et filia eius Paſſibula, quae et Glycerium a nemine agnoſcebatur, quod filia eius eſſet. Non enim recognoſcebat illam, quoniam admodum parvula erat, quando ipſe ab Athenis demigravit. Quo tempore Simo quidam Athenienſis deſponſavit filio ſuo Pamphilo filiam Chremetis Philumenam. Sed dum cum aliis iuvenibus Pamphilus ad domum Chryſidis meretricis concurreret, non propter ipſam, ſed propter Glycerium, quae falſo ſoror Chryſidis credebatur, nimium iratus pater eius Simo, ſimulavit ſe velle nuptias accelerare, ſtatuitque diem nuptiarum, quando filius eius filiam Chremetis Philumenam, quam ei deſponſaverat, duceret, filio totum ignorante, volens probare, ſi verum eſſet, quod de filio audiebat, dum ille aut ſperneret Philumenam propter ſcortum quae dicebatur Glycerium aut etiam duceret. Habebat autem libertum ſuum nomine Soſiam et ſervum Davum, quorum conſilio credebat filium amare Glycerium et dum eis manifeſtaſſet, quidam renuntiavit omnia Pamphilo filio illus. Qui quia fidem habebat promiſſam Glycerio, iuravit nullo modo eam dimittere. Tunc Davus aſtutiſſimus dedit ei conſilium, quatenus interrogatus a patre Simone, ſi vellet Philumenam ducere, non repugnaret, ſed ſe velle obedire diceret, ſicque deluſus pater prolongaret ipſas nuptias, ſicque fecit. Sed Chremes ut vidit natum puerulum ex Glycerio, recuſavit nuptias ignorans Glycerium filiam eſſe ſuam. Tunc temporis ſupervenit ab Andro vir nomine Crito, cognatus patris Chryſidis atque dum inter Simonem et Chremetem Pamphilumque altercatio eſſet, nimiumque Simo iratus eſſet filio ſuo Pamphilo, advenit Crito Andrius et edocuit, iſta omnia ſuperius di-

cta, Glycerium videlicet filiam eſſe Chremetis. Et quia Philumena, quam ei pater deſponſaverat, ſoror erat Glycerii, placuit, ut Pamphilus Glycerium haberet, Philumenam vero dedit Chremes Carino, qui eam ducere volebat.

Senſus vero totius fabulae iſte eſt, ſed comicus miro eam dilatavit modo multaque honeſta inſeruit. Argumenta et prologos licet quidam autument a Caliopio eius recitatore eſſe compoſitos, tamen ſciendum, ab eodem comico fuiſſe compoſitos, teſte Priſciano, qui verſiculum primi prologi in exemplum ſumit. In prologis autem nihil aliud oſtendit, niſi quod aemulis et reprehenſoribus ſuis reſpondet, ſicque ibi de ſe quaſi de alio loquitur. Illud quoque quod in fine omnium fabularum habetur, verba ſunt Caliopii eius recitatoris, qui dum fabulam terminaſſet, elevabat auleam ſcenae et alloquebatur populum dicens: Vos valete, vos plaudite, ſive favete et *plaudite.*

### VERSUS IPSIUS TERENTII.

Natus in excelſae tectis Cartaginis altis
 Romanis ducibus bellica praeda fui.
Deſcripſi mores hominum iuvenumque ſenumque
 Qualiter et ſervi decipiunt dominos.
Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus,
 Haec quicunque legit, ſic puto cautus erit.

### ARGUMENTUM ANDRIAE.

Sororem falſo creditam meretriculae
Genere Andriae Glycerium vitiat Pamphilus.
Gravidaque facta, dat fidem, uxorem ſibi
Fore hanc; nam aliam pater ei deſponderat
Gnatam Chremetis, atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens ſuus
Quid haberet animi filius cognoſcere;
Davi ſuaſu, non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam
Hanc Pamphilo dat, aliam Carino coniugem.

## INCIPIT PROLOGUS.

Poeta quum primum animum [1]) ad ſcribendum appulit [2])
Id ſibi negotii credidit ſolum dari,

1) ſcilicet ſuum 2) attulit.

## RUHNKENII DICTATA IN TERENTIUM.

Fabula inſcribitur Andria.

Andriae nomen huic comoediae inditum eſt a puella Glycerio cuius in hac fabula praecipuae partes ſunt. Vid. Stephan. Byzantin. v. ανδρος.

*Acta*] Agere comoediam proprie dicuntur hiſtriones, qui eam in ſcena exhibent, deinde etiam actores vocantur in prol. Heautont v. 5. *hodie ſum acturus heautontimorumenon* v. Drakenb. ad Liv. Epit. L. et LVI.

*Ludis megalenſibus*] Hi ludi inſtituti ſunt in honorem Cybeles, quae graece μεγαλη μητηρ latine Dea magna vocabatur v. Ovid. Faſtor. IV. 193. a voce μεγαλη formatum eſt μεγαλενσια vel μεγαλεσια ut promiſcue ſcribi docet Dukerius ad Livium XXXIV. 54. ſemper autem Latini dicunt, *Ludi Megalenſia*, ut *Ludi Olympia*, *Ludi Pythia*, *Ludi Cerealia*, nunquam vel certe rariſſime Ludi Megalienſes v. Quinctilian. I. 5. 32.

*aedilib. curulibus*] ad aedilium curam etiam ludi ſolennes pertinebant. Scenici ludi ſi edendi eſſent, aediles fabulas emebant a poetis v. prol. Eunuchi v. 20. In huius et ſequentium fabularum didaſcaliis bini aediles ludos edidiſſe dicuntur. Caeſar et ſeparatim et cum collega edidit, ut auctor eſt Sueton. in eius vita c. 10.

*modos fecit*] h. e. leges muſicas praeſcripſit, quas tibicen in cantando, actor in agendo obſervaret, quae, quales fuerint, explicat illuſtris Bentleius in ſchediasm. de metris Terentianis. Modi proprie dicuntur in Muſicis. Cic. de Orat. III. 26. *neque id actores prius viderunt quam illi qui fecerunt modos*. Tusc. quaeſtio. I. 44. *preſſi et flebiles modi*.

*tibiis paribus dextr. et ſin.*] de his tibiis multi multa ſcripſerunt. Scaliger cuius nota perdita eſt, in Anthol. Lat. T. I, p. 183. ſqq. fatetur, ſe nihil incertius legiſſe, quam quae de his tibiis tradantur.

*tota graeca*] h. e. quamvis fabula ſcripta ſit latine, tamen expreſſit mores Graecorum.

### Prologus.

v. 1. *animum ad ſcribendum appulit*] h. e. ſcribendi conſilium cepit in Andr. Act. II. Sc. 6. v. 15. *animum ad uxorem appulit.* ibi dicit animum ad aliquid adiungere, adplicare, adiicere, adducere.

2. *id ſibi negotii*] h. e. id ſolum ipſi curandum credidit,

Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.
Verum aliter evenire 3) multo intelligit:
Nam in prologis ſcribundis operam 4) abutitur;
Non qui 5) argumentum 6) narret, ſed qui 7) malevoli
Veteris poetae 8) maledictis 9) reſpondeat.
Nunc, quam rem vitio dent 10), quaeſo animadvertite 11).

3) id eſt non placere populo 4) *correctum in* opera 5) poeta 6) oſtenſionem ſequentis fabulae 7) poeta 8) Lucius Lanuvinus hic erat 9) detractionibus 10) pro vitio reputent 11) vel animum advertite.

---

vel, ut Suet. in Caeſ. c. 23. loquitur, *in magno negotio habuit.*

3. *placerent*] *Placere* proprium verbum eſt ſcenae et ludorum, cum populus favet plauditque. Cicero in Bruto c. 84. *at placere tamen et in ſcena eſſe Roſcius intelligat.* Horat. Carm. IV. 3. in fine *Romanae fidicen lyrae quodſpiro et placeo, ſi placeo, tuum eſt.* Sueton. in Nerone c. 42. *quondam ſcenico placenti nuntium miſit.* Sic ſaepe in inſcriptionibus antiquis cantavit, ſaltavit, et *placuit* v. P. Victorii var. lect. XXXVII. 8.

*fabulas*] Terentius Graecorum more poſuit pro *fabulae* v. 26. *poſthac quas faciet de integro comoedias* in Eun. IV. 3. 11. *eunuchum, quem dediſti nobis, quantas dedit turbas.* Ovid. Metamorph. XIV. 350. *cecidere manu, quas legerat, herbas* v. Perizon. ad Sanctii Minerv. II. 9. not. 1. Bentl. ad Heautont. IV. 4. 1.

5. *operam abutitur*] h. e. operam impendit et conſumit. Abuti ſaepe etiam in bonam partem dicitur ita tamen ut plus ſit quam uti. Vid. Gronov. ad Cicer. de nat. Deor. II. 60. Verba autem *uti, abuti, frui* et ſimilia cum accuſat. iunguntur apud antiquos. v. Sanct. Minerv. III. 3. pag. 296.

6. *qui*] bene Donatus *qui* accipit pro *ut*. Liv. XXVI. 6. *mittit ad Neronem qui in poſterum diem colloquium differret.* v. interpret. ad Liv. I. 43.

7. *veteris poetae*] *vetus* hic in vituperationem ponitur de poeta veternoſo, in quo vis ingenii defecerat. v. Donat. ad Eunuch. IV. 4. 21. Poeta qui perſtringitur eſt Luſcius Lanuvinus.

8, *vitio dent*] i. e. culpent, vituperent in Adelph. III. 3. 64. *hoc vitio datur.* Sic etiam dicitur *crimini dare* pro tanquam crimen obiicere. Liv. VII. 4. *criminique ei tribunus, inter cetera dabat,* ubi v. interpretes.

*animum advertite*] dicitur

Menander fecit Andriam et Perinthiam [12]).
Qui utramvis [13]) recte norit, ambas noverit.
Non ita diſſimili ſunt [14]) argumento [15]), ſed tamen
Diſſimili oratione [16]) ſunt factae ac ſtilo.
Quae convenere in Andriam [17]) ex Perinthia [18])
Fatetur [19]) transtuliſſe, atque uſum pro ſuis [20]).
Id iſti [21]) vituperant factum; atque in eo diſputant

12) nomina fabularum ſunt 13) unam e duabus aut Andriam aut Perinthiam 14) illae duae fabulae 15) id eſt continentia et ſenſu 16) ratione 17) Terentii 18) Menandri 19) ipſe poeta 20) quae ex Menandro accepit 21) malevoli.

---

pro *animadvertite,* quae contracta forma frequenter eſt in Eun. III. 1. 7. *adverti Hercle animum.* Rutilius Lupus L. II. p. 77. *diverſa ſtudia adoleſcentium animum adverteramus* ubi v. quae notavit cl. Ruhnkenius; interdum omiſſa voce *animum,* eodem ſenſu dicitur advertere. Liv. XLIV. 43. *quam ſine cauſa delectam eſſe regiam advertit.* v. Drakenb. ad VI. 2.

11. *ita*] tanquam augendi particula ponitur pro *valde, admodum.* Nepos in Pelopida c. 2. *magnae ſaepe res non ita magnis copiis ſunt geſtae.* Liv. IV. 12. *haud ita multum frumenti advectum eſt,* ubi v. Drak.

12. *oratione ac ſtilo*] Donatus orationem in ſenſu, ſtilum in verbis explicat. Graeci orationem διανοιαν vocant, ſtilum λεξιν, ſed cl. Heuſingerus ad Nep. fragmenta Malleo Theodoro de metris ſubiecta p. 150 orationem accipit de ſcribendi facultate ac forma, ut hic oratio et ſtilus. Sic in Phorm. prol. v. 4. iunguntur oratio et ſcriptura.

13. *quae convenere*] h. e. quae commoda acta fuerunt in Andr. IV. 2. 13. *hanc mihi expetivi. contigit. conveniunt mores* v. Ovid. Epiſt. V. 77. *nunc tibi conveniunt* ubi v. Heinſ.

15. *iſti*] hoc pronomine fere odium et contemtus exprimitur, mox v. 21. *iſtorum obſcuram diligentiam.* Eun. I. 2. 112. *cum milite iſto praeſens abſens ut ſis,* apud Ovid. Metamorph. L. XIII. quoties de Ulyſſe loquitur, hoc pronomine utitur. Vid. Bentl. ad Ad. I. 1. 18. contra *ille* plerumque in laudem dicitur. vid. Drakenb. ad Sil. Ital. III. 181.

*in eo diſputant*] h. e. de ea re ſermonem ferunt, de ea re multum loquuntur. Cic. ad Div. III. 8. *iam non tam mihi videntur iniuriam facere illi, ſi qui haec diſputant, quam ſi cuius aures ad hanc diſputationem patent.* Diſputare apud veteres non eſt contendere verbis cum

Contaminari non decere fabulas 22).
Faciuntne intelligendo 23), ut nihil 24) intelligant 25) *)?
Qui cum hunc 26) accuſant, Naevium, Plautum, Ennium,
Accuſant, quos hic noſter 27) auctores habuit,

22) aliorum 23) ſapientes 24) ſic ut non 25) i. e. putant ſe intelligere, cum nihil intelligant *) *edit. ſine ſigno interrogationis et* faciunt nae. *Sed ſemper auctor ſcholiorum particulam* ne *pro interrogante, non pro aſſerente, quae vulgo* nae *ſcribitur, quamquam in editione Bentleiana etiam haec per ſimplex e efſertur, habuit* 26) poetam Terentium 27) comicus T.

---

aliquo, ut nunc in ore eſt omnium, ſed differere ſine ulla contentione, ſive ſermonem habere de aliqua re. v. Graev. ad Cic. de Offic. III. 3. Rarior eſt ſtructura *diſputare in aliqua re*, uſitatior vero eſt *diſputare rem, de re* vel *ad rem,* ut et apud Cicer. Tuſc. quaeſt. III. 9. et Lactant. VI. 22.

16. *contaminari*] hoc verbum vulgo inepte ducunt a graeco *τενδω*, cum derivandum ſit ab antiquo *tago*, pro quo poſterior aetas dixit *tango*, ut pro *clago, clango; frago, frango, pago, pango.* A *tago* analogice formatur *tagimen*, contracte *tamen*, unde *tamino. Contamino* igitur prima et nativa ſignificatione dicitur pro *tango, contrecto, miſceo*, ſed quoniam miſcendo ſaepe aliquid corrumpitur et polluitur, etiam corrumpendi et foedandi poteſtatem accepit. Contaminari fabulae dicuntur, cum ſic commiſcentur, ut ex pluribus fiat una in Heaut. prol. v. 17. *multas contaminaſſe graecas dum facit paucas lat.* Hoc verbum explicat Burmann. ad *Phaedr.* III. 11. 5. ſed accuratius et diſtinctius Gesnerus in Commentar. academ. Götting. T. III. 252.

17. *faciunt nae intelligendo ut nihil intelligant*] h. e. profecto dum valde intelligentes et ſapientes videri volunt, oſtendunt, ſe nihil intelligere; ſed veteres quidam grammatici apud Donatum et magnus Bentleius *nae* ſine diphthongo ſcribunt et locum cum interrogatione proferunt quae interrogatio habet vim vehementer negandi, et haec ratio praeferenda videtur. Caeterum Terentius hoc *οξυμωρον* expreſſit ex Menandro, in cuius fragm. pag. 36 eſt *ματαιος εστι και φρονειν ουδεν φρονειν.* Simile illud in Eun. I. 1. 18. *ut cum ratione inſanias.* v. Bernard. Martinum var. lat. III. 10.

19. *auctores*] Auctores ſunt, qui exemplum rei faciendae dant,

Quorum [28] aemulari exoptat negligentiam [29],
Potius quam iſtorum [30] obſcuram diligentiam.
Dehinc ut quieſcant porro moneo et deſinant [31]
Maledicere [32] malefacta ne noſcant ſua [33].
Favete, adeſte [34] aequo animo [35], et rem [36] cognoſcite.
Ut pernoſcatis [37], quid ſpei ſit [38] reliquum [39]

28) auctorum 29) ſi tamen negligentia eſt 30) aemulorum 31) a detractione 32) comicum noſtrum T. 33) ne denotentur 34) pro adeſtote 35) ſcilicet (ſive *extat enim compendium ſcribendi ſ.*) non reprehenſore 36) fabulam 37) i. e. perſpicere noſcatis 38) in aliis comoediis i. e. fabulis 39) pro reliquum antiquum (?)

---

qui quid facere praecipiunt exemplo ſuo. Sic Academicor. IV. 2. *nec litterarum graecar. nec philoſophiae iam ullum auctorem requirunt* ſcil. cum Africanum et Catonem habeant, qui dedicerunt. Hor. Serm. I. 4. 122. *habes auctorem quo facias hoc* v. interpretes ad Liv. II. 56.

20. *exoptat*] propria ſignificatione dicitur pro *eligit.* Cic. de offic. I. 32. *quae maiori parti pulcherrima videntur ea maxime exoptant* v. Serv. ad Aneid. I. 76. et Donat. ad Andr. IV. 5. 2.

*negligentiam*] negligere et negligentia non ſemper ſunt vitioſa, ſed de iis etiam dicuntur, quae ſcientes et conſulto praetermittimus. in Prol. Ad. v. 14. *an locum reprehenſum qui praeteritus negligentia eſt.*

22. *quieſcant*] h. e. nullas turbas moveant. Liv. IV. 49. *malum quidem militibus meis, niſi quieverint; ita inquietus* eſt *ſeditioſus.* Liv. III. 43. *inquietum hominem et tribunatum etiam nunc ſpirantem.* v. interpretes ad Liv. XLV. 37.

*moneo*] hoc verbum comminandi vim habere Donatus obſervat in Eun. prol. 16. *is ne erret moneo et deſinat laceſſere.*

24. *favete*] benevolentiae ſignum in ſacris ſignum erat ſilentii, inde veteres *favere* pro *ſilere* dixerunt. Seneca de vita beata c. 26. Feſtus in v. favere. Par ratio eſt graeci verbi εὐφημεῖν. De formulis animo, mente, ore, linguis favere, v. interpretes ad Sil. Italic. XVI. 295.

*aequo animo*] i. e. a quo abſit ſtudium partium, in Phorm. prol. 31. *date operam, adeſte aequo animo per ſilentium.*

*rem cognoſcite*] videlicet tanquam iudices. Iudex enim, qui litem examinat, proprie dicitur *rem cognoſcere.* Juſtin. II. 10. *certamen concordi animo ad Artaphernem veluti ad domeſticum iudicem deferunt qui domi*

Poſt hac [40] quas faciet [41] de integro comoedias [42]
Spectandae [43] an exigendae [44] ſint vobis prius.

(Actus I. Scena I. SIMO. SOSIA.)

SIMO [45] Vos [46] iſta [47] haec intro auferte. abite. Soſia [48]

40) dehinc 41) comicus noſter 42) ſingulas comoedias 43) probandae 44) excludendae 45) pater Pamphili 46) ſubintellige amici mei. Quia Simo nuptias ſimulabat ſe velle celebrare, ſervi illius eulogias ei detulerunt et miniſtri, quod unusquisque poterat, quidam piſces, quidam aves, quidam vinum, quidam lac, et cetera (? *mihi enim non liquet*), talia, quae omnia praecepit intro in aliam domum deferri 47) Iſta haec in omni Terentio diſſylabe pronuntiandum eſt cum diphtongo et reſolvitur haec iſta et iſtuc per c pro iſtud, et iſtoc pro hoc. 48) libertus eius erat.

---

*cognita cauſa Xerxem praepoſuit.*

26. *de integro*] h. e. denuo pro quo apud Sueton. in Aug. c. 31 eſt *ex integro*.

27. *exigendae*] exigi fabula proprie dicitur, cum repudiatur, improbatur. Cum ſpectatores ſtrepitu pedum ſignificant eam ſibi diſplicere, unde etiam proprium hac in re verbum *explodere*. in Hec. prol. 4. *novas qui exactas ſeci ut inveteraſcerent*. Ipſe actor etiam *exigi* dicitur in eod. prol. 7.

*prius*] dura eſt ratio Perizonii ad Sanctii Minerv. IV. 11. pag. 721. *prius* ad *pernoſcatis* per ſynchyſin referentis. *Prius* h. l. ſignificat *potius*, *magis* ut in nota formula *nihil prius et antiquius habere* in Eun. I. 1. 5. *ſiquidem poſſis nihil prius neque fortius* v. Graev. et Duker. ad Flor. I. 16. pag. 144. edit. Lugd. Batav. 1721.

Act. I. Scen. 2.

1. *vos iſthaec intro auferte*] i. e. vos iſthaec inferte et in domum meam importate. Cic. pro Roſcio Amer. c. 8. *multa palam domum ſuam auferentis*. v Pearce ad Cic. de orat. II. 66. Intelligenda vero eſſe obſonia vel olera, planum eſt e verbo *curare* v. 3. quod proprium eſſe culinae Donatus ait. Plaut. in Perſa I. 3. 5. *curate iſtic vos atque properate ocius*, in Mercat. III. 3. 21. *quin ergo imus atque obſonium curamus*.

Ades dum. 49) Paucis te volo. SO. Dictum puta 50)
Nempe 51) ut curentur recte haec. SI. immo 52) aliud. SO. quid eſt,
Quod tibi mea ars efficere hoc 53) poſſit amplius?
Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem 54) quam paro 55)
Sed his *) 56) quas ſemper in te intellexi ſitas
Fide 57) et taciturnitate. SO. Expecto quid velis.
SI. Ego poſtquam te emi a parvulo, 58) ut ſemper tibi

49) una pars i. e. quandoquidem ades. Dum ades prope antequam longius recedas paucis te volo. Iſte Soſias eius ſervus fuerat feceratque eum libertum commendans ei ea, quae in domo et ad coquinam pertinebant. Hic ergo dum vocatus eſt a domino, putavit, eum aliquid velle dicere de his, quae ad miniſterium eius pertinebant, ac pro hoc dixit: dictum puta, hoc eſt, ita bene, quaſi iam dictum habeas, ſcio enim, quid vis. Attamen ille cogitabat de filii cauſa. 50) ita me ſcire credas, quaſi mihi iam dictum habeas. 51) hoc vis dicere 52) volo dicere 53) officio meo 54) i. e. nuptias. 55) diſpono *) *edit.* iis *quanquam notae praeferunt* his. 56) opus eſt 57) id eſt fide 58) a pueritia.

---

2. *paucis te volo*] plena oratio eſt: *paucis verbis te adloqui volo.*

*dictum puta*] h. e. intelligo quod velis, licet iam nihil dicas; atque adeo puta, te dixiſſe. Similiter Ovid. Metam. IV. 476. *facta puta.*

3. *immo*] adverſandi et corrigendi vim habet in Eun. III. 5. 60. *immo apud libertum Diſcum.*

4. *ars*] ars hic dicitur ſcientia loquendi, ſed late patet hoc nomen et in utramque partem ſignificat omnem dexteritatem et ſolertiam aptam ad aliquid perficiendum; itaque virtutes etiam artes dicuntur, ut apud Salluſt. Catil. c. 2. *imperium facile his artibus retinetur quibus initio factum,* ubi v. Cortium.

6. *in te intellexi ſitas*] h. e. intellexi in te eſſe, in Ad. in III. 4. 9. *in te ſpes omnis nobis ſita eſt,* in Phorm. III. 1. 6. *cuius nunc miſerae ſpes opesque ſunt in te uno omnes ſitae.*

8. *a parvulo*] ſcilicet curo, h. e. a prima aetate in Ad. I. 1. 23. *eduxi a parvulo* pro quo *a pueris* dicit in Heaut. II. 1. 2. Si de uno ſermo eſt, *a parvulo* et *a puero,* ſi de pluribus *a parvulis* et *a pueris.* Graeci ſimiliter ἐκ παιδὸς et ἐκ παίδων. Ve-

Apud me iuſta et clemens fuerit ſervitus,
Scis. Feci ex *) ſervo ut eſſes libertus, mihi **)
Propterea quod ſerviebas liberaliter. 59)
Quod habui ſummum 60) pretium, perſolvi tibi.
SO. In memoria habeo. 61) SI. Haud muto factum. 62) SO. Gaudeo
Si quid tibi *) feci, aut facio quod placeat **) Simo

*) *edit.* e **) *interpungunt edition. poſt* mihi, *atque ita ſcholia impr. et Bentleius.* 59) voluntarie ut liber 60) libertatem 61) quod liberum me feciſti 62) nolo iterum te reddere ſervituti. *) *Ed.* tibi quid. *Eiusmodi transpoſitiones in poſterum rariſſime afferentur.* **) *Ed.* placet *improbante Bentl.*

---

teres vero ſaepe *parvulos* dixere pro *infantibus* et *puerulis* v. Graev. ad Flor. IV. 2. p. 713.

9. *iuſta ſervitus*] i. e. tolerabilis, non dura. Cic. ad Div. I. 4. *acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iuſtiorem.* Curtius IV. 10. *tam iuſtus hoſtis, tam miſericors victor.* Contra *iniuſtus* eſt durus, gravis. Virgil. Ecl. III. 33. *iniuſta noverca.* Ovid. Metam. IV. 670. *iniuſtus iuſſerat Ammon.* Iuſtin XI. 1. *iniuſta ſervitute oppreſſi* et ſic *iniuſtitia* pro *duritie* dicitur Heaut. I. 1. 82. v. Gronov. ad Quintilian. declamat. III. 16.

10. *e ſervo eſſes libertus*] h. e. cum ante ſervus eſſes. Virgil. Aen. X. 221. *numen habere maris nymphasque e navibus eſſe.* Manilius IV. 46. *ex exſule conſul.* v. Oudendorp. ad Lucan. IV. 719.

11. *liberaliter*] h. e. quaſi liber et ingenuus eſſes, non ut alii ſervi metu ad officia compellebaris. Liberale dicitur quicquid liberum hominem decet, unde liberales artes quae homines ingenuos decent. in Eun. III. 2. 20. *facies liberalis.* Adel. V. 5. 5. *ſervum haud illiberalem praebes te.* Iam quia largitas maxime decet liberalem hominem, *liberalis* etiam pro *largo* dici coepit.

12. *pretium*] i. e. praemium, mercedem. Liv. XXIV. 15. *capita hoſtium pretia libertati facta.* Phaedr. I. 8. 1. *qui pretium meriti ab improbis deſiderat.* Iuſtin. I. 7. *caedes Camdauli notitiarum pretium fuit* v. Gronov. obſervat. II. 25. et Heinſ. ad Ovid. Ep. VI. 146.

13. *haud muto factum*] i. e. non poenitet factum; quod factum eſt, infectum eſſe nolim. Plaut. in Bacchid. V. 2. 34. *ego quod dixi haud mutabo.* Brutus Ciceroni ep. 4. *illud non muto.* Horat. de arte poet. v. 168. *commiſiſſe cavet quod mox mutare laboret.* v. Lambin ad Horat. Epiſt. I. 2. 62. Bentleius ſic

Et id gratum fuiſſe adverſum te, 63) habeo gratiam. 64).
Sed hoc mihi moleſtum eſt. Nam iſta haec commemoratio
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. 65)
Quin tu uno verbo dic, quid eſt, quod me velis.
SI. Ita faciam. hoc primum praedicto *) 66) tibi;
Quas credis eſſe has, non ſunt verae nuptiae

63) et ſi id gr. adv. te eſt 64) refero gratiam tibi ſi meum conſilium acceptum fuit tibi. 65) quaſi ego immemor ſim beneficii tui *) *Ed.* praedico *quae v. l. ſuperſcripta eſt* 66) praenunctio. frequentativum verbum eſt a praedico. *Haec nota refertur ad lectionem praedicto. Sed hoc verbum nullum eſt.* vel praedico.

---

interpungit *haud muto — factum gaudeo*, ſed res eodem redit. v. Obſervat. miſcellan. III. p. 390.

15. *gratum fuiſſe adverſum te*] Rariore loquendi formula dicitur pro *gratum fuiſſe tibi.* Praepoſitio *contra* ſemper nocendi voluntatem oſtendit, *adverſus* interdum eſt ſine contraria vel etiam cum bona voluntate ut eleganter docet Manutius in Cicer.. ad Div. IX. 22. Hinc ſaepe dicitur *aequitas adverſus aliquem, ius amicitiae adverſus aliquem.* v. Drakenborch. ad Liv. V. 35 et XXIX. 8.

17. *immemoris benefici*] Verba Bentleius et alii legunt *immemori benefici;* non enim beneficium immemor eſt (quod abſurdum eſſet) ſed homo ingratus immemor beneficii. Caſus, quem verbum *exprobrare* regit, iungitur nomini verbali *exprobratio* ut ſaepe apud veteres. Plautus in Amphitr. I. 3. 21. *quid tibi hanc curatio eſt rem.* Caeſar de bello Gall. I. 5. *domum reditionis ſpe ſublata.* Liv. XXIII. 35. *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae diſcordiam inter ordines ſereret* ubi v. Gronov. addatur cl. Oudendorp ad Caeſ. de B. G. V. 48. Modo diximus etiam legendum *benefici* (non vero *beneficii.*) Nam veteres in nominibus ſubſtantivis, quae in *ius* et *ium* exirent, ſemper genitivum i ſimplici efferebant; id cum ex Nigidio Figulo apud Gellium XIII. 25. tum ex metri rationibus primus egregie demonſtravit Bentleius ad And. II. 1. 20. cuius rei mutatio demum facta eſt ſub Auguſti ſeneſcentis aetatem; itaque geminum i iam frequentavit Ovid.

20. *Quas*] h. e. quales in Enn. II. 2. 42. 43. *quid videtur hoc tibi mancipium.*

SO. Cur igitur ſimulas? [67] SI. Rem omnem a principio [68] audies.
Eo [69] pacto [70] et gnati [71] vitam, et conſilium meum
Cognoſces, et quid facere te in hac re velim.
Nam is [72] poſtquam exceſſit ex ephebis, [73] Soſia,
Liberius fuit vivendi poteſtas. Nam antea [74]
Qui ſcire poſſes, [75] aut ingenium noſcere,
Dum aetas, [76] metus, magiſter prohibebant? SO. Ita eſt

67) D. M. ſimulamus nota, diſſimulamus ignota. 68) quare nunc ſimulem. 69) vel quo. *Haec varia lectio ab editoribus non annotatur* 70) cum audieris 71) Pamphili 72) filius meus 73) ex coaetaneis ex diſcipulis cum quibus ſtudebat vel ex epheborum aetate 74) ſcilicet quam excederet ex ephebis 75) voluntatem eius 76) Pythagoras humanam vitam per y litteram deſcripſit cuius ultimam partem aſſimilavit adoleſcentiae quae impedimento aetatis et metu magiſtri recta eſt; Sed, poſtquam ab adoleſcentia exierit, dividitur, et ramus ſiniſtrae par-

22. *conſilium*] h. e. animum vel propoſitum. Terent. in Hec. III. 5. 44. *non eſt conſilium pater*. Salluſt. in Catil. c. 4. *non fuit conſilium ſocordia atque deſidia bonum otium conterere*, ubi v. Cort.

24. *nam*] eleganter inſervit tranſitioni. Exempla ſunt apud Manutium ad Cic. ad Div. III. 11. V. 20. Gronov. ad Liv. XXIX. 8. et Duker. ad Flori prooem. pag. 4.

*exceſſit ex ephebis*] exceſſit annum viceſimum, quod intelligendum ex moribus Athenienſium, apud quos ephebi erant adoleſcentes octodecim annorum, qui referebantur inter circuitores vel eos, qui regionem Atticam armati circumirent; ubi biennium inter circuitores fuiſſent, excedebant ex ephebis et extra Atticam militabant. Rem accurate explicat Colpus (?) VIII. 105.

25. *liberius vivendi*] libere vivere dicitur qui parum continenter et modeſte vivit in licentiis praelabitur; ſed comparativus hoc loco ſignificationem minuit, ut liberius vivere ſit paulo maiore libertate in vita agenda uti quam ante ſolitus eſſes. Ovid. Faſt. III. 778. de omnibus adoleſcentibus qui togam virilem tuliſſent, *ſumitur et vitae liberioris iter*. De ea vi comparativi v. Voſs. de analog. ling. II. 23.

27. *prohibebant*] prohibere eſt verbum diſciplinae qua adoleſcen-

SI. Quod plerique 77) omnes faciunt aduleſcentuli, 78)
Ut animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum aut ad philoſophos:
Horum 79) ille 80) nihil egregie 81) praeter caetera 82)

tis, qui devexior eſt facilemque praebet aſcenſum, vitam ſignat vitiorum, quae ampla eſt, dextrae vero qui arduus eſt et difficilis ad aſcendendum vitam virtutum quia anguſta via eſt qd. a. a. vitam q. *Inſulſa comparatio, unde tamen formam literae, tum temporis quum nota ſcripta fuerit, expiſcari poſſes.*
77) pene 78) pro adoleſcentuli 79) ſtudiorum 80) filius meus 81) ſemotim 82) ſcilicet ſtudia.

---

tes continentur. vid. Burm. ad Calpurn. Ecl. IV. 20. Magiſter eſt praefectus epheborum, apud quem exercebantnr et ſevera diſciplina continebantur.

28. *plerique omnes*] h. e. fere omnes, maior pars, ſaepe ſignificat in Phorm. I. 3. 20. *plerique ingenio ſumus omnes.* Caeſar de B. G. 1. 30. *plerisque omnibus Gallis brevitas noſtra contemtui eſt*, ubi vid. interpr. Sic apud Hirt. de bello Afric. c. 63. iunguntur omnes, reliqui, alii, apud Graecos frequens πλείονες πάντες v. Boſii ind. Nepotis v. plerique.

29. *ſtudium*] *ſtudium* dicitur, in quo quis verſatur et quo delectatur in Hec. IV. 2. 18. 19. *ſatietas tenet ſtudiorum iſtorum.* Cic. pro Caelio c. 19. *relinquenda ſtudia delectationis ludus, iocus, convivium.* De ſtudiis adoleſcentum Atticorum v. Lindebr. ad h. l. et Sam. Petitum ad leg. Attic. p. 239.

*equos alere*] infinitivus *alere* pendet a voce *ſtudium* et graeco more ponitur pro gerundio *alendi.* Verba *aut ad philoſophos* pendent a verbis *animum adiungant.*

*canes ad venandum*] i. e. canes venaticos. Praepoſitio *ad* ſaepe ſignificat *miniſterium.* Propert. IV. 9. 11. *Lygdamus ad cyathos* i. e. pincerna. Virgil. Aen. X. 253. *ad frena leonis.* Liv. XXII. 19. *miles ad naves* i. e. miles claſſiarius ubi vid. Gronov. XXXIV. 6. *ſervi ad remum* i. e. ſervi remiges, ubi v. Duker. Addatur Gronov. de pecunia veter. I. 7.

31. *egregie*] i. e. vehementer, valde ut in I. 5. 39. *quam ego animo egregie curam pro uxore habuerim.*

Studebat, 83) et tamen omnia haec mediocriter. 84)
Gaudebam. 85) SO. Non iniuria. 86) Nam id arbitror
Adprime 87) in vita 88) eſſe utile, ut ne quid nimis. 89)
SI. Sic vita erat: 90) Facile omnes perferre 91) ac pati 92)
Cum quibus erat, cumque una *) 93) iis ſeſe dedere 94)

83) id eſt nullum ſtudium excipiebat, ſed in omnibus egregie ſtudebat 84) modeſte 85) videns filium meum florentem 86) non iniuſte. adverbium 87) permaxime: adprime compoſitum eſſe ab eo, quod eſt prime, Priſcianus his verbis declarat, quum dicit quod etiam prime dicitur. 88) hominis 89) nihil ſuperflue agere 90) illi 91) perferebat 92) patiebatur *) *Edit.* cum quibus erat cunqne una 93) ſimul cum 94) dabat.

---

*praeter caetera*] i. e. prae caeteris, plus quàm caetera in hac ſcena v. 93. *forma praeter caeteras honeſta.* Plautus in Amphitr. II. 2. 8. *quem ego amo praeter omnes.* Iuſtin. XXI. 6. *vir ſolertia facundiaque praeter caeteros inſignis,*

32. *ſtudebat*] i. e. operam dabat. Studere cum accuſativo etiam conſtruitur in Hec. II 2. 20. Cic. Philipp. VI. 7. *unum ſentitis omnes, unum ſtudetis.*

33. *non iniuria*] i. e. non ſine ratione, immerito in Eun. III. 1. 43. *metuebant omnes iam me non iniuria.*

34. *ne quid nimis*] expreſſit graecum μηδὲν ἄγαν, quod dictum ab aliquo ſapiente prolatum deinde proverbii vim accepit, indicatque modum in omnibus rebus optimum eſſe. v. Eraſmi adagia tit. modeſtia.

35. *perferre ac pati*] Saepe etiam a Cicerone et aliis uſurpatur *perfero patior*, *patior et fero*, *perpetior* et *perfero*. Caeſar de B. G. VII. 30. *ut omnia, quae imperarentur, ſibi patienda et perferenda exiſtimarent* ubi v. Oudend. Infinitivus ponitur pro imperfecto *perferebat* ac *patiebatur* ut infra v. 70. in Eun. III. 3. 9.

36. *cum quibus erat*] cum quibus per tmeſin dicitur pro *cum quibuscunque erat.* I. 5. 28. *quae meo cunque animo libitum eſt facere.*

*iis ſeſe dedere*] i. e. his obſequi, facere omnia quae his grata ſunt, locutio ducta ab iis, qui ſe in hoſtium poteſtatem deduxerunt et proprie *deditii* dicuntur. v. Donat. ad h. l. Bentl. ad Hor. Carm. III. 5. 33. in Eun. V. 72. *ut Thaidi me dedam et faciam quod iubeat* in Heaut. IV. 3. 3. *dedo patri me nunc iam*

Eorum obſequi ſtudiis: adverſus nemini. 95)
Nunquam ſe praeponens illis, ita ut **) facillime
Sine invidia laudem invenias, 96) et amicos pares.
SO. Sapienter vitam inſtituit. 97) Namque 98) hoc tempore
Obſequium 99) amicos, veritas odium parit.
SI. Interea mulier quaedam 1) abhinc triennium 2)
Ex Andro 3) commigravit huic viciniae,
Inopia et cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque aetate integra. 4)

95) erat **) *Edit. omitt.* ut 96) in illis hoc eſt qui in nullo ſe praeferunt 97) ille tuus filius 98) proverbium 99) aſſentatio vel ſimulatio 1) Chryſis 2) retro tres annos et eſt praeteritum 3) inſula Graecorum 4) adulta.

---

Quintus Cic. de petit. conſulat. c. 1. *illi ſe dediderunt — deſerunt caeteros.* Eodem ſenſu dicuntur ſe dare, ſe praebere alicui. v. Joh. Schulting ad Sen. controverſ. primas p. 69.

39. *invenias*] *invenire* elegantiſſime ponitur pro acquirere, conſequi, adipiſci ut apud Graecos εὑρίσκειν in Heaut. IV. 7. 13. *labore inventa meo cui dem bona* Juſtin. XII. 8. *cum veniam ab hoſte inveniſſent* ubi v. Graevium.

41. *obſequium*] Quinctilianus VIII. 3. p. 375. eumque ſecutus Donatus dicit Ciceronem exiſtimaſſe, a Terentio primum dictum eſſe obſequium; ſed aliter Ciceronem de amicitia c. 24. quem locum Quinctilianus reſpexit, intelligendum eſſe res ipſa loquitur. v. Gesner. ad Quinctilian. l. c.

42. *mulier quaedam*] dixit *quaedam* ut contemtum ſignificaret in Ad. IV. 5. 13. *habitant hic quaedam mulieres pauperculae* v. Heinſ. ad Vellej. Paterc. II. 64.

43. *huic viciniae*] eleganter dicitur pro in proxima vicinia. Terent. in Phorm. I. 2. 43. *modo quandam virginem vidi hic viciniae.* v. Bentl. ad h. l.

44. *cognatorum negligentia*] intelligitur ex legibus Atticis quae proximos et ditiſſimos cognatos iubebant cognatam inopem vel ducere uxorem vel dotare, ut maritum inveniret. v. in Ad. IV. 5. 16 — 18. et Sam. Petit. de legib. p. 359.

45. *aetate integra*] aetas integra, ut recte explicat Donatus, in flore conſtituta, cui neque addendum par ſit, neque quidquam adhuc ſit imminutum, in Eun. III. 2. 20. *quam liberali facie, quam aetate integra* Sue-

SO. Ei [5] vereor ne quid Andria [6] apportet mali. [7]
SI. Primum haec [8] pudice vitam, parce, ac duriter, [9]
Agebat, lana [10] et tela victum quaeritans.
Sed poſtquam amans [11] acceſſit pretium pollicens, [12]
Unus, et item alter, ut ingenium eſt ita omnium
Hominum, a labore proclive ad lubidinem,

5) interiectio 6) quia et Glycerium ex Andro venit 7) ſua pulchritudine 8) Andria 9) laborioſe 10) lanicio 11) i. e. amator. nomen 12) promittens.

---

ton in Calig. cap. 25. *Caeſonia neque facie inſigni neque aetate integra* i. e. quoniam ſeneſcere iam incipiebat.

47. *vitam duriter agebat*] h. e. laborioſam vitam agebat in Ad. I. 1. 20. *parce et duriter ſe habere,* contra in eadem fab. III. 4. 56. *quam vos facillime agitis,* i. e. ſine labore, et in affluentia omnium rerum. Vitam agere eſt vivere. v. Adelph. I. 1. 20.

48. *lana ac tela*] i. e. lanificio ac textura. Apud veteres nobiles quaeque mulieres lanam tractare, telam texere et veſtes conficere ſolebant. v. Caſaub. ad Sueton. Aug. c. 64.

*quaeritans*] *quaerere* et *quaeritare* habent ſignificationem magni laboris et curae v. Donat. ad Pomponium. Petronius c. 119. *quaerebant opes.* De tali muliere eleganter Virgil. Aen. VIII. 409. *cui tolerare colo vitam tenuique Minerva.*

49. *pretium*] mercedem ſtupri ut in Ad. III. 2. 51.

50. *unus et item alter*] hanc locutionem de duobus intelligit Donat. quod v. 60 trium amatorum fit mentio. Etiam Joann. Schultingius ad Senecae controverſ. II. 173. Donati auctoritatem ſecutus ſcribit *alter* de tribus dici poſſe. Sed Donatus haud dubie errat. Nam poſtquam unus et alter eam acceſſiſſet, advenerunt plures. Unus et alter vel *duos* ſignificat ut apud Ovid. epiſt. XV. 182. *et ſub ea verſus unus et alter erunt* vel indefinite *plures,* Cic. ad Attic. XIV. 18. *adductus ſum tuis et unis et alteris literis*, et ſic plerumque dicitur. v. Burmann. ad Petron. c. 108. et ad Ovid. amor. II. 5. 22. eleganter quoque iungitur *et item* in Ad. II. 22. *et item hinc alia.* Plautus Caniſſ. prol. 49. *amat afflictam et item huius contra filius.*

Accepit conditionem, [13]) dehinc quaeſtum occipit.
Qui [14]) tum illam [15]) amabant, ſorte, ita ut fit, [16]) filium
Perduxere illuc, ſecum ut una eſſet, meum.
Egomet continuo mecum: [17]) Captus eſt certe. [18])
Habet. [19]) obſervabam mane illorum [20]) ſervulos
Venientis [21]) aut abeuntis. [22]) cogitabam, Heus [23]) puer,

13) coepit vivere meretricaliter 14) Homines 15) Chryſidem 16) ſicut plerumque fieri ſolet 17) ſcilicet coepi dicere 18) amore Chryſidis 19) quod amat 20) amatorum 21) accuſativus 22) accuſativus 23) adverbium vocantis.

---

52. *conditionem*] *conditio* in genere eſt pactio certam legem in ſe continens, ut bene explicat Donatus; hinc eleganter etiam dicitur de pactione ſive ſponſarum ſive nuptiarum in Phorm. IV. 1. 13. *nam hanc conditionem ſi cui tulero extraneo.* Sueton. in Caeſ. c. 27. *Octaviam ſororis ſuae neptem conditionem ei detulit;* quibus locis *conditio* capienda pro *ſponſa*, ut alibi *matrimonium* pro *uxore* v. Drakenb. ad Liv. III. 45. Nec tantum de licita coniunctione dicitur, ſed etiam de amore meretricio et furtivo ut h. l. Cicero pro Coel. c. 15. *hinc licet conditiones quotidie legas.* Sueton. in Aug. c. 69. *conditiones quaeſitas per amicos ac ſaepe conditione quaeſita.*

52. *quaeſtum occipit*] *quaeſtus* per excellentiam dicitur lucrum, quod ſibi meretrix quaerit corpore vulgando, in Ad. II. 1. 52. *quando cum quaeſtum occeperis;* inde meretrices quaeſtuariae vocantur in lege 4. §. 2. Pand. de his qui notantur infamia. v. Lindenbrog ad h. l. et Bynkersh. obſervat. iur. civil. I. 25.

53. *ita ut fit*] i. e. ut mos et conſuetudo eſt. Juſtin. V. 1. *ita ut fit quo ſe fortuna eodem etiam favor hominum inclinat.* vid. Bentl. ad Ad. I. 1. 30. et interpret. ad Petron c. 49.

55. *captus eſt habet*] pulchre vidit Donatus, formulam ab arena petitam eſſe. Nam cum gladiator Retiarius Mirmillonem reti involviſſet ſpectatores clamabant: captus eſt; cum irretito vulnus intuliſſet, habet ſcil. vulnus. Virgil. Aen. XII. 296. *hoc habet, haec melior magnis data victima divis.* Flor. III. 10. *habes fortem virum, vir fortiſſime, viciſti* ubi videre Graev. Inde venuſte dicitur de eo, qui captus et deceptus eſt ſive de quo actum eſt. Seneca in Agamemn. v. 895. *habet, peractum eſt; pendet exigua male caput amputatum parte* v. Gronov. obſerva-

Dic ſodes, [24] quis heri Chryſidem habuit? Nam Andriae
Illi id erat nomen. SO. teneo. [25] SI. Phaedrum aut Cliniam
Dicebat [*] aut Niceratum; nam hi tres ſimul
Amabant. [26] Eho [27] quid Pamphilus. Quid? [28] Symbolam
Dedit, [29] coenavit. Gaudebam. [30] Item alio die
Quaerebam: [31] Comperiebam nihil [32] ad Pamphilum
Quicquam attinere. Enimvero [33] ſpectatum [34] ſatis

24) ſocie 25) nomen *) *edit.* dicebant, *atque ita nunc in cod.* 26) illam Chryſidem 27) ſcilicet dicebam 28) unus de pueris dixit 29) collationem ciborum dedit et ipſe 30) quod non dicebant illum amare 31) interrogabam illos 32) pro non 33) cauſalis coniunctio 34) cautum.

---

tion. II. 25. et quos laudat Broukhuſ. ad Tibult. eleg. I. 5. 2.

58. *habuit*] verecunde dixit pro *concubuit cum Chryſide* Cic. ad Div. IX. 26. *ne Ariſtippus quidem erubuit, cum eſſet obiectum habere eum Laida* i. e. Laide ad arbitrium frui. Ovid. amor. III. 12. 6. *cum multis vereor ne ſit habenda mihi*. ubi v. Burmann.

59. *teneo*] i. e. ſcio, intelligo III. 2. 18. *teneo quid erret.*

62. *Symbolam dedit coenavit*] Symbolae a gr. συνβαλλειν *conferre* eſt pecunia, quae confertur ad coenam vel compotationem communi ſumtu apparandam. Collectam vocat Cic. de orat. II. 57. Sic *de ſymbolis eſſe* in Eun. III. 4. 2. ſignificat *communi ſumtu coenare*. Plaut. in Stichus III. 1. 28. *eo condixi in ſymbolam ad coenam* h. e. promiſi me coenae adfuturum pro portione mea in ſumtu. Qui nihil confert et gratis coenat, *aſymbolus* dicitur, ut in Phorm. II. 2. 25. Cum *ſymbola* non confundi debet *ſymbolum* vel *ſymbolus* i. e. annulus ſive quodvis aliud ſolitum dari ei qui coenam parat. v. 72. Caſaub. ad Athen. III. 31.

63. 64. *nihil quidquam*] eleganter *quidquam* abundat in Hec. III. 3. 43. *hic tibi nihil eſt quidquam incommodi* Gell. I. 3. *nihil eſſe quidquam commiſſum a me* ſic voci *nemo* per pleonaſmum additur *quiſquam* vel *unus*. v. Drakenb. ad Liv. III. 12.

64. *enimvero*] in initio orationis rem graviſſime affirmat in Andr. I. 3. 1. *enimvero nihil loci eſt ſegnitiae.* Liv. I. 51. *enimvero manifeſta res viſa*, ubi v. Drakenb.

*ſpectatum*] *ſpectare* eſt experimentis cognoſcere, perſpicere in

Putabam, [35] et magnum exemplum continentiae.
Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi, [36]
Neque commoveatur *) animus in ea re, **) [37] tamen
Scias poſſe habere iam ipſum ſuae vitae modum. [38]
Tum [39] id [40] mihi placebat. Tum uno ore omnes omnia
Bona dicere [41] et laudare [42] fortunas meas,

34) illum. 36) quibus filius meus primum floruit *) *Edit.* commovetur **) *Edit.* in ea re tamen. 37) vel in libidine vacat 38) libertatem 39) vel cum. *Haec lectio eſt in edit.* 40) fama 41) pro indicant 42) pro laudabant.

---

Andr. V. 1. 1. *ſatis iam ſatis ſpectata erga te amicitia mea.* Virgil. Aeneid. VIII. 151. *ſunt animi et rebus ſpectata iuventus* ubi v. Serv. Locutio translata eſt a metallis praeſertim auro argentoque, quae igni cognoſcuntur. Notiſſima illa Ovidii *Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum, Tempore ſic duro eſt experienda fides* v. Lambin. ad Horat. epiſt. I. 1. 3. et Graev. ad Flor. II. 7. p. 331.

66. *conflictatur*] hic non tam ad pugnam refertur quam ad frequentem conſuetudinem hominum vitioſorum, contra quorum contagionem velut pugnandum eſt, ſi corrumpi nolis. Sic bene explicat Gesnerus in theſ. ling. lat. voce *conflictus.*

68. *habere ſuae vitae modum* i. e. vitam ſuam regere, ſibi moderari. Donat. *modum* bene explicat *moderationem* Cic. pro Marcello c. 1. *tantum in ſumma poteſtate rerum omnium modum* ubi v. Graev.

69. *uno ore*] idem eſt quod in Hec. II. 1. 4. *uno animo.* Barbari dicunt *unanimiter.* in Phorm. IV. 3. 20. *uno ore auctores fuere* Virgil. Aeneid. XI. 132. *unoque omnes eadem ore fremebant.* Sic *una mente et voce* Cic. in Philipp. I. 9. *omnes iam cives de reipublicae ſalute una mente et voce conſentiunt. Unus* eſt *par* vel *idem* v. Heinſ. ad Ovid. de Metamorph. X. 33.

*omnes omnia bona dicere*] vir quidam doctus legere mavult *omnes omina bona dicere* quam coniecturam merito repudiat Duker. ad Liv. XXIX. 1. *omnia bona dicere* eſt *gratulari.* Locutio ducta eſt a ſacris in quibus omnes mali ominis vitandi cauſa bona verba dicebant. Caeterum hanc uſitatam eſſe formulam laudandi bonae indolis adoleſcentem docet Don. ad h. l. Ovid. Metam. IV. 322. *qui te genuere beati, Et frater felix et fortunata profecto Si qua tibi ſoror eſt et quae dedit ubera nutrix*

Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. 43)
Quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes,
Ultro 44) ad me venit, unicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio 45) uxorem ut daret.
Placuit; 46) deſpondi. 47) hic nuptiis dictus 48) eſt dies
SO. Quid igitur *) obſtat? Cur non vere fiunt? **) SI. Audies.
Fere 49) in diebus paucis, quibus haec acta ſunt,

43) honoratum 44) ſponte 45) meo 46) id mihi 47) ei 48) conſtitutus *) *Edit. omittit* igitur. *Sed Bentleius in omnibus ſuis eodd. reperiri ait. Idem delere iubet* verae, *pro quo Mſſ. noſter* vere. *Aliter interpungunt hunc verſum edit.* **) *a prima manu* fiunt *quae vox interpunctioni congruit. Sed eſt mutata fortaſſe ab ipſo ſcriba in* fiant 49) prope.

---

Petron c. 94. *o felicem matrem tuam quae te talem peperit*, ubi videte interpretes.

70. *fortunas*] *fortunae* hic non de divitiis dicuntur, ſed de ſorte conditionis. vid. Donatum Infra III. 5. 5. *ſervone fortunas meas me commiſiſſe futili.* in Heaut. III. 1. 54. 55. *me tuarum miſeritum eſt fortunarum.* Notanda eſt huius loci conſtructio, nam licet *fortunas* praecedat, tamen pronomen *qui* ponitur ac ſi praeceſſiſſet *fortunatum me* Ovid. ex Ponto III. 4. 91. *nec mea verba legis qui ſum ſubmotus ad Iſtrum.* v. Burmann. ad Quinctiliani declamation. 9. pag. 191.

72. *quid verbis opus eſt*] hac formula veteres utuntur cum, quod ante dixere, exemplo probant. v. in Eun. III. 5. 20. in Phorm. I. 2. 50.

73. *ultro ad me venit*] pulchre Servius ad Aeneid. VII. 268. docet antiquis morem fuiſſe, ſibi generos, quos ſpectati mores commendabant, legere; nam in tanta divortiorum frequentia ſperabant eos firmiores maritos futuros v. infra III. 3. 39 et Heaut. V. 1. 63.

75. *dictus eſt dies*] *dicere diem* eſt diem certum ſtatuere, conſtituere in Eun. III. 4. 4. *locus, tempus conſtitutum eſt. Praeteriit tempus; quo in loco dictum eſt, parati eſt nihil.* Caeſ. de B. G. V. 57. *eis certum diem conveniendi dicit.* Liv. XXXV. 3. *diem quem dixerat conveniendum militibus*, ubi v. Gronov. et Drakenburg.

77. *in diebus paucis quibus haec acta ſunt*] i. e. poſt paucos dies, quibus haec acta ſunt. Sueton in Tiber. c. 60. *in paucis*

Chryſis vicina haec moritur. SO. O factum bene!
Beaſti. Ei *) 49 a) metui a Chryſide. SI. Ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chryſidem, una 50) aderat frequens; 51)
Curabat una 52) funus, triſtis interim.
Nonnunquam 53) conlacrimabat. Placuit tum id mihi.
Sic cogitabam. Hic, 54) parvae conſuetudinis

*) ei *inſertum videtur a ſecunda manu, deeſt in edit., improbante Bentleio.* 49. a) Ei non interiectio dolentis eſt, ut quibusdam videtur, ſed pronomen eſt dativi caſus ut ſit ſenſus: metui. cui? ei. Sicut Priſciano placet. Non enim qui gaudendo praemiſerat: o factum bene! dolendo ſubiecit: ei metui a Chryſide 50) ſimul 51) ſtudioſus 52) ſimul 53) interdum 54) filius meus.

---

*diebus, quam Capreas attigit.* Idem in Ner. c. 3. *in diebus paucis obiit.* Plerumque omittitur praepoſitio v. Giphanium in ind. Lucret. voce *in.*

78. *factum bene*] hac formula veteres in rebus laetis utebantur v. infra V. 6. 5. contra *malefactum* dicebant in rebus adverſis v. Phorm. V. 1. 24. Catulli Carm. III. 16 *o factum male, o miſelle paſſer.*

79. *beaſti*] *beare aliquem* apud comicos ſcriptores *alicui grata ſive facere ſive dicere* in Eun. II. 2. 48. *ecquid beo te* v. Plaut. in Aſinar. II. 2. 66.

*metui a Chryſide*] pro metui Chryſidem; eadem conſtructione Liv. XXIII. 36. *ab Hannibale metuens* ubi v. Drakenb.

*ibi*] ſignificat *tum.* infra II. 3. 5. *ibi culpam in te transferet.* Liv. II. 35. *ibi ira eſt ſuppreſſa* ubi vid. Duker. Per pleonasmum *ibi te* coniunguntur infra v. 104. *ibi tum exanimatus Pamphilus* Sic ſaepe iunguntur eiusdem poteſtatis particulae ut *iam nunc* apud Liv. XXXI. 32. ubi v. Drak. *itaque ergo* apud eundem III. 31. ubi v. Gronov. *ita ſic* apud eund. II. 10.

80. *frequens*] pro frequenter, adiectiv. pro adverbio. Liv. I. 50. *conveniunt frequentes prima luce* ubi v. interpretes.

81. *curabat funus*] ut Gr. κομίζειν ſic etiam latin. *curare* eximie dicitur in re funebri Ovid. faſt. V. 657. *diſplicet haeredi mandati cura ſepulchri.* Curt. X. 10. *iuſſi corpus Alexandri ſuo more curare* vid. Ern. ad Tacit. hiſtor. V. 5. *Funus eſt pompa funebris* et quicquid ad exequias pertinet. Manil. I. 886. *ceſſerat officium morbis et fune-*

Cauſa, huius mortem tam fert [55] familiariter.
Quid, ſi ipſe amaſſet? [56] Quid hic mihi faciet patri? [57]
Haec ego putabam eſſe omnia humani [58] ingenii,
Manſuetique animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoque eius [59] cauſa in funus [60] prodeo.
Nihil ſuſpicans etiam mali. SO. Hem [61] quid id *) eſt? SI. Scies.
Effertur. [62] Imus. Interea inter mulieres

55) alii, flet 56) illam 57) multo magis pro me flebit 58) liberalis et boni 59) filii 60) meretricis Chryſidis 61) iraſcentis *) *Edit. omitt.* id *improbante Bentl.* 62) funus a domo.

---

*ra deerant mortuis* v. interpr. ad Sil. Italic. I. 154.

84. *mortem fert familiariter*] quaſi familiaris eſſet infra v. 109 *reiecit ſe in eum flens quam familiariter.*

87. *quid multis moror*] plena locutio eſt: quid multis verbis te moror? qua forma utebantur, ut orationem compendii facerent.

89. *etiam*] rariorem apud Terentium vim habet pro *etiamnum, adhuc* infra III. 2. 23. *non ſatis me pernoſti etiam* in Hec. IV. 3. 8. *de uxore incertus ſum etiam.* Virgil. Aen. VI. 485. *etiam currus etiam arma tenentem*, ubi v. Serv.

90. *effertur*] ſcilicet ex aedibus; ad rogum efferri proprie dicuntur mortuorum cadavera v. Donat. ad h. l. Nep. in Attic. c. 17. *matrem extulit annorum* XC. Hor. Serm. II. 5. 85. *anus improba Thebis ſic eſt elata* ubi v. Lambertum Petron. cap. 111. *haec cum virum extuliſſet* ubi cura interpretes.

*imus*] hoc quoque funebre verbum eſt pro quo frequentius dicitur *exequias ire* ut in Phorm. V. 8. 57. v. Kirchmann. de funeribus II. 10.

*Inter mulieres*] Athenienſium moribus mulieres iuvenes propinquorum funus proſequebantur, extraneorum funus non licebat comitari niſi mulieribus ſexagenariis v. Solonis legem ap. Demoſthenem adverſus p. 608. In hac igitur re Terentius Athenienſium mores obſervavit non item in eo quod dicit Simonem funus ſecutum fuiſſe. Nam ex eadem Solonis lege viri ante funus ibant, mulieres funus ſequebantur v. Taylor. in lectionib. Lyſiac. c. I. p. 677.

Quae ibi aderant, [63] forte unam aſpicio adoleſcentulam [64]
Forma. SO. [65] Bona fortaſſe. SI. Et vultu, Soſia,
Adeo modeſto, adeo venuſto, [66] ut nihil ſupra. [67]
Quae *) tum mihi lamentari praeter caeteras
Viſa eſt. Et quia erat forma praeter caeteras
Honeſta ac liberali, accedo ad pediſſequas;
Quae ſit rogo. Sororem eſſe aiunt Chryſidis.

63) ad funus. 64) Glycerium quae et Paſſibula 65) ſuſcepit verbum illius. 66) pulchro 67) illa pulchrius ſit *) *Edit.* quia. *Lectio codicis probanda videtur, quia repetitio* quia v. 95. *habet aliquid languidi.*

---

91. *unam*] i. e. quandam, aliquam. Cic. de Orat. I. 29. *ſicut unus pater familias his de rebus loquor.* Caeſar de B. G. V. 45. *erat unus intus Nervius* ubi v. interpretes; add. Burmann. ad Ovid. epiſt. XV. 162. Aliquando *unus* ad excellentiam refertur, inprimis iunctum ſuperlativo, ut apud Virgil. Aeneid. II. 426. *iuſtiſſimus unus qui fuit in Teucris et ſervantiſſimus aequi* v. Bentl. ad Horat. Poet. v. 29. Sed altera notio huic praeferenda videtur.

92. *forma*] forma ad totum corpus pertinet, vultus ad faciem.

93. *ut nihil ſupra*] ſcilicet addi vel eſſe queat in Eun. III. 1. 37. *facete, lepide, laute nihil ſupra*, in Ad. II. 3. 11. *nihil pote ſupra* ubi v. Donat.

95. 96. *forma honeſta*] i. e. pulchra, venuſta in Eun. III. 2. 21. *ita me Dii ament honeſtus eſt. Honeſtus* in ead. fab. II. 3. 65. opponitur *inhoneſtus* i. e. deformis. Virgil. Georg. II. 393. *Circe caput egit honeſtum.* Sueton. in Tiber. c. 68. *facie erat honeſta.* Sic *honor* pro *pulchritudine* Virgil. Aeneid. I. 591. *et laetos oculis afflarat honores.* Petron. in fragm. p. 863. edit. Burm. *totus tibi ſervit honor formaque Dearum Fulges.*

96. *pediſequas*] vulgo male ſcribitur ſibilanti litera duplicata *pediſſequus, a,* ſed in antiquis monumentis ſemper ſcribitur *pediſequus*, ut apud Gruter. p. 110. Nr. 8. Accedit auctoritas poetarum, qui antepenultimam corripiunt v. Phaedr. IV. 4. 36. et ibi Burmann. Mulieres autem graecae cum magno ancillarum comitatu in publicum prodibant v. Rutil. Lup. II. p. 74. et quae ibi notavimus.

Percuſſit **) illico [68]) animum. [69]) atat. [70]) hoc illud eſt. [71])
Hinc illae lacrimae; [72]) haec illa eſt *) miſericordia.
SO. Quam [73]) timeo, quorſum [74]) evadas. Funus interim

**) *Mutata eſt lectio in* perculſit, *quam reiecerunt edit.* 68) verbum hoc 69) reſponſum ſcilicet hoc quod ſororem Chryſidis eſſe dixerint 70) ſcilicet dixi. expaveſcentis 71) quod filius meus plorat mortuam. 72) filii *) *Edit.* illa'ſt *contracte ut millesies* 73) valde 74) in quam partem

---

98. *percuſſit animum*] h. e. commovit, ſuſpicionem iniecit Cic. ad Attic. IV. 8. *Audivi Romae eſſe hominem, percuſſit animum;* pro Deiotaro c. 6. *hac ſuſpicione ſum percuſſus* ubi v. Graev. Sueton in Tiber. c. 11. *percuſſus inopinata re, diu quid ageret incertus. Percuſſus* et *perculſus* a librariis confunduntur. Vulgares magiſtri contendunt *percuſſus* ad corpus, *perculſus* ad animum referri, quod a vero alienum eſt. Utrumque de utroque dicitur, de corpore proprie, de animo tranſlate, ſed *percellere* in re graviori locum habet, ut, ſi quis quaſi fulmine ictus extra ſe rapitur, prae ſubita animi invaſione quid agat neſciat. Horat. Epod. XVII. 15. *tacet et albus ora pallor inficit mentesque perculſae ſtupent: Percuti* vero dicitur in leviore affectu ubi animus quidem commotus eſt nec tamen everſus et conſternatus. De horum verborum diſcrimine v. Riv. ad h. l. interpr. ad Ovid. Metam. IV. 138. inprimis magnum Bentleium ad Horat. Epod. V. in initio.

*at at*] hac particula utuntur, qui diu incerti tandem rem intelligere incipiunt v. in Eun. IV. 5. 1. Caeterum hic mente ſupplendum eſt *haec mecum cogitabam.*

*hoc illud eſt*] exquiſita forma, qua irati, expoſtulantes item admirantes utuntur. Eam explicuit Gren. in Obſerv. ſcript. eccleſ. c. 18. Propertius II 19. 1. *hoc erat inprimis quod me gaudere iubebas.* Virg. Aen. IV. 675. *hoc illud germana fuit, me fraude petebas.* Petron c. 92. *hoc erat quod promiſeras* ubi v. Burmann.

99. *hinc illae lacrimae*] in proverbium abiit, cum cauſam rei, quae nos diu latuerat, indicamus v. Cicer. pro Coelio c. 25. et Horat epiſt. I. 20. 41.

100. *timeo*] h. e. cum timore exſpecto, ut in Phorm. I. 3 2.

*quorſum evadas*] quem exitum narratio tua habitura ſit infra I. 2. 5. *heri lenitas verebar quorſum evaderet.* Nep. in Dione c. 8. *cum quorſum evaderent timeret* ubi v. Graev.

*funus procedit*] proprie utitur

Procedit; ſequimur; ad ſepulchrum venimus;
In ignem impoſita *) eſt. Fletur. Interea haec ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius; [75])
Et *) cum periculo. Ibi tum exanimatus [76]) Pamphilus,
Bene diſſimulatum amorem et celatum indicat,

*) *Edit. Zeunii* poſita'ſt. *Sed Weſterhov.* impoſita'ſt *qui ita ex Mſſ. edidit. uti iam olim Heinſius atque ita etiam ſummus Bentleius* 75) incautius *) *Haec lectio eſt ſequior. Olim enim legebatur ut ex ſpatio liturae veſtigiisque binarum literarum ſ ſ coniici poteſt* ſatis *neque aliter edit.* Eaedem praeferunt *periclo* 76) dolore. Tribus modis deprehenditur hic Pamphilus affectu, facto, dicto.

---

verbo *procedere.* Habet enim ſignificationem pompae et gravitatis in inceſſu inprimis. Conſul procedere dicitur, cum primo conſulatus die in capitolium, comitante amicorum caterva, deducitur. v. Drakenb. ad Sil. Italic. VI. 444. eadem vis eſt verbi *incedere* v. Propert. II. 2. 58. et ibi Broukhuſ.

101. *ſepulcrum*] hic ponitur pro *buſto* vel *rogo* ut contextus docet. Cic. Verr. V. 36. *ut duo ſepulcra duorum praetorum improborum conſtituerentur* ubi v. Hotomann. et ſic *ſepelire* dicitur de combuſtione et quocumque genere cadaveris amovendi Liv. VIII. 24. *ſepultumque Conſentio quod membrorum reliquum fuit* ubi v. Drakenb. Similiter *humare* dicitur pro *cremare* Cic. de legib. II. 22. *quod nunc communiter in omnibus ſepultis eſt, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret.*

102. *in ignem impoſita eſt*] olim hic legebatur *in ignem poſita* quod defendi poteſt ex iis quae Oudendorp. ad Hiſt. de B. G. VIII. 46. annotavit. Rectius tamen viri docti e Mſſ. revocarunt *in ignem impoſita. Imponere in locum*, non minus recte dicitur quam *imponere in loco*, quamvis vulgo grammatici tradant, praepoſitionem *in* accuſativum adſciſcere, cum motum, ablativum, cum quietem ſignificat. Cic. Tuſc. quaeſt. I. 34. *Metellum multi filii in rogum impoſuere.* Liv. I. 18. *dextra in caput Numae impoſita* ubi v. Drakenb. addite Miſcell. Obſervat. I. 399.

104. *exanimatus*] eſt ita perterritus ut animum vel ſpiritum perdidiſſe videatur. infra I. 4. 7. *quidnam Pamphilum examinatum video.* Saepe additum *metu* ut in Phorm. III. 3. 32.

105. *bene diſſimulatum amorem*] *bene* eſt *docte, perite, cal-*

Accurrit, mediam mulierem complectitur,
Mea Glycerium, inquit, quid agis? Cur te is 77) perditum?
Tum illa, ut conſuetum facile amorem cerneres,
Reiecit 78) ſe in eum, flens quam 79) familiariter,
SO. Quid ais? SI. Redeo inde 80) iratus, atque aegre 81) ferens
Nec ſatis ad obiurgandum 82) cauſae. 83) Diceret. 84)

77) vadis 78) reclinavit 79) multum 80) a funere 81) triſte 82) filium 83) ſcilicet erat. genitivus 84) mihi fortaſſe filius.

---

*lide*, ut contra, *male diſſimulatus* apud Vellej. Paterc. II. 109. qui ſic diſſimulat, ut animus eius facile detegi poſſit; ita *bonus* pro *docto*, *malus* pro *indocto* dicitur.

107. *cur te is perditum*] i. e. cur te perdis vel vis perdere in Heaut. II. 3. 74. *tibi laudem is quaeſitum*. Juſtin. XXXVIII. 5. *quia ultum ierit ſe*. Curt. X. 8. *temeritatem armis ultum ire decreverant*. Haec tamen loquendi ratio comicis et ſcriptoribus antiquitatis ſtudioſis, ut Salluſtio, familiarior eſt, quam Cicer. Caeſ. et ſimilibus. v. Sanct. Minerv. III. 11. p. 476. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 36.

108. *cerneres*] h. e. iudicares. Verbi *cernere* varias poteſtates explicuere Perizonius in Sanctii Minerv. IV, 15, Kuſterus in diſſ. de hoc verbo quae ſubiecta eſt libello de verbis Graec. mediis; eleganter autem veteres ſecunda perſona praeſertim imperfecti utuntur cum quid generatim de omnibus dici volunt. Petron. c 8. *putares ab eadem amicula eſſe deductum* h. e. quisque putaret et c. 91. *ſcires non libenter ſervire* Plura Drakenb. ad L. v. III. 11.

109. *reiecit ſe in eum*] h. e. dedit ſe amplectanti Pamphilo atque ei enixa eſt, non conata eſt ſe explicare amplexu. Reiicere proprie eſt in dorſum verſus removere ut docet Oudendorp. ad Apulei. Metam. II. p. 86.

*quam familiariter*] *quam* eſt *valde* et ſaepe iungitur poſitivi gradus nominibus ut apud Caeſar. de B. G. VI. 26. *rami quam late diffunduntur* ubi v. interpret. Cic. Verr. IV. 25. *ſunt veſtrum quam multi* idem ſaepe dicit *ſane quam* v. Graev ad epiſt. ad Attic. VII. 15.

110. *Quid ais*] admirandi formula eſt, ut infra III. 3. 43. aliquando obiurgandi ut apud Petron. c. 71. ubi v. Burmann.

111. *ad obiurgandum cauſae*] pro *obiurgandi cauſa*; ſaepe ſic loquitur Livius, ut VIII. 13. *omnium rerum vobis ad con-*

Quid feci? Quid commerui? 85) aut peccavi, pater?
Quae ſeſe in ignem iniicere voluit, prohibui,
Servavi. honeſta oratio eſt 86) SO. Recte putas.
Nam ſi illum obiurges, vitae qui auxilium tulit; 86 a)
Quid illi facias, qui dederit 87) damnum aut malum?
SI. Venit Chremes poſtridie 88) ad me, clamitans
Indignum facinus comperiſſe, *) 89) Pamphilum
Pro uxore hanc habere peregrinam. 90) Ego illud ſedulo
Negare 91) factum. Ille inſtat factum. Denique

85) loquitur ex perſona filii ſui, quem, ſi voluiſſet per ſuſpicionem redarguere, hoc ei reſponderet 86) honeſta et congrua oratio eſſet ſi haec mihi diceret 86. a) attulit 87) intulerit 88) poſt triduum *) *In edit. diſtinguitur poſt* facinus 89) ſe 90) ſororem Chryſidis Glycerium 91) negabam.

*ſulendum poteſtas eſt* ubi v. Drak.

112. *commerui*] commerere plerumque dicitur in malam partem de eo, qui poena dignus eſt in Hec. IV. 4. 9. *nullam de hiſce rebus culpam commeruit;* ei contrarium eſt promerere. v. Donat. ad Ad. II. 1. 47.

114. *honeſta oratio eſt*] i. e. oratio habet ſpeciem honeſtatis et humanitatis. Terentium imitatur Cic. de offic. II. 20.

116. *dederit damnum*] *damnum dare* eſt *damnum inferre*, pro quo minus latine vulgo dicitur *damnum facere*. id enim ſignificat *damnum pati*. v. Duker. de latinitate veter. Iurisconſult. g. 374. Similiter *malum dare* eſt *malo afficere* infra II. 5. 10. *ut pro hoc malo mihi det malum*. v. interpret. ad Phaedr, I. 16. 2. Damnum eſt rei, malum hominis ut Donatus annotat.

118. *indignum facinus*] eſt irati et indignantis exclamatio ut Eun. I. 1. 25. et Phorm. IV. 3. 8. indignum eſt, turpe, foedum, non ferendum.

119. *pro uxore habere peregrinam*] h. e. loco uxoris ut in Heaut. I. 1. 46. et in Ad. I. 1. 23. *amavi pro meo*. Veteres autem peregrinas mulieres fere pro meretricibus habebant. Nam honeſtae foeminae domi continebantur, inhoneſtae meretricium quaeſtum apud alios potius quam apud ſuos facere volebant v. Donat. ad h. l. et Iſaac. Caſaubon. ad Theophr. character. c. 29.

120. *inſtat factum*] urget dicendo et iterando factum eſſe in Heaut. V. 1. 22. *magis unum etiam inſtare ut hodie conficerent nuptiae* v. Gronov. ad Liv. XXXII. 1. et Schulting ad. Senecae controverſ. C. I. p. 92.

*denique*] i. e. ut paucis di-

Ita tum 92) diſcedo ab illo, 93) ut 94) qui ſe neget
Filiam 95) daturum. SO. Non tu ibi gnatum. 96)
SI. Ne haec quidem
Satis vehemens cauſa ad obiurgandum. SO. Qui? 97)
Cedo. 98)
SI. Tute 99) ipſe his rebus 1) finem praeſcripſti *)
Pater,
Prope eſt, **) 2) cum alieno 3) more 4) vivendum
eſt mihi.
Sine 5) nunc me meo vivere interea modo. 6)
SO. Qui *) igitur relictus eſt obiurgandi locus?

92) vel in tantum 93) ab Chremete 94) ſicut diſceditur ab illo 95) ſuam 96) potuiſti obiurgare 97) quomodo 98) dic 99) ex perſona filii 1) meretricalibus quia uxorem mihi deſpondiſti *) *Edit. Zeunii* praeſcripſiſti **) *Edit.* adeſt. 2) tempus. vel adeſt 3) qui nunc mihi eſt alienus 4) uxoris 5) permitte 6) voluntate *) *Edit.* quis, *non probante Bentl.*

---

cam, ut paucis omnia complectar. Cic. ad Div. X. 10. *is enim denique honos mihi videri ſolet*, ubi v. Graev. Ovid. epiſt. XX. 65. *denique dum captam tute cogare fateri.* v. Duker. ad Flor. 46. p. 145.

122. *non tu ibi gnatum*] intellige obiurgaſti vel ſimile verbum. v. Donat. ad. h. l.

123. *cedo*] aliquando ponitur pro *da*, aliquando pro *dic* ut h. l. et infra II. 3. 9.

125. *Adeſt*] nempe tempus; de huius nominis frequenti ellipſi v. Sanct. Min. IV. 4. p. 645.

*alieno more*] i. e. alterius arbitrio in Heaut. I. 2. 29. *hunccine erat aequum ex illius more vivere.* mox (ſc. v. 126.) dicit *modo* ut in Heaut. I. 4. 21. *non licere meo modo ingenium frui* in Eun. V. 3. 11. *qui hunc meo excruciem modo.* Salluſt. in fragm. p. 973. *gerant habeantque ſuo modo imperia,* ubi vid. Cort. Idem ſic expreſſit Virg. Aen. IV. 340. *me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis.*

127. *relictus eſt obiurgandi locus*] *locus* eſt occaſio, facultas, infra I. 4. *date illis in aliis potius peccandi locum.* II. 2. 17. *nunc non eſt narrandi locus.* Liv. IX. 2. *quando nec conſilio nec auxilio locus eſſet*, ubi v. Drak. Male vero quidam *relictus* in *reliquus* mutavit. Caeſ. de B. G. V. 19. *millibus circiter eſſedariorum relictis itinera ſervabat.* Liv. IV. 27. *nulla in proelio iuſto relicta ſpe.* v. Bentl. ad h. l.

SI. Si [7] propter amorem [8] uxorem [9] nolit ducere,
Ea primum ab illo animadvertenda [10] iniuria eſt.
Et nunc id operam do, [11] ut per falſas [12] nuptias
Vera obiurgandi cauſa ſit, ſi denegat. [13]
Simul [14] ſceleratus Davus, ſi quid conſilii
Habet, ut conſumat [15] nunc, cum nihil obſint doli. [16]
Quem [17] ego credo manibus pedibusque obnixe omnia
Facturum, magis, [18] id adeo [19] mihi ut incommodet, [20]

7) ſcilicet dicam tibi 8) meretricis 9) filiam Chremetis 10) ulciſcenda 11) id ſtudeo 12) ſimulatas 13) id recuſat 14) et id operam do, ut 15) expendat 16) ipſius doli 17) Davum 18) ſcilicet faciet. *Edit. diſtinguit poſt* adeo 19) certe 20) impedimentum generet.

---

129. *animadvertenda iniuria eſt*] *iniuria ab illo* eſt iniuria, quam ille facit. Nam praepoſito *ab* ſaepe inſervit genitivo circumſcribendo. infra III. 1. 3. *ab Andria ancilla.* i. e. Andriae ancilla. Plaut. in Mil. II. 2. 5. *quamque a milite hominem,* Salluſt. in fragm. p. 934. *metus a Tarquinio.* Liv. XXVII. 5. *fides a conſule* ubi v. Gronov. Valerius Flaccus V. 243. *ab auro fulgor.* v. Perizon. ad Sanct. Minerv. III. 3. Nota 138. et Cort. ad Cic. ad Div. III. 13. *animadvertere* h. l. eſt caſtigare, vindicare. v. infra IV. 4. 28. et Donat. ad h. l. *iniuria* eſt peccatum, ut apud Ovid. epiſt. VII. 87. *quae mea coeleſtes iniuria fecit iniquos.*

130. *id operam do*] ſic etiam loquitur infra II. 1. 7. et in Hec. III. 3. 48. *idem nunc huic operam dabo*, in quibus deeſt praepoſitio *in*, quam addit Cic. Tuſc. quaeſt. I. 4. *in quam exercitationem nos ſtudioſe operam dedimus,* ubi v. Daviſ.

132. *conſilii*] i. e. fraudis, doli; ſtratagemata conſilia vocant.

133. *conſumat nunc*] h. e. ſi quid habet artis, adhibeat nunc, nihil intentatum relinquat. Cic. pro Sext. c. 13. *cum omnem vim ſui tribunatus in mea ſalute conſumſerit.* Ovid. Metamorph. VIII. 106. *conſumtis precibus violentam tranſit in iram.* v. Burmann. ad Petron. c. 34.

134. *manibus pedibusque*] proverbium pro omni conatu. v. infra IV. 1. 52. et Petri Victorii variar. lect. IV. 19.

135. *incommodet*] incommo-

Quam ut obſequatur [21]) gnato. SO. Quapropter? SI. Rogas?
Mala mens, malus animus. Quem quidem ego ſi ſenſero, [22])
Sed quid opus eſt verbis? Sine *) eveniat, quod volo [23])
In Pamphilo, *) ut nihil ſit morae; [24]) Reſtat Chremes,
Qui mihi [25]) exorandus eſt, [26]) et ſpero conſore. [27])
Nunc tuum eſt officium has bene ut aſſimules [28]) nuptias,
Perterrefacias Davum, [29]) obſerves filium

21) faveat 22) conſiliari, puniam *) *edit.* Sin 23) ut animum eius quam promtus ſit, pernoſcam *) *diſtinguunt edit. poſt* volo 24) tarditatis 25) a me 26) ut det filio uxorem 27) venturum fore ad has nuptias ſpero Chremetem 28) affingas 29) pertimeſcere (*ſubintellige* facias) ne perſuadeat filio meo.

---

dare alicui ſignificat incommodum alicui afferre, nocere. Cic. pro Quint. c. 16. *cum ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint*; de Finibus V. 19. *quod animi ipſa ſcientia etiamſi incommodatura ſit, gaudeant*, ubi v. Lambert. et Daviſ. Contra *commodare alicui* eſt facere quo alicui commodo, in Hec. V. 1. 33. *meritus de me eſt quod queam illi ut commodem*. Cic. ad Div. XIII. 35. *omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes*.

137. *mala mens, malus animus*] *mens* eſt indoles, ingenium, *animus*, conſilium, voluntas. Senſus igitur eſt: ex mala indole oriuntur mala conſilia. v. Serv. ad Aen. VI. 11.

*ſi ſenſero*] eſt apoſiopeſis; plenus ſermo eſſet: ſi ſenſero moliri aliquid, poenas dabit.

140. *conſore*] i. e. perfici poſſe. Donat. hoc verbum peſſime deducit a conſit. Amm. Marcellin. XXIV. 8. *quorum neutrum extis inſpectis conſore dicebat*, ubi v. Valeſ.

142. *obſerves*] *obſervare* ſaepe eſt omnia dicta et facta alicuius more cuſtodis aut ſpeculatoris animadvertere. II. 5. 1. *iuſſit Pamphilum hodie obſervare*. Servare dixit infra I. 3. 7. *me inſenſus ſervat*.

Quid agat, [30]) quid cum illo conſilii captet. SO. Sat eſt. [31])
Curabo. eamus nunc iam intro. SI. I prae [32]) ſequor. *)

(Actus I. Scena II. SIMO SENEX. DAVUS SERVUS.)

SI. [33]) Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius. [34])
Ita Davum modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audivit, ſed ipſe exit foras. [35])
DAV. [36]) Mirabor hoc ſi ſic abiret. [36 a]) et eri ſemper lenitas

30) ſcilicet cum Davo 31) ſcilicet dictum 32) id eſt: praei *) *Sic etiam alii codd. Edit.* ſequar, *quae l. eſt a correctoris manu in Mſ.* 33) Soſia liberto recedente, coepit ſecum loqui Simo de Davo et ſubito vidit illum exire de alia domo triſtem 34) meus Pamphilus 35) a domo 36) Simulate ſecum loquebatur quaſi non audiret dominus, cum vellet, ut audiret. 36 a) laetitia domini mei.

---

144. *iam nunc*] hae particulae ſaepe iunguntur. Ovid. Epiſt. II. 83. *doctas iam nunc eat inquit Athenas.* Liv. XXXI. 32. *tempus iam nunc ſtatui poſſit*, ubi vid. Drak.

* *i prae ſequor*] *i prae* dicitur pro *praei* ut Eun. V. 2. 69.

Act. I. Scena II.

1. *nolit uxorem*] ubicunque *volo* et *nolo* accuſativum adiunctum habent, is pendet a ſubintellecto infinitivo. Hic ſupplendum eſt *ducere*.

4. *mirabor*] intelligendum eſt, Simonem, poſtquam haec cum Soſia egerat, cum Davo locutum eſſe.

*ſi ſic abiret*] i. e. hoc ferremus impune, ſi nobis nihil moleſtiae inde orietur. Catull. Carm. XIV. 16. *non non hoc tibi ſic abibit.* Cic. de Fin. V. 3. *etſi hoc fortaſſe non poterit ſic abire.* Simili ratione aliquis dicitur auferre, quod ſcilicet impunitum, inultum in Ad. III. 4. 8. *haud auferent.*

*ſemper lenitas*] Si Donatum et alios interpretes ſequamur, *ſemper lenitas* per figuram hyphe, eſt perpetua lenitas, ut apud Virgil. Aen. I. 198. *ante malu* ſunt ſuperiora mala. v. Voſs. in hiſtor. orat. V. 4. p. 241. Sed hic *ſemper* rectius iungitur cum verbo *verebar.*

Verebar quorſum evaderet. [37]
Qui poſtquam audierat non datum iri [38] filio uxorem ſuo,
Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit, [39] neque id aegre tulit.
SI. At nunc faciet. [40] Neque, ut opinor, ſine tuo magno malo. [41]
DAV. Id voluit nos, [42] ſic nec [43] opinantis [44] duci [45] falſo gaudio,
Sperantis, [46] iam amoto metu [47] interea *) oſcitantes [48] opprimi, [49]

37) tenderet 38) non dari 39) de ea re dixit 40) dicet aliquid dominus tuus 41) ſcilicet faciet 42) i. e. impedivit me videlicet Pamphilumque et Soſiam quia non ſic opinabamur duci i. e. ſeduci falſo gaudio domini noſtri Simonis, quo ſimulabat ſe gaudere his diebus. domini, dico, ſperantis i. e. qui ſperabat opprimi poſſe nos oſcitantes ſive negligentes remoto metu a nobis. Interea dum, dum ſimulabat, ſe laetum hilaremque eſſe, quod idcirco agebat, ne eſſet nobis ſpatium ad diſturbandas nuptias, quas inſperate inchoavit hodie. Et eſt ſenſus: Ideo ſimulabat ſe laetum eſſe his diebus, ut ſecuriores eſſemus ac per hoc negligentiores et poſſet nos praeoccupare, ne nuptias diſturbare poſſemus. 43) pro non 44) nos dico 45) ſeduci 46) ſcilicet domini ſimulantis. domini dico genitivus eſt 47) a nobis *) *Edit.* inter. *Noſtram lectionem quae eſt meliorum codd. defendit Bentl.* 48) ſomniculoſos ſcilicet nos 49) ſcilicet poſſe.

---

7. *nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit*] nunquam cum quoquam noſtrum locutus eſt, infra II. 4. in fine *nunquam tecum commutaturum verbum.*

9. *id voluit*] h. e. hoc eius conſilium fuit. Sic Sueton. in Caeſ. c. 30. *hoc voluerunt.*

*nec opinantes*] veteres *nec opinans* et *nec opinus* dicunt pro inopinans, ut *nec* valeat *non*, in Heaut. I. 2. 12. *laetitiam nec opinanti primus obiicerem*, v. Manut. ad Cicer. ad Div. XIII. 18. et Drak. ad Liv. IV. 27.

*duci falſo gaudio*] decipi. Sic infra IV. 1. 20. *etiam nunc me ducere iſtis dictis poſtulas.* Propert II. 13. 57. *mentiri noctem promiſſis ducere amantem.* v. Heinſ. ad Ovid. Metam. VIII. 123. et Bentlei. ad Horat. ſermon. I. 2. 88.

10. *oſcitantes*] i. e. negligen-

Ne eſſet 50) ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias.
Aſtute. 51) SI. Carnufex, quae loquitur! DAV. Erus eſt, neque provideram.
SI. Dave. DAV. Hem quid eſt? SI. Ehodum. 52) ad me 53) DAV. 54) Quid
Hic vult? SI. Quid ais? DAV. Qua de re? 55) SI. Rogas?
Meum gnatum rumor eſt amare. DAV. Id populus curat ſcilicet. 56)
SI. Hoccine agis an non? 57) DAV. Ego vero iſtuc. 58) SI. Sed nunc ea me 59) exquirere

50) ſcil. nobis 51) ſcil. cogitavit 52) adverbium vocandi 53) ſcil. veni 54) ſecum 55) interrogas 56) vel ironice 57) agis tu hoc annon 58) pro iſtud facio 59) quae filius meus egit.

---

tes, ſecuros. Oſcitare ſignum ſecuritatis. v. Gell. IV. 20.

*opprimi*] dicitur cuicunque quid ſubito et praeter opinionem accidit. Cic. Verr. III. 91. *Antonium mors oppreſſit.* Liv. XXXVII. 4. *eo ipſo quod nihil ſubtimerent opprimi incautos poſſe*, v. Gronov. ad Liv. XXX. 10.

11. *cogitandi*] i. e. conſultandi, deliberandi. Nep. in Datam. c. 7. *quum cogitaſſet facere auderet, et prius cogitare quam conari conſueſcit.* Vellei. Paterc. I. 10. *cogitationem regiam Romana diſiecit conſtantia*. v. Cort. ad Cic. epiſt. ad Div. III. 2.

12. *provideram*] i. e. antevideram. Plaut in Aſin. II. 4. 44. *non te provideram. quaeſo ne vitio vortas.*

14. *id populus curat ſcilicet*] ſenſus eſt: non credo eſſe rumorem in populo. Cur enim populus curet filii tui amorem? *Scilicet* et *videlicet* eleganter inſerviunt ironiae. Virgil. Aen. IV. 379. *ſcilicet is ſuperis labor eſt.* Terentium imitatur Cic. ad Attic. XIII. 34. v. Bentl. ad Ad. V. 3. 5.

15. *Hoccine agis an non*] i. e. utrum attendis ad ea, quae dico an non? Haec formula, quia qui ſpectant vel audiunt, attento animo eſſe iubentur, ex veterum ſacris manavit. Nam ſacerdos, antequam victima immolaretur, clamabat, hoc ago, monens populum, ut huic rei iam tempus eſſet. v. Plutarch. in Numa p. 69. et in Coriol. p. 225 et interpr. ad Sueton. Calig. c. 58. infra II. 5. 4. *hoc agam*, in Heaut. III. 2. 4. 7. *nunc iſtuc age.* Huic formulae contraria eſt, *alias res agere*. i. e. non attentum eſſe; in Eun. II. 3. 56. in Hec. V. 3. 28.

Iniqui patris eſt. Nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem [60]) tulit, [61]) ſivi, *) [62]) animum ut expleret ſuum.
Nunc hic dies [63]) aliam vitam affert, alios mores poſtulat.
Dehinc poſtulo ſive [64]) aequum eſt [65]) te oro Dave, ut redeat [66]) iam in viam.
Hoc quid ſit. *) Omnes, qui amant, [67]) graviter ſibi dari uxorem ferunt.

60) ad amorem meretricis 61) permiſit *) *edit. Zeunii* ſini *atque in notis auctoritas grammatici Diomedis affertur ad tuendam lectionem, ſed ipſe Diomedes praefert* ſivi. *neque aliter dedit Weſterhov.* 62) permiſi 63) nuptiarum 64) ſi 65) ut oret dominum ſervus 66) filius *) *deſunt nomina* DA. et SI. *ante verba quae iis in edit. tribuuntur. Atque codici Donati defuiſſe ſuſpicatur Zeunius* 67) meretrices.

---

17. *dum tempus ad eam rem tulit*] i. e. dum tempus ei rei idoneum paratum eſt, infra II. 6. 12. *dum aetas tulit.* v. Bentlei. ad Heaut. IV. 1. 54. iungenda ſunt *tempus* et *ad eam rem.*

*ſivi*] codices quidam apud Lindenbrogium pro *ſivi* habent vetuſtam formam *ſini*, quae forte a Terentii manu eſt. Nam veteres ſaepe praeterita forma praeſentium et contra praeſentia forma praeteritorum inflectebant, ut *impelli*, *negligi*, *evadi* etc. v. Voſs. de analogia III. 20. et Ducker. de latinit. veter. Iuris conſult. p. 369.

*animum ut expleret ſuum*] i. e. ut amore ſe ſatiaret. *explere animum* eleganter dicuntur, qui affectibus animi, amori, irae etc. obſequuntur in Hec. V. 1. 28. *exple animum iis*, eodem ſenſu infra IV. 1. 19. *animo morem gerere* in Ad. I. 1. 8. *animo obſequi* Ovid. Metam. XII. 598. *animo indulgere.*

19. *ſive aequum eſt*] *ſive* ponitur pro *vel ſi*, infra I. 5. 58. *ſive te haec ſolum ſemper fecit maximi*, in Eun. II. 3. 20. *ſive adeo digna res eſt.* Cic. de legib. I. 7. *ſive quod eſt aliud verbum.* v. Riv. ad h. l.

*ut redeat in viam*] h. e. ut mores ſuos emendet, prava vita relicta. *via* ſimpliciter ponitur pro vera et recta via ut ὁδὸς ap. Euripid. in Medaea v. 765. Cic. Philipp. XII. 2. *quodſi eſt erratum ſpe falſa ac fallaci, redeamus in viam.* Contra *errare via*, *decedere de via*, *deflectere de via* eſt peccare.

*iam*] tarditatis ſignum habet, ut Donatus monet et idem valet

DAV. Ita aiunt. SI. Tum [68]) ſi quis magiſtrum [69]) cepit [70]) ad eam rem improbum,
Ipſum animum aegrotum ad deteriorem [71]) partem plerumque applicat.
DAV. Non hercle intelligo. SI. Non? [72]) hem. DAV. Non. Davus ſum, non Oedipus. [73])
SI. Nempe ergo aperte vis quae reſtant [74]) me loqui? DAV. Sane quidem. [75])
SI. Si ſenſero hodie quicquam te in his nuptiis
Fallaciae conari, quo fiant minus, [76])
Aut velle in ea re [77]) oſtendi, quam ſis callidus,
Verberibus caeſum te in priſtrinum *) Dave dedam usque ad necem,

68) praecipue 69) lenonem ut tu es Dave 70) habere. *Legit igitur* coepit. 71) meretricem 72) intelligis. 73) alias mendaciſſimus 74) ſuperſunt 75) ſic volo 76) ſcil. ſi ſenſero 77) nuptiarum *) *Edit.* piſtrinum. *recte.*

---

quod *tandem.* Petron. c. 44. *iam ſcio unde acceperit denarios mille aureos,* ubi v. Burmann.

21. *ita aiunt*] formula eorum, qui non ex animi ſententia aſſentiuntur, ut infra II. 1. 21. in Ad. V. 8. 7. Eodem ſenſu dicitur, *ita praedicant,* infra V. 3. 4.

*magiſtrum*] magiſter eſt, cuius ſuaſu et conſiliis omnia agimus. Seneca in Thyeſte v. 310. *ſaepe in magiſtrum ſcelera rediere ſua* v. Burmann. ad Phaedr. II. 6. 16.

22. *animum aegrotum*] i. e. amore laborantem. Veteres philoſophi amorem aliasque animi affectiones morbos dicunt. Nihili vero diſcrimen eſt, quod Donatus tradit, aegrum animum dici, corpus aegrotum. Ipſe Terentius alibi quoque ſic loquitur et ap. Cicer. Tuſc. quaeſt. III. 4. *aegrotatio mentis.*

23. *Davus ſum, non Oedipus*] ſermones tui aeque obſcuri ſunt atque aenigmata. Illis igitur ſolvendis Oedipus adhibendus eſt v. Proverb. ſcriptores.

28. *piſtrinum*] eſt locus ubi fruges toſtae pinſuntur et panis conficitur, unde pinſores dicti ſunt *piſtores.* v. Voſs. in etymolog. Hic labor cum durus cibus eſſet, in piſtrinum detrudebant et compingebant, qui quid deliquiſſent. Saepe heri apud comicos hoc ſupplicium ſervis minitantur, v. in Phorm. II. 1. 19. et celeberr. Hemſterhuſ. ad Luciani Timon. p. 127.

Ea lege atque omine [78] ut ſi te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid hoc? *) intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? DAV. immo callide. [79]
Ita aperte ipſam rem modo locutus, nihil circuitione uſus es.
SI. Ubivis facilius paſſus ſim [80] quam in hac re [81] me deludier. [82]
DAV. Bona verba quaeſo. [82 a] SI. Irrides. *) [83] Nihil me fallis. Sed dico tibi,

78) auſpicio *) *Signum interrogandi in edit. ante* quid. *recte.* 79) intelligo 80) permittam. ſuſtineam 81) filii mei 82) a te 82 a) per contrarium hoc dicit i. e. mitius loquere *) *cum ſigno interrogandi in edit. quod rectius abeſt teſte Bentl.* 83) me.

---

29. *ea lege*] h. e. ea conditione, in Eun. I. 2. 22. *hac lege meam tibi adſtringo fidem.* v. Heinſ. ad Ovid. epiſt. XII. 39.

*omine*] i. e. praeſagio; dicit enim herus, ſi ſervum inde exemerit, id ſibi praeſagium vel ſignum futurum, ut ipſe pro ſervo molat.

30. *imo callide*] i. e. plane, probe, v. in Ad. III. 3. 63. et Plaut. in Aſinar. II. 2. 82.

31. *nihil uſus es*] *nihil* pro *non* ponitur ut mox *nihil me fallis.* Cic. ad Div. V. 20. *qui ambitione nihil uterer.* IX. 16. *Oenomao tuo nihil utor.* v. Periz. ad Sanct. Minerv. IV. 4. not. 83. et Drak. ad Liv. XXII. 45.

*circuitione*] h. e. ambagibus. Cic. de nat. Deor. II. 17. *circuitione quadam Deos tollit.* Barbari dicunt: per indirectum. Utroque autem modo dicitur *circumire* et *circuire.* v. Drak. ad Liv. XXVI. 29.

33. *bona verba quaeſo*] h. e. loquere meliora, noli putare te a me deludi poſſe. Locutio ſumta eſt e ſacris, in quibus *bona verba dicere* eſt, verbis, quae malum omen habeant, abſtinere. Tibull. Eleg. II. 2. 1. *dicamus bona verba,* ubi v. Broukhuſ.

*nihil me fallis*] h. e. non me lates, non latenter agis. Liv. XXXI. 26. *fefellere inſidiae.* XLI. 2. *nec quidquam eos, quae terra marique agerentur, fallebat,* ubi v. Drakenb. Sic *vita fallens* pro obſcura ap. Hor. epiſt. I. 18. 103.

*dico tibi*] eſt graviter increpantis et minantis formula in Eun. II. 3. 45. *tibi dico Chaerea.* Ovid. epiſt. XX. 153. *Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi.* Phaedr. IV. 19. 18. *tibi dico avare,* ubi v. interpretes.

Ne temere facias, neque tu hoc dices *) tibi non praedictum. Cave. 84)

(Act. I. Scen. III. DAVUS.)

DAV. 85) Enimvero Dave nihil loci eſt ſegnitiae, neque ſocordiae. 86)

Quantum intellexi modo ſenis 87) ſententiam de nuptiis.

Quae ſi non aſtu 88) providentur, me aut erum 89) peſſumdabunt. 90)

*) *Edit. Zeunii* haut dicas, *et Weſterhovii* hoc dicas *et diſtinguunt poſt* dicas 84) ne decipias filium meum. 85) ſecum. ad ſemetipſum 86) ſtultitiae. ſocors ſine corde et intellectu 87) domini mei 88) aſtutia 89) dominum Pamphilum 90) in ruinam mittent.

---

34. *neque tu haud dicas*] ſaepe apud Latinos Graecorum exemplo duae negationes non affirmant, ſed negant, in Eun. V. 8. 47. *nec magis ex uſu tuo nemo eſt.* Plaut. in Epid. V. 1. 56. *neque ille haud obiiciet mihi.* Propert. II. 15. 5. *nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras,* ubi v. Broukhuſ. addite Duker. ad Flor. III. 17. p. 636. et Bentl. ad h. l.

Act. I. Scen. 3.

1. *enimvero*] eſt vox indignantis ac dolori exprimendo accommodata. Cic. Verr. I. 26. *tum alius ex alia parte, enimvero ferendum hoc non eſt.* v. Gronov. ad Liv. XXVII. 20.

3. *ſi non aſtu providentur*] h. e. ſi non aſtute et callide caventur. v. in Phorm. I. 4. 5. et Gronov. ad Liv. XXVI. 27. hinc cautus et providens ſaepe iunguntur ut ap. Liv. II. 24. Recte vero Donat. obſervat, metaphoram ductam eſſe a gubernatore, qui procella ex adverſo proveniente providet navi ſuae, cavet; id quod etiam clarum eſt e verbo *peſſumdare.* Cic. Catil. IV. 2. *incumbite ad reip. ſalutem, circumſpicite omnes procellas, quae impendent, niſi providetis.* Caeterum *providentur* hoc loco exquiſitiore ratione ponitur pro ſingulari *providetur*, de qua conſtructione v. Gronov. ad Liv. XXVII. 15.

*peſſumdare*] dicitur, ut venum, victum, paſtum dare. Eſt enim ſupinum ab antiquo verbo *petior* i. e. ſubigor, pedibus calcor. Proprium domicilium habet in navibus unda merſis. Plaut. in

Nec quid agam certum eſt. Pamphilum 91) ne 92) adiutem, 93) an adſcultem *) ſeni? 94)
Si illum 95) relinquo, eius vitae timeo, 96) ſin opitulor, huius 97) minas,
Cui 98) verba dare, 99) difficile eſt. Primum iam de amore hoc comperit, 1)
Me infenſus obſervat, *) ne quam 2) faciam nuptiis fallaciam.

91) filium domini mei 92) an 93) adiuvem *) *Edit.* auſcultem. *Literis* ad *ſuperſcriptum* ob, *ſed* obſcultem *eſt verbum nullum* 94) patri illius 95) Pamphilum 96) ſunt quaedam verba activa voce paſſivam ſignificationem habentia, ut timeo te; et e contrario paſſiva voce activam ſignificationem, ut timeor a te. Sunt tamen haec eadem abſoluta, cum non iunguntur caſui accuſativo, ſed dativo, ut hoc: eius vitae timeo et ſupra: ei metui a Chryſide 97) domini 98) Seni 99) non agit cum homine verbis ſed flagellis 1) quod cum filio illius ſtudeam *) *Edit.* ſervat 2) aliquam.

---

Rudente II. 3. 64. *nunc eam cum navi ſcilicet abiiſſe peſſum in altum;* hinc tranſlate dicitur pro perdere. Salluſt. in Jugurtha c. 1. *Sin captus pravis cupidinibus ad inertiam et voluptates corporis* peſſumdatus eſt; ubi v. Cort.

4. *certum eſt*] h. e. decretum, conſtitutum eſt, infra II. 1. 11. *omnia experiri certum eſt.* Cic. pro Roſc. Amer. c. 11. *certum eſt deliberatumque omnia dicere.* v. Drak. ad Liv. II. 45.

5. *vitae*] vita ſaepe apud Terent. eſt ſalus, bona exiſtimatio et quicquid carum eſt. v. infra I. 5. 37. et in Ad. III. 2. 42.

*timeo*] Veteres ambiguitatis vitandae cauſa conſtructionem verborum *timeo* et *metuo* ita diſtinxerunt, ut malum, quod timemus, in accuſativo ponerent, rem amatam, propter quam ſumus in metu, in dativo; utrumque habemus in hoc uno loco. in timore ſum de eius vita, quam ſervare cupio, et propter huius minas, a quibus malum quid exſpecto. v. Perizon. ad Sanct. Minerv. III. 3. Not. 88.

6. *verba dare*] h. e. fallere, decipere, quia qui rem exſpectat et nihil praeter verba invenit, deceptus eſt. Hanc locutionis rationem elegantem reddit Donat. ad Eun. prol. v. 24. v. infra III. 2. 24. in Eun. IV. 5. 1.

*primum*] ſaepe apud optimos ſcriptores occurrit *primum*, non ſequentibus particulis *deinde, poſtea* etc. et contra *primum* omittitur, ſequentibus *deinde, poſtea* etc. Exempla habent Gronov.

Si ſenſerit, perii. Aut ſi libitum fuerit, cauſam ceperit 3)
Quo iure, 4) Qua *) iniuria 5) praecipitem me in priſtrinum *) dabit.
Ad haec mala hoc mihi accedit **) etiam. Haec Andria 6)
Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt.
Audireque eorum eſt operae pretium 7) audaciam:

3) occaſionem capiet. 4) qua lege *) *edit.* quaque 5) iniuſtitia *) *Edit.* piſtrinum **) *Edit. Zeunii* accidit *forte operarum errore* 6) quam diligit Pamphilus Glycerium ſororem Chryſidis quae de Andro venit 7) dignum eſt. neceſſe.

---

ad Liv. XXXIV. 19. et Duker. ad Flor II. 18. p. 461.

8. *cauſam ceperit*] h. e. quemcunque praetextum arripuerit. Saepe *cauſa* eſt praetextus in Eun. V. 5. 30. *iam diu aliquam cauſam quaerebat ſenex.* Caeſar d. B. C. *per cauſam exercendorum remigum.* Ovld. Triſt. II. 451. *per cauſam meminit ſe tetigiſſe manum.* vid. Caſaub. ad Sueton. Caeſ. c. 2. et Drak. ad Liv. II. 32. Caeterum aliquid impediti eſt in huius loci conſtructione, de quo v. Bentl.

9. *quo iure quaque iniuria*] omnino cum Bentleio et aliis legendum *qua iure qua iniuria* i. e. quocunque modo ſive iuſte ſive iniuſte. Proverbialiter dicitur ut apud Graecos **δικαιως και αδικως**. Liv. II. 54. *iure an iniuria eripiendos eſſe reos.* Caeterum particulae *qua*, *qua* eleganter ponuntur pro tum, tum. Liv. X. 38. *conſul inſignis qua paterna gloria qua ſua.* Plin. epiſt. IX. 2. *illi enim qua varietas rerum qua magnitudo largiſſime ſuppetebat.* v. Gronov. obſervat. III. 12. Heinſ. ad Valer. Flacc. V. 85. et Bentl. ad h. l.

*praecipitem dabit*] h. e. per vim, cum impetu coniiciet, in Phorm. IV. 3. 20. *ut praecipitem hanc daret.* Catull. Carm. 106. *muſae forcillis praecipitem eiiciunt;* ita frequens *aliquem praecipitem agere.* Salluſt. Catil. c. 31. *ab inimicis praeceps agor.* v. interpretes ad Liv. XXX. 14.

11. *ſive iſta uxor ſive amica eſt*] Gulielmius quaeſt. Plautinar. c. 9. et Bentlei. ut laboranti metro ſuccurrant, legunt *ſi iſta uxor ſive amica eſt. ſi* idem valet quod *ſive.* Plaut. in Curcul. I. 1. 4. *ſi media nox eſt ſive eſt prima veſpera.* Etiam *ſi*, *ſi* dicitur pro *ſive*, *ſive* ut in precum formula apud Gell. II. 28. *ſi Deo, ſi Deae.* v. Bentl. ad h. l.

12, *audire eſt operae pretium audaciam*] h. e. qui eorum audaciam audiverit, fructum di-

Nam inceptio 8) eſt amentium, 9) haud amantium.
Quicquid peperiſſet, 10) decreverunt tollere, 11)
Et fingunt quandam inter ſe 12) nunc fallaciam,
Civem Atticam eſſe hanc. 13) Fuit olim quidam ſenex

8) iſta Pamphili et Glycerii 9) Paranomaſia ſ. potius quia inmenſurate ſe amant 10) haec meretrix 11) Pamphilus et Glycerium ſuſcipere. nutrire 12) Pamphilum et Glycerium 13) Hoc eſt quod fingunt.

---

gnum opera capiet. Audire ponitur pro auditio, infinit. pro ſubſtantivo. V. quos laudat Drak. ad Liv. I. 54. Pro *operae pretium eſſe* interdum omiſſa voce *operae* dicitur *pretium eſſe*. Tacit. annal. I. 57. *Germanico pretium fuit convertere agmen*, ubi v. Freinshem. In his autem locutionibus *pretium* notat praemium, mercedem.

13. *inceptio*] incipere, inceptio, inceptum proprie dicitur de conſilio temerario et audaci infra I. 5. 1. *hoccine eſt humanum factum aut inceptum* in Eun. V. 8. 5. *inceptor*, ubi v. Donat. Liv. XXIV. 19. *cum non ſatis inceptio ſuccederet.* v. Cort. ad Salluſt. Catilin. c. 20.

14. *quicquid peperiſſet*] ita veteres neutro genere loquebantur de partu et futuro et recens nato. Plautus in Amphitr. I. 3. 3. *quod erat natum, tollitur.* Cic. ad Attic. X. 18. *quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.* Ovid. epiſt. VI. 61. *quod tamen e nobis gravida celatur in alvo.* v. interpretes ad. Matth. 1, 20. et Gronov. in Lect. Plaut. p. 14.

*tollere*] Locutiones *tollere* et *ſuſcipere liberos* pro educare fluxerunt e moribus Graecorum et Romanorum, in quorum poteſtate erat, infantes ex ſe natos vel educare vel exponere vel interficere. Infantes recens in lucem editi in terra ponebantur invocata Ope, ut eos placide terrae ſinu exciperet et adiuvaret, ex quo more intelligendus Ovid. Triſt. IV. 3. 46. *tactaque naſcenti corpus haberet humus* et Sueton. in Aug. c. 5. *quod ſolum primum Divus Auguſtus naſcens attigiſſet*, ubi v. Torrentium. Hinc *cadere* pro naſci, apud Statium Sylvar. I. 3. 109. *tellure cadentem excepi fovique ſimul.* Poſitum ſic in terra infantem, ſi educare vellet, tollebat, ſi nollet, iacentem relinquebat: quem ſaepe ſervi alienae miſericordiae exponebant, additis crepundiis quibusdam, unde poſtea cognoſci poſſet. v. Lambinum ad Horat. Serm. II. 5. 46.

15. *fingunt fallaciam*] i. e. parant commentum in Eun. I. 2. 58. *fingis cauſas, ne det ſedulo* v. Graev. ad Juſtin. XXV. 3.

16. *civem Atticam*] nempe, ſi civis Attica fuiſſet, ex Athe-

Mercator: navem is fregit apud Andrum inſulam.
Is obiit [14]) mortem: ibi tum hanc [15]) eiectam Chryſidis
Patrem [16]) recepiſſe orbam [17]) parvam. Fabulae!
Mihi quidem hercle non fit veriſimile; atque ipſis [18]) commentum [19]) placet.
Sed Myſis [20]) ab ea [21]) egreditur: At ego hinc me ad forum, [22]) ut
Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem [23]) opprimat.

14) obviavit. obimus mortem 15) Glycerium 16) fingunt 17) pupillam 18) Pamphilo et Glycerio 19) mendacium 20) ancilla Glycerii 21) ab Glycerio 22) ſcil. ducam 23) improviſum.

---

nienſium lege Pamphilus cogi potuiſſet, eam uxorem ducere.

18. *eiectam*] Scilicet in littus de nave naufraga; proprie et navis et homo, qui fluctibus in terram expellitur, *eiici* dicitur. Virgil. Aen. IV. 374. *eiectum littore egentem Excepi.* infra V. 4. 20. *Atticus quidam olim navi fracta ad Andrum eiectus eſt.* v. Gronov. ad Senec. controverſ. 16. Hinc Cic. pro Quinctio c. 19. translate *eiectum* vocat, qui rebus ſuis ſpoliatus eſt.

20. *atque*] hic ponitur pro *et tamen, et verum.* ſic Graev. capit in Cic. ad Attic. VI. 1. *atque hoc tempore ipſe impingit mihi epiſtolam.* plura habet exempla Cortius ad Salluſt. Iugurth. c. 4.

21. *ab ea egreditur*] h. e. ex aedibus eius egreditur in Heaut. II. 2. 6. *a patre exiens,* in Phorm. V. 1. 5. *a fratre quae egreſſa eſt meo.* Cic. pro Milone c. 19. *devertit Clodius ad ſe* h. e. in villam ſuam. v. Gronov. In lection. Plautin. p. 56.

*hinc me ad forum*] ſupplendum *conferam.* infra II. 2. 24. *ego me continuo ad Chremem.* Saepe in his locutionibus verbum, quod motum ad locum ſignificat, omittitur. v. Gronov. ad Sen. Troad. v. 844. et Duker. ad Flor. III. 6. p. 557. In foro ſervus ſe ſperabat Pamphilum conventurum, quia otioſi apud Athenienſes in forum venire ſolebant confabulandi gratia, cuius moris plura veſtigia ſunt apud Terent.

22. *imprudentem*] imprudens eſt, qui nihil mali ſuſpicatur. v. in Eun. I. 2. 56. contra *prudens,* qui id providet. v. in Eun. I, 1. 27. et Drak. ad Sil. Italic. VI. 166.

## (Actus I. Scena IV. MYSIS.) [24]

Audivi Archilis, *) [25]) iam dudum Lesbiam [25 a]) adduci iubes.
Sane pol [26]) illa [27]) temulenta eſt mulier, et temeraria.
Nec ſatis digna [28]) cui committas primo partu mulierem.
Tamen eam adducam. Importunitatem ſpectate [29]) aniculae, [30])
Quia compotrix [31]) eius eſt. Di, [32]) date facultatem *)

24) Myſis et Archilis ancillulae erant Glycerii, quae, dum parturiret, miſit unam iſtarum i. e. Miſin, ad accerſendum obſtetricem, nomine Lesbiam, quae non ſatis perita erat obſtetricare. Loquitur autem ita, quaſi illa egrediente, Archilis, quae domi reſidebat, inclamaret illam, ocius ire pro obſtetrice, et in eundo loquebatur ſecum. *) *Edit. Zeun.* Archillis *per duplex* L. *Weſterh. per ſimplex. Ambae diſtinguunt poſt iam dudum* 25) alia ancilla Glycerii eius ſocia 25 a) obſtetricem 26) per Deum Pollucem 27) Lesbia 28) perita 29) cavete 30) Lesbiae 31) i. e. compos importunitatis 32) vel Dii *) *Edit. addunt* obſecro.

---

Act. I. Scen. 4.

1. *iam dudum*] dicitur de tempore non longe praeterito in Eun. IV. 6. 5. *ego iam dudum hic adſum.* Cic. de amicit. c, 22. *ea quam iam dudum tractamus ſtabilitas amicitiae,* pro quo Petron. dicit *iam olim* v. Broukhuſ. ad Tibull. III. 6. 63. et Drakenb. ad Sil. Ital. XI. 273.

2. *ſane pol illa temulenta*] *pol* contracte dicitur pro *per pollionem;* idem eſt aedepol. Hoc iusiurandum et viris et foeminis commune erat, ſed *me Caſtor* ſolae foeminae, *me Hercule* ſoli viri dicebant. Gell. XI.

6. *ſane* iungendum cum temulenta.

4. *tamen eam adducam*] plenus ſenſus eſt: etſi mulier temulenta eſt, tamen eam adducam. Nam ſaepe particulae *quanquam, quamvis, etſi,* quibus *tamen* reſpondere ſolet, per ellipſin omittuntur. v. Gronov. ad Liv. XXIII. 13. et Drak. ad Liv. XXXVII. 25.

*importunitatem*] proprie *importunus* eſt non habens commodum portum, hinc metaphorice inficetus, incommodus etc. Cic. de amicit. 1. 15. *miror illa ſuperbia et importunitate ſi*

Huic 33) pariundi, atque illi 34) in aliis pocius peccandi 35) locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid ſiet; 36)
Operiar, 37) ut ſciam nunc *) quidnam haec turba 38) triſtitiae afferat.

(Actus I. Scena V. PAMPHILUS. MYSIS.)

PAMPH. 39) Hoccine eſt humanum factum aut inceptum? hoccine eſt officium patris?
MYS. Quid illud eſt? 40) P. Proh Deum 41) *) fidem quid eſt 42) ſi haec non contumelia eſt?

33) dominae meae 34) Lesbiae 35) negligendi 36) pro ſit 37) exſpectabo Pamphilum *) *Edit. Zeunii* num quidnam, *ſed Weſterh. praefert lectionem codicis noſtri* 38) turbatio iſta 39) ſecum loquebatur, dum cognoviſſet, non per Davum ſed per quendam alium, patrem nuptias ſuas praeparare, putans, quod in veritate ageret. Hoc ſecum loqui coepit, ita ut Myſis eum audiret, tamen ipſe non videbat eam adhuc. 40) interruptio ſententiae Pamphili 41) proſequitur ipſe ordinem. pro Deorum *) *Bentl.* atque hominum *abeſſe ait a codice primariae notae. Abeſt etiam ab Halenſi. En igitur qualis ille ſit* 42) exclamatio; ſecum etiam iſtud loquebatur putans non audiri.

---

*amicum habere potuit.* v. Gronov. ad Sen. de benef. IV. 3. et Duker. ad Flon. I. 8.

6. *huic — illi*] *huic* refertur ad mulierem, quae parit, cuius mentio v. 3. *illi* ad compotricem, cuius mentio v. 5. neque ſemper verum eſt, quod grammatici tradunt, *hic* ad propinquius, *ille* ad remotius referri. v. viros doctos quos laudavimus ad Rutil. Lupum II. p. 126.

8. *operior*] huius verbi originem et vim praeclare explanavit Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 2. p. 282.

*ut ſciam nunc quidnam*] legendum ex Donato et veteri codice ap. Bentl. *num quidnam* i. e. ut ſciam an quidpiam. Plaut. in Aſin. V. 1. 3. *nunc quidnam tibi moleſtum eſt*, infra. II. 1. 25. *nunc quidnam amplius tibi cum illa fuit.* v. Riv. ad h. l.

*turba*] *turba* eſt perturbatio ut in locutionibus *turbas dare, facere.* v. in Eun. IV. 4. 59.

Act. I. Scen. 5.

2. *Pro Deum atque hominum*] ſubintelligendum *obteſtor.* Frequentiſſima eſt implorandi for-

Uxorem ſeſe decreverat [42 a]) dare *) mihi hodie. Nonne oportuit
Praeſciſſe me ante? Nonne prius communicatum [43]) oportuit?
MYS. Miſeram me quod verbum audio!
PAM. Quid Chremes, qui denegarat ſe commiſſurum mihi
Gnatam ſuam uxorem? Id mutavit, quoniam *) me inmutatum videt.

42 a) pater *) *Edit.* decrerat dare ſeſe mihi hodie 43) conſiliatum mecum collocutum *) *Edit.* quia, *probante Bentl.*

---

mula in qua fidei nomen ſignificat opem, auxilum. v. Briſſonium de formulis 694. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 10. Sed eadem formula aliis etiam modis effertur, ut in Phorm. II. 3. 4. *pro Deum immortalium* in Ad. III. 4. 1. *pro Dii immortales* v. Muret. infra ad v. 11.

*quid eſt, ſi haec non contumelia eſt*] recte Bentl. e Donato et Mſſ. *hoc* edidit pro vulgato *haec*. nam haec quoque conſtructio veteribus uſitata eſt. Ovid. Metam. II. 262. *campus arenae quod modo pontus erat*. Juſtin. XVIII. 3. *id primum aliis videri furor*. Sen. de benefic. II. 8. *non eſt illud liberalitas*. Haec et alia plura exempla habet Gronov. ad Sen. de conſolatione ad Marcell. c. 19.

3. *uxorem decrerat dare*] pro *ſi uxorem decreverat dare*. Nam *ſi* ſaepe per ellipſin reticetur. Virg. Aen. VI. 31. *tu quoque magnam partem opere in tanto ſineret dolor Icare haberes*. Ter. in Heaut. III. 1. 78. *dare denegaris ibit ad illud ilico*. v. Manut. ad Cic. Verr. V. p. 65. et Gronov. obſ. IV. 20. p. 315.

*decrerat dare*] pro *daturum* praeſ. infin. pro fut. ut millies infr. III. 5. 7. *qui ſum pollicitus ducere*. v. Daviſ. ad Caeſar. de B. G. IV. 21. et interpretes ad Liv. II. 5.

4. *praeſciſſe ante*] per pleonasmum dicitur, ut *ante praedicere*, *ante praeoccupare*, *prior potiri*, *rurſus repetere* et ſimilia de quibus v. interpretes ad Liv. II. 20.

5. *verbum*] ponitur pro ſermone ut in Eun. I. 2. 95.

6. *quid Chremes*] h. e. quid de Chremete dicam, quod habet vim connectendi et tranſeundi ad aliud. v. in Phorm. I. 297. et ibi Donat. inprimis Duker. ad Flor. II. 6. p. 298.

7. *immutatum*] h. e. non mutatum, conſtantem in amore Glycerii. Compoſita quaedam cum *in* eaque fere participia vel eo-

Itane obſtinate operam dat, 44) ut me a Glycerio miſerum abſtrahat?
Quod ſi fit, pereo funditus.
Adeon 45) hominem eſſe invenuſtum aut infelicem quemquam 46) ut ego ſum?
Pro 47) Deum atque hominum fidem.
Nullon ego Chremetis pacto affinitatem 48) effugere potero?
Quot modis contemtus, 49) ſpretus. facta, transacta omnia; hem;

44) pater meus 45) pro adeo ne, num quid in tantum 46) conſtat eſſe 47) exclamatio 48) propinquitatem 49) ego ſum a Chremete.

---

rum formam habentia ancipitis notionis ſunt et modo affirmandi, modo negandi vim habent: eiusmodi ſunt *incertus*, *inquiſitus*, *impreſſus* et quod hic habemus *immutatus*. v. Duker. de latin. veter. Iuriſconſ. p. 372.

10. *adeon hominem eſſe invenuſtum*] hicce infinitivus nihil habet, a quo pendeat, ſed ſic veteres infinitiv. uti ſolent in admirationibus et indignationibus, ſubintelligentes *mirandum*, *eſt incredibile* aut tale quid. infra IV. 3. 1. *nihilne eſſe proprium cuiquam* V. 2. 29. *tantum laborem capere ob talem filium*. Sueton. Caeſ. c. 84. *mane ſervaſſe ut eſſent qui me perderent* v. Gronov. obſerv. II. 14. Graev. in Cic. epiſt. ad Attic. II. 6. ad Juſtin. II. 14. et Duker. ad Flor. I. 11. p. 98. *invenuſtum* Muretus ad h. l. explicat infelicem in amore, cui non favet Venus in re amoris. Sed in univerſum capiendum eſt pro *infelici*, contra felix dicitur venuſtatis plenus in Hec. V. 4. 8. Loquendi ratio ducta eſt a talorum ludo, in quo feliciſſimus iactus *Venus*, infeliciſſimus *canis* dicebatur. v. interpret. ad Suet. Aug. c. 71. et Salmaſ. in exercitat. Plinian. p. 929.

12. *affinitatem*] *affinitas* quidem in genere eſt coniunctio ratione nuptiarum, ſed per excellentiam ſic dicitur de neceſſitudine inter ſocerum et generum. Juſtin. VII. 3. *depoſitis hoſtilibus animis in affinitatis iura ſuccedit*. Joann. Schulting. ad Sen. controv. p. 242.

13. *contemtus ſpretus*] plus eſt *ſpretus* quam *contemtus*; habet enim fortiorem ſignificationem. v. Broukhuſ. ad Tibulli Eleg. I. 4. 77.

*facta transacta omnia*] formula Iureconſultis uſitata, qua ſignificabant nihil, quod ad negotii tractationem pertinebat, praetermiſſum eſſe, finita eſſe

Repudiatus, 50) repetor. 51) quamobrem? 52) niſi
ſi 53) id eſt quod ſuſpicor.
Aliquid monſtri, 54) alunt 55). Ea, 56) *) quoniam
nemini obtrudi 57) poteſt,
Itur ad me. MY. Oratio 58) haec me miſeram exa-
nimavit metu.
PAMPH. Nam quid ego *) dicam de patre? ah. 59)
Tantamne rem 60) tam negligenter agere? 61) prae-
teriens 62) modo,
Mihi, apud forum, uxor tibi ducenda eſt, Pamphi-
le, hodie inquit. Para 63)
Abi domum. Id mihi viſus eſt dicere. Abi cito,
ac *) ſuſpende te.

50) a Chremete 51) ab ipſo 52) repetor 53) niſi forte 54) figmenti 55) inveniunt 56) filia Chremetis *) *Edit. non diſtinguunt poſt* ea; *male; nam* ea *ablativus caſus eſt et conſtruitur cum* itur 57) obiici 58) locutio *) *Edit. addunt* nunc *improbante Bentl.* 59) expavescentis 60) nuptias 61) vult 62) pater. quidam ſervus patris 63) praepara te ad nuptias *) *Ed.* et.

---

omnia Cic. Catil. III. 6. *quod faciendum primum fuit factum atque transactum eſt.* v. Guilielm. quaeſtion. Plaut. c. 6.

14. *niſi ſi*] eleganter pro *niſi* in Ad. IV. 3. 3. *niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero.* Ovid. epiſt. IV. 111. *niſi ſi manifeſta negamus,* ubi v. Heinſ. Liv. VI. 26. *niſi ſi quando a vobis arma acceperimus.* v. Duker. ad Flor. IV. 7. 824.

15. *aliquid monſtri alunt*] h. e. occultatur aliquod vitium; nam monſtra ob pudorem clanculum ali et occultari ſolent. Suſpicabatur autem Pamphilus puellam vitio corporis ſibi ignoto laborare. v. Eraſmi adag. p. 1319.

17. *nam*] eleganter inſervit tranſitioni, ut ſupra I. 1. 24.

19. *apud forum*] i. e. in foro, infra IV. 4. 6. *quid turbae eſt apud forum?* in Ad. IV. 1. 1. *apud villam eſt.* Liv. in epit. CXI. *apud Pharſaliam acie victus eſt* ubi v. Duker.

*para*] nempe quae neceſſaria ſunt ad nuptias. Verba parare, apparare, comparare, ſaepe ſine caſu ponuntur. Nepos in Thraſybulo c. 2. *tempore ad comparandum dato* Cic. ad Div. XVII. 10. *ex hac quoque parte diligentiſſime comparatur.* Ovid. Triſt. I. 3. 7. *nec mens nec ſpatium fuerant ſatis apta paranti.* v. Gronov. ad Liv. XXVIII. 12.

Obſtipui. Cenſen [64] me verbum potuiſſe ullum proloqui?
Aut ullam cauſam ineptam ſaltem, falſam, iniquam? Obmutui.
Quod ſi ego reſciſſem id prius? quid facerem [65] ſi quis [66] nunc me rogat?
Aliquid [67] facerem, ut hoc ne facerem. [68] Sed nunc quid primum exequor?
Tot [69] me impediunt curae, quae meum animum diverſe [70] trahunt,
Amor, [71] miſericordia huius, [72] nuptiarum ſollicitatio. [72 a]
Tum [73] patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo usque adhuc,
Quae meo cunque animo libitum eſt facere. Eine ego ut adverſer? [74] Ei [75] mihi.
Incertum eſt quid agam. MY. Miſera. Timeo incertum hoc [76] quorſum [77] accidat.

64) pro cenſesne me 65) antea 66) aliquis 67) aliud 68) ut illam non ducerem 69) Tantae 70) in diverſas partes 71) Glycerii 72) Glycerii 72 a) quia nolo ducere Philumenam 73) deinde 74) dignum eſt. Num quid mihi ſuaderi poteſt ut ego ei id eſt patri in eo adverſer. 75) vae 76) hoc res quae adhuc incerta eſt. 77) in quam partem

---

23. *quid facerem*] pro quid feciſſem imperf. pro plusquam perfect. ut contra aliis locis ponitur pro imperf. Salluſt. in Iugurtha c. 59. *neque diutius Numidae reſiſtere potuiſſent, ni pedites magnam cladem in congreſſu facerent.* Exemplorum plena ſunt. v. Gronov. ad Liv. XXXIV. 11. et Drakenb. ad. XXXVIII. 2.

25. *quae meum animum divorſum trahunt*] i. e. quae me animi incertum faciunt, quae modo hoc modo illud faciunt ut probem. Virgil. Aen. XII. 487. *diverſaeque vocant animum in contraria curae.*

26. *miſericordia huius*] i. e. miſericordia erga hanc, ut *pudor patris* v. 27. reverentia erga patrem, Liv. IV. 46. *verecundia ordinis* i. e. erga ordinem, ubi v. Drak. Sic apud alios metus Pompeii, iniuria legatorum, odium tyranni etc. v. Perizon ad Aeliani Var. hiſt. II. 12. et Burmann. ad Virgil. Aen. I. 714.

29. *quorſum accidat*] i. e.

Sed nunc peropus [78]) eſt, aut hunc [79]) cum ipſa, [80]) aut aliquid de illa [81]) me adverſum [82]) hunc [83]) loqui.
Dum in dubio eſt animus, [84]) paulo momento huc vel illuc impellitur.
PAM. Quis hic loquitur? Myſis *) ſalve. MY. O ſalve Pamphile. PAM. Quid agit? [85]) MY. rogas?
Laborat e dolore, atque ex hoc miſera [86]) ſollicita eſt, diem

78) valde 79) Pamphilum 80) Glycerio domina mea 81) Glycerio 82) apud 83) Pamphilum 84) hominis *) *Edit. Zeun.* Myſis? *ſed ſignum interrogationis mendum eſſe videtur typographicum. ſuper* ſcriptum o *in codice nullum dubium relinquit, quin ſermo ad Myſin dirigatur* 85) Glycerium 86) ipſa Glycerium

---

quorſum evadat, ut ſupra dixi *cadere* et *accidere* habent eventus boni vel mali ſignificationem. Cic. ad Attic. III. 24. *verebar quorſum id caſurum eſſet* pro Roſc. Comoedo c. 15. *quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro.* v. Muret. ad h. l. Metaphoram ab aleis deſumtam eſſe patet ex Ad. IV. 1. 21. v. Broukhuſ. ad Tibulli eleg. VII. 1. in fine et Drak. ad Liv. XXII. 40.

30. *adverſum hunc loqui*] h. e. ad hunc loqui, ut Liv. dixit XXVII. 27. De vi praepoſitionis *advorſum* v. notata ad I. 1. 15.

31. *in dubio eſt animus*] pro *dubius eſt animus.* Lucret. III. 848. *in dubioque fuit ſub utrorum regna cadendum,* ubi v. Lambin. ſic *in incerto eſt* pro *incertum eſt,* v. Drakenb. ad Liv. III. 8.

*paulo momento impellitur*] metaphora eſt a lance, cui in aequilibrio conſiſtenti, ſi leve pondus adiicias, in alterutram partem impellitur et movetur; *momentum* vero contracte pro *movimento* a verbo *moveo* proprie dicitur motus ille quem diximus. Terentium imitatur Ovid. Metam. X. 375. *ſic animus vario labefactus vulnere nutat, Huc levis atque illuc; momentaque ſumit utroque* Liv. XXIII. 24. *arbores ita inciderunt ut inmotae ſtarent, momento levi impulſae occiderent. Paulo* eſt adiectivum a nominat. *paulus* i. e. exiguus in Ad. V. 4. 22. *paulo ſumtu.* v. Heinſ. ad Ovid. Metam. VIII. 637.

32. *quid agit*] i. e. quomodo valet, quomodo ſe habet in Hec. III. 2. 10. *introiit videre quid agat.*

33. *dolore*] per eminentiam

Quia olim in hunc ſunt conſtitutae nuptiae. 87) Tum autem hoc timet,
Ne deferas ſe. PAM. Hem. Egone iſtuc conari queam?
Egon *) propter me illam 88) decipi ſinam?
Quae mihi ſuum animum atque omnem vitam credidit?
Quam ego animo 89) egregie caram pro uxore habuerim,
Bene et pudice eius doctum atque eductum, 90) ſinam,
Coactum egeſtate ingenium immutarier? 91)
Non faciam. MY. Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum.
Sed 92) vim 93) ut queas ferre. PAM. Adeon me ignavum 94) putas?
Adeon porro ingratum, 95) aut inhumanum, aut ferum,
Ut neque me conſuetudo, 96) neque amor, neque pudor

87) tuae de Philumena. *) *Edit.* ego, *improbante Bentl.* 88) dominam tuam 89) hoc eſt in animo 90) nutritum pro educatum. *Litera eraſa inter* c *et* t *oſtendit olim ſic in cod. lectum fuiſſe* 91) paragoge 92) ſcilicet vide 93) violentiam patris 94) inbecillem 95) inliberalem 96) illius.

---

doloris *partus* dolor dicitur in Ad. III. 1. 2. III. 4. 40.

35. *conari queam*] ſupplendum *facere*, ſic in Phorm. I. 2. 2. *ego obviam conabar tibi* ſcil. ire.

36. *propter me*] i. e. opera mea in Eun. V. 5. 29. *propter me his eventurum aliquid mali* in Hec. V. 3. 35. *propter me gaudia illi contigiſſe laetor.*

39. *eductum*] ponitur pro *educatum* in Heaut. II. 1. 14. *habet bene ac pudice eductam* Plaut. in Curcul. IV. 2. 32. *bene ego iſtam eduxi meae domi ac pudice.* Cic. ad Div. VI. 5. *ita natus, ita eductus, ita doctus eſt.* v. Savaron ad Sidon. Apoll. III. 11. et Drak. ad Liv. XXI. 43.

44. *conſuetudo*] refertur ad praecedens adiectivum *ferum*, amor ad *inhumanum*, pudor ad *ingratum.* Talis ordo immuta-

Commoveat, *) ut ſervem fidem? 97)
NY. Unum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui.
PAM. 98) Memor eſſem. o Myſis Myſis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis
De Glycerio. Iam ferme 99) moriens [1]) me vocat.
Acceſſi; [2]) Vos ſemotae. Nos ſoli. Incipit
Mi Pamphile, huius 3) formam atque aetatem vides,
Nec clam te eſt, 4) quam 4 a) illi nunc utraeque res *) inutiles
Et ad pudicitiam et ad rem 5) tutandam fient 6)

*) *Edit. add.* neque commoneat *quae in MS ſupra lineam alia, ut videtur, manu* 97) dominae tuae 98) indignando 99) prope 1) Chryſis 2) ego. *inſeritur tanquam pars textus* 3) puellulae ſororis meae et tuae amatae. 4) non te latet 4 a) quantum *) *Edit. Zeunii omiſit* res. *Alia codicum divergia vide ap. Zeun. et Weſterh.* 5) ad ſubſtantiam 6) pro ſint

---

tus, quo poſtremum primo, primum ſecundo reſpondet, a grammaticis hiasmus vocatur. v. Donat. ad h. l. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 14.

48. *ſcripta ſunt in animo*] i. e. ita inhaerent animo, ut nunquam eorum obliturus ſim. Cic. de orat. V. 87. *ut non infundere in aures orationem ſed in animo videantur inſcribere.* Academ. II. 1. *ut literis conſignamus, quae monumentis mandare volumus ſic ille in animo res inſculptas habebat. v. Schulting.* ad Sen. controverſ. h. l. p. 63.

50. *acceſſi. vos ſemotae*] omittuntur particulae connectendae, ut feſtinatio et ſtudium exprimatur, de quo oratorum artificio agunt rhethorices ſcriptores.

52. *quam utiles*] *) i. e. parum utiles. Saepe adiectiva adfirmantia, ſi *quam* illis praeponatur, quaſi interrogandi modo, negandi vim habent; quod cum viri docti quidam non ſatis caperent, locum interpolarunt ſcribendo: *quam illi nunc utraeque res inutiles.* v. Rivium et Bentl. ad h. l. infra IV. 5. 16. *quam id mihi ſit facile atque utile* i. e. difficile et inutile. Liv. VIII. 33. *quam conveniens* i. e. minus conveniens. v. Obſervat. miſcell. IV. p. 119.

53. *rem*] res eſt familiaris, patrimonium in Ad. II. 2. 12.

*) Sic edidit Bentl.

Quod 7) ego te per hanc dexteram 8) oro, et ingenium tuum.
Per tuam fidem, perque huius 9) ſolitudinem 10)
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.
Si 11) te in germani fratris dilexi loco,
Sive 12) te haec 13) ſolum ſemper fecit maximi, 14)
Seu tibi morigera 15) fuit in rebus omnibus,

7) propter quod 8) quam teneo. 9) puellae 10) quae ſola dimittitur 11) id eſt quandoquidem 12) quandoquidem pro vel 13) Glycerium 14) adverbialiter. prae omnibus dilexit 15) mores gerens. mores componens vel moribus ſerviens et concordans vel obſecundans vel morigerari, mores portare.

---

*nunquam rem facies* in Phorm. II. 3. 16. *ſi talentum rem reliquiſſet decem.*

54. *quod ego te oro*] vulgo *quod* explicant propter quod, quam ob rem; ſed durum eſt in his formulis ita capere, lenius eſt intelligere, in quo, qua in re, omninoque *quod* et in his et in ſimilibus ſervit tranſitioni. Virgil. Aen. II. 141. *qaod te per ſuperos* ubi v. Burmann. in Hec. III. 2. 3. *quod te Aeſculapi et te Salus, ne quid ſit huius, oro* v. Erneſt. clav. Ciceron. in voce *quod*

*dextram*] dextra fidei ſymbolum apud omnes gentes. Salluſt. in Jug. c. 10. *per hanc dextram regni fidem moneo obteſtorque* ubi v. Cort.

*genium tuum*] vulgo legitur *per ingenium tuum* i. e. per naturam tuam, ſed Bentl. legendum docet *per genium tuum.* Sic Horat. Epiſt. I. 7. 94. *quod te per genium dextramque Deosque penates.*

55. *ſolitudinem*] ſolitudo dicitur de illis qui nullos cognatos vel amicos habent. Cic. pro domo c. 36. *defleri liberorum cariſſimorum ſolitudinem* v. in Eun. I. 2. 67. et in Ad. III. 2. et Riv. ad h. l.

57. *ſi*] *ſi* frequens eſt in obteſtationibus, cum cauſam reddimus, quare quid petamus. Cic. pro Murena c. 40. *ita orat atque obſecrat ſi iniuſte neminem laeſit, ſi nullius aures voluntatemque violavit.* Virgil. Aen. IV. 317. *ſi bene quid de te merui.* Ovid. Metam. VIII. 350. *ſi te coluique coloque.* v. Bentlei. ad Horat. Carm. I. 32. 1. Mox *ſive* intelligendum *vel ſi,* quod ſupra annotavimus,

59. *morigera*] nequitiae vox eſt. Nam *morigerari, morem gerere, obſequi* dicitur mulier, quae corporis copiam facit. Plaut. in Caeſ. V. 2. 19. *ſatisne morigera eſt.* in Moſtellar. II. 1. 51. *morigerae tibi erimus ambae.* v. interpret. ad Sueton. Tiber c.

Te [16]) iſti [17]) virum do, [18]) amicum, tutorem, patrem.
Bona noſtra haec [19]) tibi committo, et tuae mando fidei.
Hanc mihi in manum dat. mors continno ipſam occupat.
Accepi, acceptam ſervabo. MY. Ita ſpero quidem.
PAM. Sed cur tu abis ab illa? MY. Obſtetricem arcerſo. *) PAM. Propera,
Atque audin. [20]) unum verbum cave de nuptiis.
Ne ad morbum hoc etiam. MY. Teneo. [21])

16) o Glyceri 17) Pamphilo 18) tibi 19) quae habet *) *edit.* arceſſo 20) parentheſis 21) ſcio.

---

45. et quae diximus ad Timaei Lexic. Platon. p. 195.

61. *bona tibi permitto*] plus eſt *permitto* quam *committo*, quod nonnulli codices habent. Permitto alicuius poteſtati, committo fidei. Cic. pro Fonteio c. 14. *ut commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati.* De hoc verborum diſcrimine v. Oudendorp. ad Lucan. VII. et Drakenb. ad Liv. IV. 49.

*tuae mando fidei*] hoc ex formula dicitur, de qua v. Briſſon. de formulis p. 590.

62. *hanc mihi in manum dat*] hanc mihi accuratiſſime commendat. Cic. ad Div. VII. 5. *totum hominem tibi trado de manu, ut aiunt, in manum.* At Donatus reſpici putat ad nuptias per conventionem in manum, genus nuptiarum apud Romanos uſitatum, de quo multa ſcriptores de nuptiis, inprimis Briſſon. et Schulting. ad fragm. titulo. 9. p. 591.

64. *accerſo*] cadente latinitate contra analogiam dici coepit. Ubique igitur ſcribendum *arceſſo*, quod formatur ab *arceo* vel *artio*, ut ab incio ioceſſo, a capio capeſſo, a facio faceſſo. v. Manut. ad Cic. epiſt. ad Div. VII. 21. Caſaub. ad Sueton. Caeſar. c. 2. et Gesner. in Theſ. lat. ling. voce *accerſo*.

65. *verbum*] ſupplendum *dicas* vel *facias*. v. in Eun. I. 2. 8.

66. *ne ad morbum etiam*] Donatus ſupplet *accedat*.

(Act. II. Scen. I.) CHARINUS. BYRRIA. PAMPHILUS *) DOMINUS. SERVUS.

CHAR. Quid ais [22]) Byrria? Daturne illa [23]) Pamphilo hodie nuptum? [24]) BYRR. Sic eſt.
CHAR. Qui [25]) ſcis? BYRR. Apud forum modo e Davo *) [26]) audivi. CHAR. vae miſero mihi.
Ut [27]) animus in ſpe [28]) atque in timore [29]) usque antehac attentus fuit,
Ita poſtquam ademta ſpes eſt, laſſus [30]) cura, confectus [31]) ſtupet.

*) *Edit. omitt.* Dom. Serv. 22) dicis 23) Philumena 24) Charinus iſte amabat Philumenam filiam Chremetis quam Simo Chremesque patres Pamphilo deſponſaverant. Hic ergo audiens, Simonem celebrare nuptias, dolebat, quod Pamphilo daretur, ac per hoc interrogabat Byrriam, libertum ſuum, ſi quid de nuptiis comperiſſet 25) quomodo 26) ex ore Davi. *) *Edit. Zeunii* de Davo. *Cum cod. noſtro conſentit edit. Weſterhov.* 27) ſicut 28) ut eam ducerem 29) ne aliquis me praeveniret 30) ego 31) animus meus.

---

Act. II. Scen. I.

1. *datur nuptum*] *nuptum* eſt ſupinum verbi *nubere.* vulgo in deterioribus libris legitur *nuptui dare, nuptui collocare,* ſed rectius eſſe *nuptum dare* vel *collocare* egregie docet Drak. ad Liv. I. 49.

2. *e Davo*] ſic legendum, non *de Davo.* nam *de Davo audire* ſignificat, quae de Davo narrantur; in aliis tamen formulis hae praepoſitiones recte commutantur v. Drak. ad Liv. XXV. 29.

3. *in ſpe atque timore attentus*] h. e. intentus, arrectus, ſemper inter ſpem et timorem occupatus.

4. *cura confectus*] i. e. conſumtus, maceratus. Cic. ad Attic. III. 8. *meus me moeror quotidianus lacerat et conficit.* ad Div. XIV. 4. *conficior lacrimis, ſic ut ferre non poſſim* v. Broukhuſ. ad Tib. Eleg. I. 8. 39. Recte Donat. ad Eun. V. 4. 6. hoc verbum proprium dicit gladiatorum, qui adverſarium conficere dicuntur, cum illum ita vulnerarunt, ut ſanari non poſſit vel occidat. Cic. Catil. II. 11. *gladiatori illi confecto et ſaucio.* v. Duker. ad Flor. III. 1.

*ſtupet*] ſtupere dicuntur, qui ita fracti et attoniti iacent, ut in nullo ſenſu eſſe videantur, ut

BYRR. Quaeſo edepol 32) Charine, quoniam non poteſt id fieri quod *) vis,
Id velis quod poſſit. 33) CHAR. Nihil volo aliud, niſi Philumenam. 34)
BYRR. Ah 35) quanto ſatius 36) eſt, te id dare operam, 37) qui 38) iſtum amorem ex animo amoveas tuo,
Quam id loqui, quo magis libido fruſtra incendatur tua.
CHAR. Facile omnes cum valemus, 39) recta conſilia aegrotis damus;
Tu ſi hic 40) ſis, aliter ſentias. BYRR. Age, age, ut lubet. CHAR. Sed Pamphilum

32) per Deum Pollucem *) *Edit.* non p. f. quod velis 33) fieri 34) filiam Chremetis 35) interiectio 36) melius 37) ſtudium 38) quomodo 39) ſani ſumus 40) in hac re, in amore.

---

neſciant quid agant. Plaut. in Poen. V. 4. 78. *ſtupida ſine animo adſto.* Ovid. Triſt. I. 3. 11. *non aliter ſtupui quam qui Iovis ignibus ictus Vivit et eſt vitae neſcius ipſe ſuae.*

5. *quoniam non poteſt fieri etc.*] infra IV. 5. 10. eadem ſententia dicit *ut quimus, quando ut volumus non licet,* ubi v. Muret.

7. *qui*] pro *ut* capiendum. v. notata ad Andr. prolog. v. 6.

*amorem ex animo amoveas*] i. e. amorem quaſi grave et moleſtum onus deponas. Amovere habet difficultatis ſignificationem, v. Guilielm. in quaeſtionib. Plaut. I. 6. at Bentl. praefert alteram lectionem Donato commemoratam *amorem e corde eiicias.* ſic in Eun. II. 1. 16. *eiiciunda haec eſt mollities animi* in Hec. III. 2. 12. *cura ex corde exceſſit.*

8. *libido incendatur*] h. e. concitetur, ſtimuletur, in Heaut. II. 3. 126. *ut illius animum cupidum inopia incenderet.*

9. *facile omnes etc.*] hanc ſententiam e Menandro expreſſam eſſe docet Muret. var. lect. I. 9. Similes ſunt ſententiae Aeſchyli et Euripid. v. Victor. var. lect. I. 1.

10. *tu ſi hic ſis*] plerique interpretes ſic exponunt, ut *hic* pronomen ſit et Charinus ſe ipſum geſtu manus oſtendat ita in Heaut. II. 3. 115. *tibi erunt parata verba, huic homini verbera;* ſed verius Bentl. explicat *ſi fores meo loco,* ut *hic* ſit adverbium. Eius interpretationem confirmat ſimilis locus Catonis

Video. Omnia experiri [41] certum [42] eſt, prius quam pereo. [43] BYRR. quid hic agit?
CHAR. Ipſum hunc [44] orabo, huic ſupplicabo, amorem huic narrabo meum.
Credo impetrabo, ut per *) aliquot ſaltem nuptiis prodat [44a] dies.
Interea [44b] fiet aliquid, ſpero. BYRR. Id aliquid [45] nihil eſt. CHAR. Byrria,
Quid tibi videtur? Adeon [46] ad eum! BYRR. Quid, [47] niſi *) nihil [48] impetres?

41) tentare 42) diffinitum 43) pertranſeo 44) Pamphilum *) *Haec vox eraſa eſt in MS et abeſt editis* 44 a) differat, producat 44 b) ſi ille dilataverit nuptias 45) illud aliquid quod tu dicis 46) ad vacat 47) mihi videatur. Alii Quidni ſi nihil impetres ut te arbitr. pro niſi. vel quid niſi nihil impetres, ut te arbitr. *) *Lectio in margine codicis notata reperitur in edit.* 48) ut nihil

---

ap. Iulium Rufinian. de figuris p. 204. *ſi vos in eo loco eſſetis, quid aliud faceretis.*

11. *omnia experiri*] ſignificat nihil praetermittere, nil inexpertum, nihil intentatum relinquere, in Eun. IV. 7. 19. *omnia prius experiri, quam armis, ſapientem decet.* Caeſ. de B. C. II. 31. *omnia prius experienda.* Cic. ad Attic. III. *ſcripſi et expertus ſum omnia* v. Cort. ad Salluſt. Catil. c. 26. Similis formula *omnia facere,* quam explicuimus ad Rutil. Lup. L. I. p. 54.

13. *credo impetrabo*] credo, puto, ſpero ſaepe extra nexum orationis ponuntur in Eun. V. 2. 23. *debeam credo iſti quicquam furcifero*, in Ad. I. 1. 55. *credo iam ut ſolet iurgabit.* v. Drak. ad Liv. IV. 17.

*prodat dies*] *prodere diem* eſt proferre, longiorem ducere, prolatare, ut docte explicat Donat. Liv. XXV. 13. *alia prodita dies ad frumentum maiore apparatu petendum.* v. Feſtum voce *prodidiſſe* et ibi magnum Scaliger. item Joann. Rivium ad h. l.

14. *interea fiet aliquid*] hac formula utuntur laborantes et optatum difficilis rei exitum ſperantes. Plaut. in Trucul. II. 4. 15. *mane aliquid fiet.* infra II. 3. 24. *interea aliquid acciderit boni.*

*id aliquid nihil eſt*] aliquid capiendum eſt in hyprocriſi, ut grammatici loquuntur. infra II. 2. 13. Plaut. in Amphitr. I. 3. 32. *id actutum diu eſt.* Ovid. epiſt. XVIII. 180. *lacrimas hoc mihi paene movet.*

15. *adeon ad eum*] ſaepe praepoſitio, cum qua verbum com-

Ut 48 a) te arbitretur ſibi paratum moechum, ſi illam duxerit.
CHAR. Abi *) hinc in malam rem cum ſuſpicione iſtac. 49) Scelus. 50)
PAM. Charinum video. Salve. CHAR. O ſalve Pamphile.
Ad te venio *) ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens.
PAM. Neque pol conſilii †) locum habeo neque ad auxiliandum **) copiam.
Sed iſtuc 51) quidnam eſt? CHAR. hodie uxorem ducis. PAM. aiunt. CH. Pamphile,
Si id facis, hodie poſtremum me vides. 53) PA. Quid ita? CHAR. Ei 54) mihi.
Vereor dicere huic. 55) *) Dic quaeſo Byrria. 56) BYRR. Ego dicam. PAM. Quid eſt?

48 a) et ut *) *Edit. abin* 49) iſta 50) exclamatio *) *Edit.* advenio †) *primo* conſiliis **) *Ed.* auxilii. *Bentl. malebat* auxilium. 51) iſtud 52) ſic dicunt 53) moriar dolore 54) vae 55) Pamphilo *) *Edit. diſtinguunt poſt* dicere 56) illi.

---

ponitur, in regimine repetitur. v. Drak. ad Liv. praefat. §. 11. ita utrumque uſitatum eſt *adire aliquem* et *adire ad aliquem* Nep. in Themiſt. c. 7. *adire ad magiſtratus noluit.* Cic. Philipp. XIV 1. *a Deorum aris, ad quas togati adierimus, ad ſaga ſumenda diſcedere* v. Broukhuſ. ad Tibulli eleg. I. 5. 39. mox v. 19. *ad te advenio*, ubi v. Riv.

*quidni*] ſenſus eſt: quidni ad eum adeas. Nam ſi tibi ſponſam non propter amicitiam cedat, forte ab ea ducenda deterrebitur, propterea quod veretur, ne tu amore captus eius moechus fias.

17. *abin in malam rem*] Comicis uſitata formula, qua alicui poenam vel exitium imprecabantur. v. in Phorm. V. 7. 37. *Res mala* ſaepe eſt exitium, ut in Plaut. Merc. III. 4. 30. in Trinum. IV. 3. 38.

20. *copiam*] copia eſt facultas in Eun. prol. v. 21. *ſibi ut inſpiciundi eſſet copia.*

22. *poſtremum me vides*] h. e. nunquam poſthac. Curt. V. 12. *ultimum illum viſurus amplectitur.* v. Duker. ad Liv. XL. 42.

BYRR. Sponſum hic tuam amat. PA. Ne *) 57) iſte haud mecum ſentit. ehodum 58) dic mihi,
Num quidnam amplius tibi cum illa fuit Charine? CH. aha Pamphile
Nihil. PAM. Quam vellem! CHAR. Nunc te per amicitiam et per amorem obſecro,
Principio 59) ut ne ducas. 60) PAM. Dabo equidem operam. 61) CHAR. Sed ſi id non potes,
Aut tibi nuptiae hae ſunt cordi. PAM. 62) Cordi. CHAR. Saltem aliquot dies
Profer, 63) dum proficiſcor aliquo, 64) ne videam. PAM. Audi nunc iam.
Ego Charine neutiquam 65) officium liberi eſſe hominis puto

*) *Edit.* nae 57) non. *Probat nota, tempore librarii diphthongum* ae *non per ſimplex* e *ſcriptam eſſe, quod ad finiendam codicis aetatem facit.* 58) adhuc 59) inprimis 60) Philumenam quam amo 61) ſtudium 62) interruptio 63) protrahe 64) in aliquam partem 65) una pars. i. e. nequaquam.

---

25. *num quidnam amplius tibi cum illa fuit*] honeſta circumlocutione quaerit, an rem habuerit cum Philumena, ut in Eun. I. 2. 63. *ad virginem animum adiecit, etiamne amplius.* Similiter Cic. loquitur Tuſc. quaeſt. III. 18. *ſi vero aliquid etiam* intelligit rem Veneream. v. interpret. ad Virg. Aen. IV. 318.

27. *non potes*] Bentleius recte legit *non poteſt.*

28. *ſunt cordi*] cordi eſſe dicuntur quae grata ſunt et placent in Phorm. V. 3. 17. *quia uterque utrique eſt cordi.* Liv. XXX. 17. *quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Maſiniſſae,* ubi v. interpret.

29. *profer*] proferre idem eſt quod ſupra *prodere* i. e. in longius tempus differre. Cic. ad Attic. XIII. 14. *laxius volent proferre diem.* Sen. in Herc. furente, v. 189. *nulli ſcriptum proferre diem.* Hinc res *prolatae* dicuntur, cum feriari licet, munerum urbanorum vacatione conceſſa. v. Cic. pro Mur. 1. 13. et ibi Manut.

30. *liberi hominis*] *liber* homo eſt liberali animo et ingenio praeditus. Cic. de orat. I. 5. *eruditio libero digna.* Gellius XVIII. 10. *exiſtimavi omnibus hominibus liberis liberaliterque inſtitutis turpe eſſe.*

Cum is nihil promereat, [66] poſtulare [67] id gratiae [68] apponi [69] ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo, [70] quam tu adipiſcier.
CH. Reddidiſti animum. [71] PAM. Nunc ſi quid potes aut tu, aut hic Byrria,
Facite, fingite, invenite, efficite, qui [72] detur tibi.
Ego id agam, mihi qui ne [73] detur. CH. Sat habeo. PAM. Davum optime
Video, cuius conſilio fretus [74] ſum. CH. At tu [75] hercle haud quicquam mihi, [76]
Niſi ea quae nihil opus ſunt [77] ſcire. Fugin [78] hinc? BYRR. Ego vero [79] ac lubens. [80]

66) antique 67) ut poſtulet 68) i. e. ad gratiam 69) reputari 70) magis volo 71) meum 72) quomodo 73) ut ne vel quomodo 74) incumbo 75) Byrria 76) dicis 77) mihi 78) num quid iam recedis 79) vadam 80) libenter

---

31. *cum is nihil promereat*] i. e. cum is nihil agat, ut de altero bene mereatur v. Donat. ad h. l.

*id gratiae apponi ſibi*] h. e. id pro beneficio haberi, ſibi eo nomine gratias deberi. Argenteae aetatis ſcriptores dixerunt *id ſibi imputari*. v. Cellarii curas poſterior. p. 64. et 163.

33. *reddidiſti animum*] h. e. a deſperatione me vel ad vitam revocaſti. Similis formula eſt, quam alio loco explicabimus, *animus redit*. Bentl. emendat *reduxti animum;* huius rationes videte.

*hic Byrrhia*] i. e. Byrrhia quem praeſentem vides; nam pronomen *hic* nominibus propriis additum praeſentes ſignificat in Ad. III. 4. 33. v. Manut. ad Cic. pro Ligar. 1. 3.

35. *optume*] i. e. opportune, in tempore. infra IV. 2. 3. *optume te mihi offers*. in Hec. II. 2. 4. *Phidippum optime video*.

37. *ego vero ac lubens*] particula *vero* vehementer affirmat in Eun. III. 5. 43. *ego illud vero ita feci ac lubens*. Cic. in Bruto c. 32. *nobis vero et vehementer quidem placet*. v. Drak. ad Liv. XLV. 19.

(Actus II. Scena II. DAVUS. PAMPHILUS. CHARINUS.)

DAVUS. 81) Dii boni! boni quid porto; Sed ubi inveniam Pamphilum,
Ut metum, in quo nunc eſt, adimam, 82) atque expleam animum gaudio?
CH. Laetus eſt 83) neſcio quid. PAM. Nihil eſt; 84) nondum haec reſcivit mala *)
DAV. Quem 85) ego nunc credo 86) ſi iam audierit ſibi paratas nuptias.
CH. Audin tu illum? 87) DAV. Toto me oppido 88) exanimatum quaerere 89)
Sed ubi quaeram? 89 a) quo nunc primum intendam? CH. Ceſſas alloqui?

81) A patre audiens Davus, velle ſe Pamphilo uxorem dare Philumenam, dixit ſecum: vadam et nuntiabo hoc Pamphilo, ne ſubito decipiatur a patre. Dum iret ergo ſecumque quaereret, ſecum hoc loquebatur, ſed tamen nuntiatum iam erat Pamphilo ab alio 82) meo conſilio 83) Davus 84) ſcilicet boni *) Nihil eſt — mala *abſunt contextui ſuppleta in margine* 85) Pamphilum 86) moriturum 87) Davum 88) per totum oppidum 89) *ſuperſcriptum* ſcio *quaſi ſit pars contextus* 89 a) Pamphilum.

---

Act. II. Scen. 2.

1. *Di boni*] Dii boni, Dii magni et ſimpliciter Dii frequentes ſunt exclamationes admirantium et obteſtantium. Eun. II. 1. 19. et Duker. ad Flor c. 11.

*boni quid porto*] portare proprie eſt ferre aliquid magnum ſive bonum ſive malum. v. Donat. ad h. l. et Hec. III. 5. 63. et Burmann. ad Petron.

2. *ut metum in quo nunc eſt*] in metu eſſe dicitur pro metuere, ut in laetitia eſſe pro laetari, in ſeditione eſſe pro in ſeditione agitare. v. interpret. ad Liv. VIII. 33.

*nihil eſt*] elegans formula de iis, quae contemnimus et quorum nullam rationem habemus. v. Heaut. IV. 2. 9.

4. *paratas nuptias*] apparare nuptias dicitur infra III. 2. 34.

5. *toto oppido*] pro in toto oppido. Praepoſitio *in* ſaepe omittitur. Ovid. epiſt. I. 21. *quis, quis erat caſtris ingulatus Achivis* v. Voſs. de conſtructione c. 46.

6. *quo intendam*] ſcilicet *ire*

DAV. Abeo. 90) PAM. *) Dave, ades, 91) reſiſte. DAV. Quis homo eſt qui me? 92) o Pamphile.
Te ipſum quaero. Euge Charine. Ambo oportune; 93) vos volo.
PAM. *) Dave perii. DAV. Quin 94) tu hoc audi. PAM. *) interii. DAV. Quid timeas ſcio.
CH. Mea quidem hercle certe in dubio vita eſt. DAV. Et quid tu? 95) *) ſcio
PAM. Nuptiae mihi 96) DAV. Et ſi, 97) ſcio. PAM. Hodie. DAV. Obtundis, 98) tametſi intelligo.

90) recedo *) *Ed. male tribuunt hanc loquelam Charino ut tum ex antecedentibus tum conſequentibus clarum eſt* 91) adeſto 92) vocat 93) veniſtis *) *Edit. tribuunt Charino.* 94) potius *) *Iterum adſcribunt edit:* CHAR. *ſed male ut Bentl. et Weſterh. iudicant* 95) o Charine; *ſed alloquitur Pamphilum.* *) *Rectius abeſt ſignum interrogandi editis* 96) parantur 97) parantur 98) hebetas et retardas.

---

vel *iter* vel *curſum* quod alii addunt. Salluſt. in Iugurtha c. 107. *quo ire intenderant, perventum,* ubi v. Cortium. Hirtius de B. Africano *iter in Hiſpaniam intendebant.* Abſolute ut h. l. Cic. Cat. I. 12. *quo intendit in caſtra Manliana pervenit.*

7. *reſiſte*] i. e. mane in Phorm. V. 6. 10. *id tibi fiet niſi reſiſtis.* Caeſar de B. C. II. 35. *ſaepius adpellatus adſpexit ac reſtitit.* Curt. VI. 7. *cacumina montis intuens reſtitit.*

*quis homo*] pro *quis* ut in Hec. III. 4. 17. *cui homini* pro *cui.*

9. *quin*] quin pro particula adverſativa ponitur et idem ſignificat quod *imo, potius* in Eun. V. 2. 63. *quin tu me ſervato.* v. Gronov. ad Liv. XXVII. 49. et Drak. ad Liv. II. 29.

10. *quidem hercle certe*] tres affirmandi particulas iunxit Terent. ut intenderet affirmationem; ſic etiam in Phorm. I. 3. 12. v. Rivium ad h. l.

*in dubio vita eſt*] i. e. de vita dubitatur, vita eſt in periculo. Salluſt. in Catil. c. 52. *libertas et anima noſtra in dubio eſt* ubi v. Cort. Ovid. Amor. II. 132. *in dubio vitae laſſa Carinna iacet.* Sic *res dubiae* dicuntur periculi plenae. Liv. II 50. *dubiis rebus futurum auxilium,* ubi v. Drakenb.

11. *obtundis*] moleſtus es, eandem rem ſaepe repetendo v.

Id praecaves *) 99) ne ducas tu 1) illam, tu 2) autem ut ducas. CH. Rem tenes.
PAM. Iſtuc ipſum. 3) DAV. Atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt: me vide.
PAM. Obſecro te, quam primum 4) hoc me libera miſerum metu.
DAV. Hem, libero, uxorem tibi non dat iam Chremes. PAM. Qui 5) ſcis? DAV. Scio 6)
Tuus pater modo me apprehendit, *) ait tibi uxorem dare ſeſe
Hodie: item alia 7) multa quae nunc non eſt narrandi locus.
Continuo 8) ad te properans, percurro ad forum, ut dicam tibi haec.
Ubi te non 9) invenio ibi, *) aſcendo in quendam excelſum locum.
Circumſpicio, nusquam, 10) forte ibi huius 11) video Byrriam,
Rogo, 12) negat vidiſſe ſeſe. *) Mihi moleſtum. 13) Quid agam, cogito. 14)
Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio. 15) Hem

*) *edit.* paves 1) Pamphile 2) Charine 3) eſt quod dicis 4) celerrime 5) quomodo 6) vel ſcies *) *Edit.* prehendit 7) dixit 8) ut pater hoc dixit 9) in foro *) *Edit. diſtinguunt poſt* invenio. *recte* 10) video 11) Charini ſervum 12) ſi te viderit *) *Edit. omitt.* ſeſe 13) fuit vel reddidit 14) cogitare coepi 15) ex ipſis nuptiis incidit mihi, quod tu aliquid inde pernoſceres.

---

in Eun. III. 5. 6. et Heaut. V. 1. 6. Donatus ait locutionem ductam eſſe a fabris ferrariis, qui incudem repetitis ictibus pulſant.

13. *me vide*] ego tibi ſponſor ſum, ego periculum rei in me ſuſcipio. v. in Phorm. IV. 4. 30. et Plaut. in Rudente III. 3. 18.

16. *me prehendit*] i. e. me manu vel veſtibus comprehenſum compellavit vel ſimpliciter compellavit in Phorm. IV. 3. 15. *prendo hominem ſolum.*

20. *huius Byrriam*] ſupple ſervum, quae vox millies omittitur in inſcriptionibus antiquis.

Paululum obſonii. [16]) Ipſus triſtis. [17]) de inproviſo [18]) nuptiae.
CHAR. *) Non cohaerent. [19]) PAM. Quorſum [20]) nam iſtuc? [21]) DAV. Ego me continuo ad Chremem. [22])
Cum illoc advenio, ſolitudo ante oſtium. Jam, id gaudeo. [23])
CH. Recte dicis. PAM. Perge. [24]) DAV. Maneo, [25]) Interea introire neminem
Video, exire neminem, matronam nullam in aedibus.
Nihil ornati, [26]) nihil tumulti. Acceſſi, intro aſpexi. PAM. Scio.
Magnum ſignum. DAV. Num [27]) videntur, convenire haec [28]) nuptiis? [28a])

16) date mihi 17) ſum. *male cepit ſcholiaſta mentem ſcriptoris* 18) derepente *) *Edit. omitt. nomen et melius tribuuntur verba Davo* 19) non conveniunt 20) tendis 21) iſtud 22) dirigo 23) quod ſolitudo eſt ante oſtium 24) narrando 25) ſto ante oſtium 26) pro ornatus 27) vel non 28) quae dico 28a) vel; *id eſt absque ſigno interrogandi, quod non convenit lectioni* non.

---

23. *obſonii*] obſonium a graeco ὄψον eſt omnis cibus, qui cum pane comeditur inprimis piſces. v. Voſs. in Etymolog.

*ipſus*] antique pro *ipſe* intelligitur herus Simo; nam ſervi herum abſolute *ipſum* graece αὐτὸν vocabant. Plaut. in Caſina IV. 2, 11. *eo quo me ipſa miſit* i. e. hera; diſcipuli etiam magiſtrum, unde illud Pythagoreorum αὐτὸς ἔφα. v. Caſaub. ad Theophr. charact. c. 2. p. 120. et Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plutum p. 335.

24. *ego me continuo ad Chremem*] i. e. ego me continuo confero ad Chremetis aedes. Chremes duplici modo declinatur Chremes Chremis et Chremetis.

25. *ſolitudo*] i. e. nulla frequentia hominum, qui ſpectarent ſolennem ſponſae deductionem in domum.

27. *matronam nullam*] nempe quae pronuba eſſet, ſponſam ornaret, in lecto collocaret. v. Feſtum in voce *pronuba* et Donat. in Eun. III. 5. 45.

28. *nihil ornati, et nihil tumulti*] *ornati* et *tumulti* per ar-

PAM. Non opinor, Dave. DAV. Opinor — narras? 29) Non recte accipis. 30)
Certa res eſt. 31) Etiam puerum inde abiens conveni 32) Chremis.
Olera et piſciculos minutos ferre, 33) obolo 34) in caenam ſeni.
CH. Liberatus ſum hodie Dave tua opera. 35) DAV. Ac nullus quidem. 36)
CH. Quid ita? Nempe huic 37) prorſus illam non dat. 38) DAV. Ridiculum caput. 39)

29) dicis 30) non credis. intelligis qui dicis opinor 31) quod dico 32) obviavi 33) ferentem 34) dimidio denario 35) tuo ſtudio 36) minime liberatus es meo ſtudio ſed caſu evenit 37) Pamphilo 38) Chremes 39) riſu dignus homo.

---

chaismum dicitur pro *ornatus* et *tumultus*. v. Voſs de analog. II. 17. ornabantur poſtes et aliae partes aedium floribus et coronis; discurrebatur cum ſtrepitu per aedes, quod vox *tumulti* ſignificat; tibicines enim adhibebantur et hymenaeus cantabatur. v. in Ad. V. 7. 1.

30. *accipis*] i. e. intelligis, interpretaris v. in Eun. I. 2. 2; ſic *dare* eſt docere, ut apud Virgil. Ecl. I. 19.

31. *conveni Chremis*] convenire aliquem eſt colloquendi cauſa aliquem adire vel etiam per fortuitum occurſum cum aliquo colloqui, ut Eun. III. 2. 14. Sed primum non additum quod Davus cum Chremetis ſervo locutus ſit, deinde non cohaeret conſtructio, quam fruſtra expedire tentavit Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 6. 5. Nihil igitur commodius Bentleii coniectura pro *conveni* legentis *conſpexi*.

*Chremis*] Donatus et meliores codices habent *Chremi*. Nam talia nomina duplici modo declinantur in Heaut. V. 5. 21. *Archonidi* pro *is*, apud alios *Ulyſſi*, *Achilli*, *Iſocrati*, v. Riv. et Bentl. ad h. l.

32. *piſciculos minutos*] deminutionem addit deminuto, ut vilitas magis appareat; ſic in Eun. I. 2. 28. *parvula puella*. Cic. Tuscul. quaeſt. III. 1. *parvulos dedit igniculos*. Daviſ. ad Hirt. de B. Afric. c. 27.

*in coenam*] praepoſitio *in* cum accuſativo ſaepe ſignificat cauſam et finem rei. Plaut. in Ttrucul. IV. 2. 27. *dedi ei minam in obſonatum*. Propert. eleg. III. 2. 35. *haec hederas legit in thyrſos*. Sen. de benefic. IV. 1. *qui honeſta in mercedem colant*. v. Duker. ad Flor. II. 6. p. 318. Oudendorp. ad Lucan. II. 151.

33. *nullus*] *nullus* pro *non* ponitur praeſertim apud comicos, in Eun. II. 1. 10. *tametſi nullus*

Quaſi neceſſe ſit, ſi huic 40) non dat, te 41) illam uxorem ducere.
Niſi vides 42) niſi ſenis amicos oras, ambis. 43) CH. Bene mones,
Ibo, etſi hercle ſaepe iam me ſpes haec fruſtrata eſt: vale.

(Actus II. Scena III. PAMPHILUS. DAVUS.)

PAM. Quid igitur ſibi vult pater? Cur ſimulat? 44) DAV. Ego dicam tibi.
Si id ſuſcenſeat*) 45) nunc, quia non det *) tibi uxorem Chremes,
Ipſus ſibi videatur eſſe iniurius, 46) vel quid 47) iniuria, 48)

40) Pamphilo 41) o Charine 42) praecave 43) circuis 44) nuptias *) *Edit.* ſuccenſeat 45) iudicat *) *Edit.* dat. 46) plenus iniuria 47) vel ita. neque id. *Haec lectio eſt in edit.* 48) fiet vel tibi eveniet

---

*moneas*; in Hec. I. 2. 4. *ſi non quaeret, nullus dixeris.* Cic. de offic. III. 14. v. Rivium ad h. l.

36. *vides*] *videre* ſaepe eſt providere, curam adhibere in Heaut. IV. 2. 3. *niſi aliquid video.* Cic. ad Attic. V. 1. *ut prandium nobis videret.* Liv. XXI. 4. *res quae agenda et videnda magno duci eſſet*, ubi v. Gronov. addito Victorio ad Cic. ad Attic. XIV. 21. et Heinſ. ad Ovid. de arte amator. IV. 287.

*ambis*] ambire eſt circumire, et proprie dicitur de candidatis, qui populum circuibant, ut ſibi ſuffragia colligerent ad honores conſequendos; inde translatum eſt ad omnes, qui quid ſummo ſtudio petunt. Sueton. in Caeſ. c. 18. *ambienti ut legibus ſolveretur.* v. Serv. ad Aen. IV. 283.

Act. II. Scen. 3.

1. *Quid ſibi volt pater*] i. e. quodnam patris conſilium vel propoſitum eſt; infra II. 16. 26. *quid hic vult veterator ſibi.* Propert. eleg. I. 5. 3. *quid tibi vis inſane.* Horat. epod. XII. 1. *quid tibi vis mulier. Sibi* eleganter abundat ut *tibi, mihi, vobis, nobis* aliis locis. v. Drak. ad Sil. Ital. v. 46.

2. *Suſcenſeat*] *ſuccenſere* proprie eſt cenſionem cenſoris aegre ferre et ideo muſſare, aliter poſt illum cenſendo. Sic verbi rationem explicat Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 3. p. 384. inde

Priusquam tuum animum ut ſeſe habeat ad nuptias perſpexerit? 49)
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam omnem *) in te transferet,
Tum illae turbae fient. 50) PAM. Quidvis *) 51) patior. DAV. Pater eſt, Pamphile,
Difficile eſt. 52) Tum haec ſola 53) eſt mulier; dictum ac factum 54) invenerit
Aliquam cauſam, quamobrem eiciat 55) oppido. 56) PAM. Eiciat. 57) DAV. Cito.
PAM. Cedo 58) igitur, quid faciam Dave. DAV. Dic te ducturum. 59) PAM. Hem. DAV. Quid eſt?
PAM. Egone dicam? 60) DAV. Cur non? PAM. Numquam faciam. DAV. Ne nega. 61)
PAM. Suadere 62) noli. DAV. Ex ea re quid fiat, vide.

49) pater *) *Edit. omitt.* omnem 50) turbationes *) *Edit. Zeun.* quid vis, *aliter Weſterhov. qui illam lectionem ex edit. profert* 51) quidlibet ut Philumenam non ducam 52) ut patri reſiſtas 53) deinde ſine dote, ſine parentibus et peregrina 54) a patre 55) illam 56) ut voluerit 57) indignando 58) dic 59) illam 60) me ducturum illam 61) ne negaveris 62) hoc mihi.

---

ponitur pro *ſtomachari*. Accuſativus *id* pendet ab omiſſa praepoſit. *propter* ut in Eun. III. 1. 4. *id triumphat* et alibi ſaepe.

4. *ut ſeſe habeat*] i. e. qualis ſit, frequens eſt locutio *res ita ſe habet*. Liv. V. 5. *ut nunc res ſe habet, irati ſunt*, ubi. v. Drak. pro quo etiam omiſſo pronomine dicitur *res ita habet* in Ad. III. 3. 10. *omnem rem modo ſeni, quo pacto* *) *haberet, enarramus ordine*. v. Drak. ad Liv. XXXII. 39.

7. *dictum ac factum*] i. e. ſtatim, ſine clamore, ſine copula in Heaut. V. I. 31. *dictum factum huc abiit*. Haec formula proverbialis, qua celeritas denotatur, expreſſa eſt e graeco ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. v. Clar. Valkenar. ad Herodot. III. p. 266. alii dicunt *dicto citius* Virg. An. I. 142. *dicto citius tumida*

*) Sequitur auctor emendationem Bentleii.

PAM. Ut ab illa 63) excludar, hac*) 64) concludar. 65) DAV. Non ita eſt
Nempe hoc. *) Sic eſſe opinor dicturum patrem.
Ducas volo hodie uxorem, tu, ducam inquies.
Cedo, 66) quid iurgabit tecum? hic 67) reddes ei *) omnia
Quae nunc ſunt ei certa conſilia incerta, ut ſient 68)
Sine omni periculo. Nam hoc *) haud dubium eſt, quin Chremes
Tibi non det gnatam, nec tu ea cauſa minueris 69)
Haec quae facis, ne is 70) ſuam mutet ſententiam 70 a)
Patri dic velle te, *) ut, quum velit tibi iure iraſci, non queat.

63) Glycerio *) *Edit.* huc 64) Philumena 65) vel? *) *Edit. diſtinguunt poſt* eſt. *male, quia hac admiſſa diſtinctione vel* hoc *vel* ſic *ſuperfluum eſt* 66) dic 67) in hoc reſponſo *) *edit. omitt,* ei 68) pro ſint *) *Edit.* hocce 69) pro minuas 70) Chremes 70 a) quia deliberatum habet tibi non dari Philumenam *) *Editt. omitt.* te

---

*aequora placat.* Liv. XXIII. 47. *dicto prope citius equum in viam deiecit.* v. interpret ad Petron, c. 80.

12. *ut ab illa excludar*] h. e. ut a Glycerii nuptiis repellar. Cic. de Orat. I. 11. *repelli a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina rerumque maiorum ſcientia.*

*huc concludar*] i. e. in Philumenae nuptias coniiciar. Concludi dicuntur omnes, qui ex difficultatibus expedire ſe non poſſunt, quibus exitus non patet. v. in Phorm. V. 1. 17. in Hec. IV. 4. 80.

15. *hic reddes omnia*] i. e. cum ita res ſe habeat, res eo loco ſit. Cic. Phil. VIII. 4. *hic mihi etiam vir fortis pacis commoda commemorat.* ad Div. V. 15. *hic tu ea me abeſſe urbe miraris*, ubi. v. Manut.

17. *ſine omni periculo*] ſic Plaut. et Terent. loquuntur. Cicero et alii *ſine ullo periculo,* v. Vorſtium de latin. merito ſuſpecta. c. 8.

18. *nec minueris haec quae facis*] i. e. nec mutabis conſilium, nec deſines facere quae ſoles, ſed quotidie eris cum Glycerio in Hec. IV. 3. 10. *non minuam meum conſilium* i. e. non diſcedam a propoſito meo.

Nam quod tu ſperas, **) 71) propulſabo 72) facile. Uxorem his moribus 73)
Dabit nemo. Inveniet 74) inopem 75) potius, quam te corrumpi ſinat. 76)
Sed ſi te aequo animo ferre accipiet, 77) neglegentem feceris. 78)
Alia 79) otioſus queret. *) 80) Interea aliquid acciderit boni.
PAM. Itan credis? DAV. Haud dubium id quidem eſt. PAM. Vide, quo 81) me inducas. DAV. Quin 82) taces?
PAM. Dicam. 83) Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ex illa 84) cautio 85) eſt.
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. 86) DAV. O facinus audax. PAM. Hanc fidem

**) *Edit.* ſperes 71) pro times 72) expellam 73) meretricalibus. 74) pater 75) ſine dote 76) in meretrice 77) ſeparationem Glycerii pater 78) non ſollicitum facies 79) negotia *) *edit.* quaeret. *per ae* 80) circa te de Glycerio 81) in quo periculo 82) immo 83) ſicut hortaris 84) Glycerio 85) cavendum eſt 86) nutriturum illum puerum.

---

21. *quod tu ſperes propulſabo facile*] i. e. ſpem *ex patris voluntate a te concipiendam* *) refutabo inanem eſſe oſtendens. Sperabat autem Pamphilus neminem ſibi his moribus praedito ſive meretriciis amoribus irretito uxorem daturum. *Propulſare* eſt refellere. v. Burm. ad Ov. Metam. I. 759. *his moribus*] ſic dicitur pro eo, qui habet hos mores. Sic apud Statium ſylvar. V. 2. 107. *tales anni* ponuntur pro perſona quae habet tales annos v. Markland. ad illum locum.

24. *otioſus*] i. e. lente ut non multum feſtinet.

25. *inducas*] i. e. fallaciis pellicias, in Heaut. IV. 4. 1. *me Syri promiſſa huc induxerunt.* Transfertur verbum a venatione, qua ferae in retia inducuntur. v. Donat. ad I. 2. 9. et Broukh. ad Tibulli eleg. 1. 6.

26. *cautio eſt*] cavendum, providendum eſt. Subſtantiva verbalia ſaepe pro gerundiis ponuntur in Ad. III. 3. 67. *hi piſces ne corrumpantur cautio eſt* in Hec. IV. 4. 28. *nulla tibi hic iam conſultatio eſt.* v. Perizon. ad Sanctii Minerv. I. 15. p. 146.

27. *hanc fidem* etc.] conſtructio eſt: obſecravit me ut darem ſibi

*) Hiatum in Mſſ. his verbis ſupplevi. B.

Sibi me obſecravit, 87) qui me 88) ſciret non deſerturum, 89) ut darem.

DAV. Curabitur; ſed pater adeſt. Cave 90) te eſſe triſtem ſentiat.

(Actus II. Scena IV. SIMO. DAVUS. PAMPHILUS.)

SI. Reviſo 91) quid agant, 91 a) aut quid captent 92) conſilii.

DAV. Hic 93) nunc non dubitat, quin te ducturum neges.

Venit meditatus alicunde 94) ex ſolo 95) loco.

87) Glycerium 88) vel ſe 89) me ſcilicet ſe 90) Uſitata locutio eſt apud Terentium, et honeſta, pro eo quod eſt: ne ſis triſtis, licet modo aliter habeatur in uſu. Dicimus enim: cave ne facias, pro eo quod eſſet dicendum: cave facias. Cave enim negativum eſt, teſte Servio. Unde cum dicimus: cave ne facias, hortamur ut facias, quoniam *cave* et *ne* duo negativa unum faciunt affirmativum 91) requiro 91 a) Davo recedente a conſpectu Simonis coepit ſecum Simo cogitare ac dicere: ſcies, quia Davus omnia iſta renuntiavit filio meo, ſimulque hortatur illum, ne ducat Philumenam, quam ego volo ei dare. Vadam igitur et videbo quid tractent 92) filius meus et Davus 93) pater tuus 94) ex aliquo loco 95) remoto.

---

fidem; fides eſt ſignum et documentum quod efficit, ut aliquid verum eſſe credamus. Propert. IV. 6. 60. *noſtri ſanguinis iſta fides.* Juſt. IX. 1. *ea primum fides inopiae Scythicae fuit.* v. Grot. ad Statii Thebaid. IV. 417. et Duker. ad Flor. I. 2. p. 40.

*qui ſciret*] ponitur pro: ut ſciret in Ad. V. 8. 27. *huic demus qui fruatur.* v. Gron. ad Liv. I. 43. pro *deſerturum* Bentl. e. MSſ. ſcribit *deſertum iri* quod alioquin in vulgata lectione deſit pronomen *me, ſciret, me non deſerturum ſe.* Verum pronomina *me, te, ſe, nos, vos* in tali conſtructione centies omittuntur. v. quae annotavimus ad Rutil. Lup. I. 41.

Act. II. Scena 4.

1. *reviſo*] i. e. redeo ut videam in Eun. V. 4. 1. ita *proviſo* procedo in publicum ut videam. in V. 5. 1. et in Ad. V. 6. 1.

3. *venit meditatus*] h. e. inſtructus oratione, quam medita-

Orationem 96) ſperat inveniſſe ſe
Qua *) differat te. 96 a) Proin, tu fac apud te ut ſies. 97)
PAM. Modo ut poſſim 98) Dave. DAV. Crede, inquam, hoc mihi Pamphile.
Nunquam hodie tecum commutaturum 99) patrem
Unum eſſe verbum ſi te dices ducere.

(Actus. II. Scena. V.) BYRRIA. 1)

Erus 2) me relictis rebus iuſſit Pamphilum
Hodie obſervare, ut quid ageret de nuptiis

96) obiurgationem *) *Edit.* qui 96 a) quomodo diſſipet vel conterat te obiurgando 97) ne ſis extra ſenſum tuum 98) neceſſe eſt 99) in iram 1) Charinus recedens a Pamphilo remiſit ſervum ſuum Byrriam providere, quid Pamphilus de nuptiis ageret; in eundo ergo haec tacitus ſecum loquebatur 2) dominus meus Charinus.

---

tus eſt. Similis formula eſt *venit paratus.* V: 4. 6. v. quae annotav. ad Rutil. Lup. II. p. 86.

*ſolo loco*] i. e. deſerto, ſecreto in Phorm. V. 7. 85. *ſcelus deportari in ſolas terras.* Plaut. Aul. IV. 6. 7. *cogito ſolum locum.* Nepos in Eum. c. 8. *ſin per loca ſola contenderet.* v. Lambin. ad Lucret. IV. 577. Heinſ. ad Ov. ep. X. 119. et Drak. ad Sil. Ital. III. 429.

5. *differat te*] differre aliquem oratione ſignificat aliquem oratone in varias partes ferre et ita perturbare, ut quid agat neſciat. Belgae dicunt *verbluffen* Plaut. in Pſeud. I. 3. 124. *iam ego te differam dictis meis,* in Phorm. I. 4. 36. dicitur *dictis protelare.*

*apud ſe ut ſis*] i. e. ut praeſenti animo ſis et minime perturbatus. infra III. 5. 16. *redire ad ſe* pro animum recolligere perturbatione eiecta.

6. *modo ut poſſim*] i. e. ſi modo poſſim in Phorm. I, 2. 9. *modo ut tacere poſſis.* Cic. ad Div. VII. 1. *modo ut tibi conſtiterit fructus otii tui,* ubi v. Manut.

7. *commutaturum unum eſſe verbum*] i. e. tecum iurgaturum in Phorm. IV. 3. 33. *tria non commutabitis verba hodie inter vos.* *Verbis velitare* dicit Afranius apud Nonum Marcell. P. 3. *verbis certare.* L. 10. c. 19. ubi v. Gronov,

Act II. Scena 5.

1. *relictis rebus*] i. e. poſthabitis negotiis omnibus in Eun. I. 2. 80. *ancillulam relictis rebus*

Scirem. Id propterea 3) nunc hunc 4) venientem 5) ſequor.
Ipſum adeo, 6) praeſto video 7) cum Davo. hoc agam 8)
SIMO. Utrumque 9) adeſſe video. DAV. Hem, Serva.10)
SI. Pamphile. DAV. Quaſi de improviſo reſpice ad eum. PAM. Ehem pater.
DAV. Probe. 11) SI. Hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
BYRR. Nunc noſtrae 12) timeo parti, quid hic 13) reſpondeat.
PAM. Neque iſtic neque alibi tibi erit usquam in in me mora.
BYRR. Hem. DAV. Obmutuit. 14) BYRR. Quid dixit? SI. Facis ut te decet, 15)

3) propterea 4) vel huc 5) Simonem 6) hoc eſt ad ipſum eo i. e. ad Pamphilum 7) Pamphilum 8) quod erus praecepit meus 9) Davum et filium 10) cave Pamphile nunc ut reſpondeas quae dixi 11) bene reſpondiſti 12) meae et domini mei Charini 13) Pamphilus. 14) pater tuus ſicut dixi 15) ut bonus filius.

---

*omnibus quaeſivi.* Lucret. III. 1084. *iam rebus quibusque relictis Naturam primum ſtudeat cognoſcere rerum* ubi v. Lambin. Cic. ad Div. II. 14. *omnia relinques, cum tua opera Fabius uti volet.* v. Gronov. ad Liv. XXVIII. 7.

*iuſſit Pamphilum etc.*] Bentlei. de coniectura ſic legit *iuſſit Pamphilum hodie obſervarem quid ageret de nuptiis* et ſequentem verſum tanquam ſpurium delet. Burmann. Bentleianis inventis ad Sueton. Veſpaſian. c. 23. contradicit et conſtructionem *me iuſſit obſervarem* ſcabiem vocat, ſed Gesnerus defendit et conſtruendi rationem explicat in Theſ. ling. lat. voce *iubeo.*

4. *adeo*] vis quae eſt in huius particulae uſu ſane eleganti vix poteſt uno verbo explicari, quod in omnia loca conveniat, ſentiturque facilius, quam exprimitur; interdum ſignificat aliquam conſequentiam, interdum explicationi vel narrationi ſervit.

*hoc agam*] i. e. ad hoc attendam, v. notata ad I. 2. 15.

5. *ſerva*] i. e. obſerva, quae tibi mandavi, ut apud te ſis.

9. *neque iſtic etc.*] h. e. et in hac et in omnibus aliis rebus tibi morem geram promtiſſime.

Cum iſtuc quod poſtulo impetro cum gratia.
DAV. Sum verus. *) BYRR. Erus, [16] quantum audio, [17] uxore excidit. [18]
SI. I, [19] nunc iam intro, ne in mora [20] cum opus ſit ſies [21]
PAM. Eo. BY. Nullamne *) in [22] re [23] eſſe homini cuiquam fidem?
Verum [24] illud verbum eſt, quod vulgo dici ſolet,
Omnes ſibi malle [25] melius eſſe quam alteri.
Ego illam vidi virginem [26] forma bona,
Memini [27]. videre, quo [28] aequior [29] ſum Pamphilo [30]

*) *Edit. cum ſigno interrogandi* 16) meus 17) ab uxore 18) privatus eſt uxore 19) vade 20) ne moram facias 21) ſis *) *Edit.* nullane 22) ſcilicet negare queo 23) ſua re 24) dicam 25) magis velle 26) filiam Chremetis 27) me 28) quapropter 29) aequimior 30) Pamphilum.

---

11. *cum gratia*] h. e. ut non invitus ſed lubens facias Liv. XXIX. 1. *cum bona gratia eſt* in Phorm. IV. 3. 16. Sic in lege 32. §. 11. Pandectar. de donationibus inter virum et uxorem matrimonium bona gratia diſſolutum dicitur, quod conſenſu mutuo ſine alterius ex coniugibus querela ſolutum eſt.

12. *ſum verus*] i. e. omne verum dixi; proprie vates, qui futuris praedicandis non fallunt, *veri* dicuntur, ut apud Graecos ἀληθεῖς. Ovid. epiſt. V. 123. *ah nimium vates miſerae mihi vera fuiſti.* v. Hemſterh. ad Timaei Lexic. Platonic. p. 82.

*uxore excidit*] *excidere aliqua re* eſt perdere rem, quam habuimus vel nos habituros ſperavimus. Liv. Epit. 29. *regno excidit Maſiniſſa.* Sic apud Iurisconſultos *excidere formula* eſt perdere actionem vel ius cum aliquo agendi in iure, v. Sueton. in Claud. c. 14. et Gronov. ad Senecae epiſt. 122.

15. *verbum*] i. e. proverbium, ſententia, ut in Eun. IV. 5. 6. et alibi.

16. *omnes melius eſſe*] i. e. beatos ac felices eſſe in Ad. I. 2. 9. *et tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit malum* ut Horat. Serm. II. 8. 18. *pulchre fuerit tibi.* v. Bentl. ad h. l.

18. *memini videre*] memini fere cum infin. praeſenti conſtruitur, ne duo praeterita concurrant. v. Sanct. in Minerv. I. 14. pag. 111. et Drakenb. ad Liv. XXXVI. 34.

*quo*] i. e. quare, quapro-

Si [31] ſe illam in ſomnis, [32] quam illum, [33] amplecti [34] maluit,
Renuntiabo, [35] ut pro hoc malo mihi det [36] malum. [37]

(Actus II. Scena VI. DAVUS SERVUS. SIMO DOMINUS.)

DAV. [38] Hic [39] nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, et ea me hic reſtitiſſe [40] gratia.
SI. Quid Davus narrat? DAV. Aeque [41] quicquam [41 a] nunc quidem.
SI. Nihilne? hem. DAV. Nihil prorſus. [42] SI. Atqui *)? [43] expectabam [44] quidem.

31) Pamphilus 32) amplecti 33) Charinum 34) ipſa re 35) hoc domino meo 36) vel non 37) poenam 38) loquebatur ſecum, ut Simo poſſet audire, tamen fingebat ſe illum animadvertere 39 Simo dominus meus 40) remanſiſſe 41) aequaliter 41 a) nihil narro 42) omnino *) *edit. absque ſigno interrogandi* 43) certe 44) ut aliquid diceret.

---

pter in Ad. IV. 5. 46. *quo magis curae ſunt mihi.* Cic. ad Div. V. 12. *quo mihi acciderit optatius* ubi. v. Manutium.

19. *in ſomnis*] *ſomnus* aliquando pro *nocte* ponitur ut ap. Virgil. Georg. I. 208. ubi. v. Servium, contra *nox* aliquando pro *ſomno*. v. Dan. Heinſ. ad Sil. Italic. III. 200.

*amplecti*] honeſto vocabulo rem Veneream exprimit. Ovid. Metam. IV. 184. *in mediis ambo deprenſi amplexibus haerent.* Petron. P. 126. v. Drak. ad Sil. Italic. II. 399.

20. *malum*] i. e. poena, ut verbera etc. in Eun. IV. 4. 47. *non poteſt ſine malo fateri.* Liv. IV. 49. *ſicut ſervis malum minantem militibus.* v. Gronov. ad Sen. de ira I. 17.

Act II. Scena 6.

3. *aeque quicquam nunc quidem*] i. e. nihil. Sic explicandum eſſe contextus docet. Eſt autem elliptica loquendi formula, quam ita ſupplet Perizon. ad Sanctii Minerv. I. 13. p. 92. *nunc quidem aeque quicquam narro ac narro tunc cum nihil narro.*

DAV. 45) Praeter ſpem evenit 46) ſentio; hoc male habet virum. 47)
SI. Potin es 48) mihi verum dicere? DAV. Nihil facilius. 49)
SI. Num illi 50) moleſtae quippiam hae ſunt nuptiae,
Propter huiusce 51) hoſpitae conſuetudinem?
DAV. Nihil hercle aut ſi adeo 52) bidui aut tridui eſt *)
Haec ſollicitudo, 53) noſti; *) deinde deſinet.
Etenim ipſus ſecum eam rem recta **) reputavit via 54)
SI. Laudo. DAV. Dum licitum eſt ei, dumque aetas 55) tulit,
Amavit. 56) Tum id clam; cavit, ne umquam infamiae
Ea res 57) ſibi eſſet, ut virum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt, animum ad uxorem appulit.
SI. Subtriſtis viſus eſt eſſe mihi aliquantulum.

45) ſecum 46) huic Simoni 47) ob hoc triſtitia poſſidet Simonem 48) an potes 49) quam verum dicere 50) Pamphilo 51) Glycerii 52) certe *) *Edit.* bidui eſt a. t. 53) prioris amatae *) *ſignum interrogat.* poſt noſti *quod eſt in edit. Weſterh. MS. poſt praecedens vocabulum* **) *abeſt edit. Zeun.* 54) ratione 55) adoleſcenti 56) meretricem 57) meretricalis.

---

5. *hoc male habet virum*] h. e. illi moleſtum eſt, infra V. 4. 37. *ſcrupulus qui me male habet* in Hec. IV. 2. 30. *haec res me male habet.*

6. *potin es*] vel potisne; *es* habet vim obſecrandi, ut Eun. I. 2. 21. Plenum *potis ſum* contrahitur in poſſum, potis es in potes, potis eſt in poteſt etc. v. Voſs. de analog. II. 21.

10. *noſtin*] hac formula ſignificatur, nos multa compendifacere. Eun. III. 1. 15. et Donat. ad. h. l.

11. *recta reputavit via*] i. e. in reputando non erravit. *recte reputare* dixit Juſtin. II. 15.

14. *virum fortem*] i. e. virum honeſtum bonum; nam veteres, ut Feſtus auctor eſt, fortem dicebant frugi et boni, ubi vid. Scalig. in Phorm. II. 2. 10. *o vir fortis atque amicus.* Plaut. in Trin. V. 2. 9. *ſororem deſpondiſſe in tam fortem familiam.*

DAV. Nihil — propter hanc rem, ſed eſt quod ſuſcenſet *) 58) tibi.
SI. Quidnam eſt? DAV. Puerile eſt. SI. Quid eſt? DAV. nihil. SI. Quin dic, quid eſt.
DAV. Ait 59) nimium parce facere 60) ſumptum. 61) SI. Mene? DAV. Te.
Vix inquit 62) dracmis 63) eſt obſonatus 64) decem.
Num 65) filio videtur 66) uxorem dare?
Quem inquit 67) vocabo ad caenam meorum aequalium 68)
Potiſſimum 69) nunc? et quod dicendum 70) hic ſiet? *) 71)
Tu quoque perparce nimium; non laudo. SI. Tace.
DAV. Commovi. 72) SI. Ego iſtaec recte ut fiant videro. 73)
Quidnam hoc eſt rei? quid hic vult veterator 74) ſibi?

*) *corr. in* ſuccenſet 58) reprehendit te 59) filius tuus 60) te 61) expenſam 62) filius tuus 63) XXV denariis vel XXX prout untia fuerit. dragma pondus eſt duorum denariorum et dimidii. Si untia fuerit per XX denar. X dragmae erunt XXV. ſi vero per XXIIII, XXX erunt denarii 64) convivatus 65) vel nonne. inquit filius tuus 66) patri meo 67) filius tuus 68) ſodalium 69) praecipue 70) improperandum in ipſis nuptiis *) *edit. omitt. ſign. interr.* 71) ſit 72) animum tuum 73) providebo 74) excogitator veterum malorum.

---

17. *eſt quod ſuſcenſet*] i. e. habet cauſam ſuccenſendi in Hec. II. 2. 31. *eſt quod me tranſire ad forum iam oportet.* Locutio ſic eſt ſupplenda: eſt aliquid, propter quod ſuccenſet. v. Voſs. de conſtruct. c. 11.

22. *vocabo*] i. e. invitabo. Sic *vocationes* pro invitationibus ad coenam apud Catull. Carm. 48. 7. et ſervi vocatores, qui homines ad convivium invitant apud Sueton. in Calig. c. 39.

*aequalium*] i. e. eiusdem aetatis hominum, quos barbari dicunt coequales. in Heaut. III. 1. 8. v. Graev. ad Juſtin. XXXVII. 4.

26. *veterator*] veterator proprie eſt ſervus veteranus, qui, cum verſutior eſſe ſoleat novitio, *veterator* dictus eſt, quilibet aſtutus et fallendi arte exercita-

Nam ſi hic [75] mali eſt quicquam, hem illic [76] eſt huic [77] rei caput.

(Actus III. Scena I. MYSIS. LESBIA. SIMO. DAVUS.)

MY. [78] Ita pol quidem res eſt, ut dixti, Lesbia.
Fidelem haud ferme [79] mulieri invenias virum.
SI. Ab Andria eſt ancilla haec. [80] Quid narras? [81] DAV. Ita eſt.
MY. Sed hic Pamphilus. [82] SI. quid dicit? MY. Firmavit fidem. SI. hem.
DAV. [83] Utinam aut hic [84] ſurdus, aut haec [85] muta facta ſiet [86])
MY. Nam quod peperiſſet [87] iuſſit tolli. SI. o Iupiter,

75) in domo mea 76) in ipſa domo 77) eſt ipſe Davus 78) Myſis ancilla erat Glycerii, quae miſſa fuerat ad vocandum obſtetricem Lesbiam. In itinere ergo dum venirent, coeperunt ſimul loqui de Pamphilo et Glycerio, quod animum ſuum Pamphilus timore patris vellet a Glycerio amovere. Tunc Lesbia dixit, raro inveniri poſſe virum ſervatorem fidei mulieri promiſſae 79) prope 80) ancilla Glycerii quae venit ex Andria 81) vel narrat. dicis 82) interruptio 83) ſecum loquitur 84) dominus meus 85) Myſis 86) fuiſſet 87) domina mea.

---

tus. v. Feſt. in hanc vocem et Lindenbrog ad h. l.

27. *illic eſt huic rei caput*] i. e. ille eſt huius rei auctor, cum dativo et eſt in Ad. IV. 2. 29. *ſentit te eſſe huic rei caput;* cum genitivo apud alios. Cicero pro Flacco c. 18. *caput eſt Graecorum concitandorum Heraclides.* v. Cortii ad Porci Latronis declamationem p. 1093. edit. Salluſt. *Illic* antique dicitur pro *ille.* v. Bentl. ad h. l.

Act III. Scena 1.

3. *ancilla ab Andria*] i. e. ancilla Andriae vel ex eius aedibus veniens. infra IV. 1. 58. *concrepuit a Glycerio oſtium* i. e. Glycerii. v. Buchnerum de commutata dicendi ratione et Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 3.

Quid ego audio? Actum eſt, 88) ſiquidem haec vera praedicat.
LESB. Bonum ingenium 89) narras adoleſcentis. 90) MY. Optimum.
Sed ſequere me intro, ne in mora *) 91) ſies. LES. Sequor.
DAV. Quod remedium nunc huic 92) malo inveniam? SI. Quid hoc?
Adeon 93) eſt demens? 94) Ex peregrina. 95) Iam ſcio, ah,
Vix tandem ſenſi ſtolidus. 96) DAV. Quid hic ſenſiſſe ſe ait?
SI. Haec primum affertur iam mihi ab hoc fallacia.
Hanc 97) ſimulant parere, quo 98) Chremetem absterreant. 99)
GLYCERIUM INTUS *) 1) Iuno, 2) Lucina, fer opem; ſerva me obſecro!
SI. Huc 3) tam cito? 4) Ridiculum. 5) Poſtquam ante oſtium

88) completum eſt 89) in hoc quod peperiſſet illa iuſſit tolli 90) vel? *) *Edit. add.* illi 91) illi dominae meae. 92) quod dominus meus audivit 93) numquid in tantum 94) filius meus 95) vel? *atque ita edit.* Miſide. *pro Glycerio lapſus eſt memoria Gloſſator* 96) Stultus 97) Glycerium 98) ut 99) ut non det ei filiam ſuam dum audierit ex Glycerio habere illum puerulum *) *deeſt* intus *in edit.* 1) clamabat 2) quia naſcentibus praeeſt 3) exclamatio 4) peperit 5) res riſu digna.

---

7. *actum eſt*] deſperantis formula. v. Eun. I. 1. 9. Ad. III. 2. 27. et Donat. ad h. l.

*praedicat*] i. e. dicit, narrat. eo ſenſu frequens eſt apud Comicos.

10. *quid hoc*] ſcilicet *rei eſt*, ut ſupplet Donatus.

15. *Iuno Lucina fer opem*] eſt vox conflictantium partus doloribus et Dianae opem invocantium, quae ſub Iunonis Lucinae nomine partui praeeſſe putabatur. v. Ad. III. 4. 41. et Horat. in Carm. ſaecul. v. 13. De formula *ſerva me* v. Briſſon. de formulis I. p. 69.

Me audivit 6) ſtare, approperat. 7) Non ſat commode. 8)
Diviſa 9) ſunt temporibus 10) tibi 11) Dave 12) haec. 13) DAV. Mihin? 13a)
SI. Num *) immemor es diſcipuli? 14) DAV. Ego quid narres, neſcio.
SI. Hiccine 15) me ſi inparatum in veris nuptiis 16)
Adortus eſſet, 16) quos mihi ludos redderet. 17)
Nunc huius periculo fit; 18) ego in portu navigo. 19)

6) Glycerinm 7) partum 8) convenienter 9) diſtributa 10) iſtis 11) a te 12) o Dave 13) haec mendacia non congruo tempore diſpoſuiſtis, ſicut putabatis. 13 a) an a me *) *Primo ſic in MS legebatur, ſed mutatum eſt* num *in* non, *ſignum interr. deletum et prior lectio tanquam V. L. ſuperſcripta* 14) filii mei 15) Davus 16) ad ſuperiora pertinet ubi Soſiae dicit: ſimul ſceleratus Davus ſi quid conſilii habet ut conſumat nunc 17) quomodo inluderet mihi, qui in falſis ita deludit 18) in periculo illius 19) ſecurus ſum.

---

17. *commode*] i. e. apte, perite, ſcienter. Heaut. prol. v. 14. *quantum ille potuit cogitare commode*. Hec. I. 2. 33. *nunquam tam dices commode.*

18. *diviſa temporibus*] res temporibus dividere eſt ita deſcribere, ut ſuo quaeque tempore geratur. Juſt. praefat. *ea omnia Pompeius diviſa temporibus et ſerie rerum digeſta compoſuit.*

19. *immemores *) diſcipuli*] i. e. Myſis, Lesbia, Glycerium, Pamphilus obliti ſunt praeceptorum tuorum nec partes ita agunt, ut illos docuiſti. Haec loquendi ratio a ſcena ducta eſt; nam poetae eſt *docere*, hiſtrionum *diſcere* fabulam. v. Hec. prol. II. 10. 48. et interpretes.

21. *quos mihi ludos*] Bentl. corrigit egregie *quos me ludos redderet; reddere* eſt facere Ad. IV. 1. 18. *Ludos aliquem reddere* ſignificat *omnium ludibrio aliquem exponere* Plaut. in Aulular. II. 2. 75. *quem ſenecta aetate ludos facias* in Bacchidib. V. 1. 4. *pudet hoccine me aetatis ludos bis factum eſſe indigne.* v. Duker. ad Sueton. Domitian. c. 4.

22. *in portu navigo*] i. e. extra periculum ſum. Plaut. in Mercator. IV. 8. 49. *res eſt in portu.* v. Eraſmi adag.

*) hanc lection. praefert Bentl. B.

## (Actus III. Scena II.) LESBIA. SIMO. DAVUS SERVUS.

LESB. [19a]) Adhuc Archilis quae aſſolent, [20]) quaeque oportet [21])
Signa [22]) eſſe ad ſalutem, omnia huic eſſe video.
Nunc primum fac, iſtaec [23]) ut lavet. [24]) Poſt deinde, [24a])
Quod iuſſi ei dari *) bibere, et quantum imperavi date.
Mox [25]) ego huc revertar.
Per ecaſtor, [26]) ſcitus [27]) puer eſt natus Pamphilo. [28])

19a) Ingreſſa Lesbia obſtetrix ad Glycerium puerumque cernens, quem iam pepererat, dixit ancillulae cuidam, quae vocabatur Archilis, ſigna eſſe infantulo proſpera. 20) eſſe in infantibus 21) alii (codd.) oportent 22) vitalia 23) Glycerium 24) ut mos eſt parientium 24a) vacat. *voluit indicare ſuperfluum eſſe* deinde. *) *edit.* dare 25) oſtendit ſe egredi a domo et cito reverſuram. 26) per Deum Caſtorem 27) pulcher, nobilis 28) de Pamphilo.

---

Act. III. Scen. 2.

2. *ſigna ad ſalutem*] i. e. ſigna ſalutaria quae ſalutem promittant. in Heaut. I. 2. 33. *ea ſunt ad virtutem omnia* i. e. ad virtutem apta vel idonea. Caeſar de B. C. III. 101. *quae ſunt ad incendia.*

3. *lavet*] i. e. lavetur. *Lavare* ſaepe per ellipſin pronominis eadem ſignificatione dicitur, qua *lavari.* v. Voſs de analog. III. 3.

*poſt deinde*] haec adverbia aliquando per pleonasmum iunguntur. Cic. ad Attic. II. 23.

4. *iuſſi et imperavi*] iubere et imperare proprie dicuntur medici cum remedia praeſcribunt. Ovid. epiſt. XX. 132. *medicorum iuſſa miniſtro*, ubi v. Burmann. Obſtetrices medicorum officio fungebantur apud puerperas. v. legem I §. 2. de extraordinar. cognitionib.

*dare bibere*] pro *dare potum*, infinitiv. pro ſubſtantivo. Plaut. in Perſa V. 2. 40. *bibere da.* Cic. Tuſc. quaeſt. I. 26. *ut Iovi bibere miniſtraret.* Gronov. ad Liv. XXXVI. 33 et Donat. ad h. l.

6 *per Caſtor ſcitus*] *per* coniungendum eſt per tmeſin cum *ſcitus*, ut ſit *perſcitus* i. e. valde pulcher. in Phorm. I. 2. 60. *ſatis ſcita eſt.* v. Feſtum voce *ſcita*

Deos quaeſo ut ſit ſuperſtes, quandoquidem [29] ipſe [30] eſt ingenio bono,
Cumque huic veritus eſt [31] optimae adoleſcenti [32] facere iniuriam [33].
SI. Vel hoc [34] quis non credat [35] qui te norit, [36] abs te [37] eſſe ortum? DAV. Quidnam id [38] eſt?
SI. Non imperabat [39] coram, [40] quid opus facto eſſet puerperae.
Sed poſtquam egreſſa eſt, illis [41] quae ſunt intus clamat de via. [42]
O Dave, itan contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
Videor tibi eſſe, quem tam aperte fallere incipias dolis?

29) *haec vox lineola infra poſita cum praecedenti coniungitur cum hac marginali nota:* ita iungendum, quandoquidem ipſe eſt cum bono ingenio vel cum accipe pro quandoquidem 30) Pamphilus 31) timuit 32) Glycerio 33) dum eam non reliquit 34) quod dicitur illam peperiſſe 35) eſſe mendacium 36) o Dave 37) a tua progenie ſervili 38) quod dicis 39) Lesbia obſtetrix 40) Glycerio 41) ancillulis 42) ut ego audirem.

---

*facie.* De illa etiam tmeſi. v. Bentl. ad II. 6. 24.

7. *ſit ſuperſtes*] ſcilicet pater, uſitata formula bene precandi recens natis. Ad. III. 1. 11. *ſalvus nobis Deos quaeſo ut ſit.* Piorum etiam parentum votum erat, ut liberi probi eſſent ſuperſtites, in Heaut. V. 4. 7. *ita mihi atque huic ſis ſuperſtes.*

8. *cumque*] ſaepe veteres particula *cum* utuntur, ubi vulgus *quod* ponit. in Ad. V. 6. 9. *bonus es cum haec exiſtimas.* v. Gronov. ad Statii Thebaid. II. 417.

12. *tandem*] in interrogationibus habet vim vehementius inſtandi. Hec. IV. 4. 61. *itane tandem uxorem duxit Antipho.* Phorm. II. 3. 26. *ain tandem.* v. Drakenb. ad Liv. III. 9.

13. *fallere incipias*] i. e. fallas. Saepe utriusque linguae ſcriptores verbis incipiendi, adgrediendi, conandi, non mollitiem rei, ſed rem factam indicant. Catull. Carm. 82. *quem tu diligere inciperes* i. e. ut bene explicat Scaliger, *quem tu diligeres.* Caeſ. de B. G. VII. 57. *noſtros tranſitu prohibere inſtituit* i. e. prohibuit. infra V. 1. 2. *ſatis pericli coepi adire* i. e. adii

Saltem accurate, [43] ut metui videar; [44] *) certe ſi
reſciverim. [45]

DAV. [46] Certe hercle nunc ipſus ſe fallit, haud [47]
ego. SI. Edixin tibi? [48]

SI. Interminatus ſum, [49] ne faceres. [50] Num veri-
tus? [51] quid retulit? [52]

Credon tibi hoc, [53] nunc [54] peperiſſe hanc e Pam-
philo?

DAV. [55] Teneo [56] quid [57] erret [58] et quid agam
habeo. SI. Quid taces?

DAV. Qui [59] credas? quaſi non tibi renuntiata [60]
ſint haec fore ſic.

43) ſi decipere me volueritis, procurato tu et filius meus. Id eſt, ſi non timetis me cauſa amoris, ſaltem agite, ut videar timeri a vobis 44) a vobis *) *edit. diſtinguit poſt* certe 45) quid vos agitis 46) ſecum loquebatur ut dominus audiret 47) non 48) ut taceres meque non illuderes 49) valde minatus. minor minaris. interminor, interminaris 50) ne me illuderes. vel? *atque ita edidit Weſterhov.* 51) es 52) profuit 53) in hoc 54) in praeſenti 55) ſecum 56) intelligo 57) in quo 58) dominus 59) ut quid 60) quae audiſti per me et alios tuos ſervos

---

v. Iſaac. Caſaubon. ad Lucae evang. I. 1. et Markland. ad Ciceron. (Remarks on the Epiſtles of Cicero to Brutus etc.) p. 28.

15. *ſe ipſus*] notandum eſt pronomen *ipſe* aliis pronominibus adiunctum plerumque in alio caſu et fere in nominativo poni. Immo Graev. ad Cic. de offic. III. 15. ſcribit, eos, qui utrumque pronomen eodem caſu ponant, corrupte loqui. Alii tamen utramque loquendi formam probant, ut Manut. ad Cicer. epiſt. ad Div. VII. 1. De hac re eleganter more ſuo diſputat Duker. ad Flor. III. 18. p. 645.

*edixi*] *edicere* eſt verbum eorum qui imperandi poteſtatem habent, unde *edicta* vocantur eorum iuſſa. in Hec. IV. 1. 50. *edicam ſervis ne quoquam efferni ſinant.* v. Bentl. ad I. 1. 33.

16. *quid retulit*] i. e. quid profuit, quem fructum inde cepi in Phorm. IV. 3. 41. *parvi retulit non ſuſcepiſſe.* Plaut. in Epid. I. 2. 30. *quid retulit mihi tantopere te mandare.* v. Heinſ. ad Ovid. epiſt. VI. p. 137.

18. *habeo*] *habere* aliquis dicitur, quod ingenio ſuo invenit. v. Donat. ad Eun. III. 2. 22. et Burmann. ad Phaedr. IV. 12.

SI. Mihin quisquam? [61] DAV. Eho. an tute [62] intellexti hoc [63] aſſimularier? SI. Irrideor. [64]
DAV. Renuntiatum eſt. Nam qui [65] iſtaec tibi incidit ſuſpicio? [66]
SI. Qui? [67] Quia te noram. DAV. Quaſi tu dicas factum id conſilio meo.
SI. Certe enim ſcio. DAV. Non ſatis me pernoſti etiam, qualis ſim, Simo.
SI. Egone te? [68] DAV. Sed ſi quid tibi *) narrare occepi, continuo dari
Tibi verba [69] cenſes. [70] SI. [71] Falſo. DAV. Itaque hercle nihil iam muttire [72] audeo.
SI. Hoc ego ſcio unum, neminem peperiſſe hic. DAV. Intellexti? [73]
Sed nihilo citius *) [74] puerum deferent huc ante oſtium.

61) renuntiavit 62) tu ipſe primus 63) de partu 64) a te 65) quomodo 66) quod ipſe peperit 67) quaeris quomodo mihi inciderit ſuſpicio 68) non novi *) *edit. omitt.* tibi *et eſt in MS ſuperſcriptum, ſed literis contextus et eadem manu* 69) mendacium componi 70) indicas 71) iraſcendo 72) loqui ante te 73) ironicos (εἰρωνικῶς) negando. *) *edit.* ſecius *quae v. l. in MS notata* eſt 74) velocius probabis iſtud.

---

23. *certe enim*] *enim* hic abunda ut in Ad. IV. 5. 22. v. Virgil. Georg III. 70. et Sp. Servium.

25. *nihil iam mutire audeo*] h. e. ne *mi* quidem dicere audeo. *Mi* eſt ille ſonus quem ſolum muti edere poſſunt. v. Varron. de lingua lat. in Hec. V. 4. 25. *neque opus eſt adeo mutito;* hinc duplex frequentativum *muſſare et mutitare, quod* ſignificat ſuppreſſa voce loqui, quod celatum velis. Liv. VII. 25. *muſſantesque inter ſe rogitabant* ubi. v. Drakenb. Terent. in Ad. II. 1. 33. *accipienda et muſſitanda iniuria eſt* i. e. tacite ferenda et diſſimulanda.

26 *neminem*] notandum *neminem* foeminino genere poni. Sic Plaut. in Caſ. II. 2. 12. *vicinam neminem amo merito magis quam te.* Sic *homo* foem. gen. ponitur in Servii Sulpicii epiſt. ad Ciceron. *quod homo nata fuerat.* v. Voſs de analog. I. 15. et Bentl. ad II. 2. 27.

27. *nihilo ſecius*] i. e. neque

Id ego iam nunc tibi ere 75) nuntio *) ſuturum, ut ſis ſciens,
Ne tu hoc mihi poſterius 76) dicas, Davi 77) factum conſilio aut dolis.
Prorſus 78) a me opinionem *) tuam eſſe ego amotam volo.
SI. Unde id ſcis? 79) DAV. Audivi et credo. 80) SI. *) Multa concurrunt 81) ſimul
Qui 82) coniecturam 83) hanc nunc facio. Iam prius *) haec 84) ſe a *) Pamphilo
Gravidam dixit eſſe. Inventum eſt falſum. Nunc poſtquam videt,
Nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla ilico,

75) domine *) *Alius ordo verbor. in edit. quem improbavit Bentl. Pro* nuntio *olim fuit fortaſſe* renuntio *in MS* atque ſic edit. 76) poſtmodum 77) meo 78) omnino *) *edit. add.* hanc 79) de puero quod huc deferrent 80) ita futurum *) *Nomen* Simo *deletum ut et paulo poſt* Davus, *probante Bentleio* 81) conveniunt 82) vel quomodo. vel per quae 83) aeſtimationem *) *edit.* primum 84) Glycerium *) *edit.* e.

eo minus. Nep. in Miltiade c. 2. *neque eo ſecius Athenienſibus officia praeſtabat.* Caeterum *nihilo ſecius* et *nihilo ſegnius* perpetuo confunduntur, quae ſic diſcernenda ſunt, ut, ubi de ſtudio et alacritate ſermo eſt, *nihilo ſegnius* locum habeat, in caeteris *nihilo ſecius.* De hoc diſcrimine v. Heinſ. ad Ovid. Metam. II. 809. ad Virgil. Aeneid. IX. 441. et Oudendorp ad Caeſar. de B. C. II. 8.

28. *ut ſis ſciens*] hoc more, quem apud optimos quosque ſcriptores latinos invenimus, dicitur pro *ut ſcias.* Plaut. in Curcul. II. 3. 13. *quos ſemper videas bibentes in thermopolio.* Cic. de divinat. I. 25. *eſt apud Platonem Socrates dicens.* Manil. V. 388. *has erit et ſimiles tribuens olor aureus artes.* v. Buchner de commutata ratione dicendi. p. 326. et interpretes ad Auctorem de B. Hiſpan. c. 29. Terentium imitatur Lactant. III. 5.

30. *opinionem hanc tuam*] i. e. tibi ſuſpicioſiſſimo ſeni propriam. Eſt igitur emphaſis in pronomine *tuam.* His autem poſſeſſivis non utendum eſt, niſi ubi ſententiae pondus addant.

Obſtetricem accerſitum 85) ad eam, et puerum 86) ut afferret 87) ſimul.
DAV. Hoc niſi fit, 88) puerum ut tu videas, nihil moventur 89) nuptiae. 90)
SI. Quid ais? cum intellexeras
Id conſilium *) capere, 91) cur non dixti exemplo 92) Pamphilo? 93)
DAV. Quis igitur eum ab illa abſtraxit niſi ego? Nam omnes nos quidem
Scimus, quam miſerae *) 94) hanc amavit, nunc ſibi uxorem expetit. 95)
Poſtremo id mihi da 96) negocii. 97) Tu tamen has nuptias
Perge facere ita ut facis, 98) et id ſpero adiutores *) deos.
SI. Immo abi intro, ibi me opperire, 99) et quod parato opus eſt, 1) para.
1 a) Non impulit 2) me, haec nunc omnino ut crederem. 3)

85) ad accerſiendum 86) ſcilicet furtivum et ſubponendum Glycerio 87) ipſa obſtetrix 88) fiat 89) ut impediantur 90) quin fiant *) *edit.* conſilii 91) filium meum cum Glycerio 92) ſtatim 93) quod non recte ageret *) *edit.* miſere 94) temere et miſerabiliter et inſane *quae explicatio convenit lectioni editionis* 95) expoſcit et vult 96) o Simo 97) ut praeparem nuptias 98) perge ad Chremetem exorare illi (illum) pro filia *) *edit.* adiuturos *quae tanquam vera lectio in cod. ſuperſcripta eſt* 99) expecta 1) ad nuptias 1 a) ſecum loquitur 2) Myſis mulier per hoc quod dicebat Lesbiae vel Lesbias ipſa 3) egiſſe ita Davum.

---

36. *nihil moventur nuptiae* ] Donatus interpretatur: non differuntur nuptiae. Sic infra. IV. 2. 28. *quantum huic promoveo nuptias* i. e. efficio, ut differantur. Sed melius eſt exponere: nihil eorum quae ad nuptias pertinent, mutabitur. Nam *moveri* dicuntur, quae non manent firma, quae mutantur. Cic. Philipp. I. 7. *ſed non muto, non moveo.* Liv. XX. 16. *nulla providentia fatum imminens moveri potuit.*

40. *miſere*] *miſere* eſt valde, vehementer, quod frequens eſt hac notione apud Comicos in

Atque haud ſcio, an, quae dixit, 4) ſint vera omnia.
Sed parvi pendo. 5) Illud mihi multo maximum eſt,
Quod mihi pollicitus eſt 6) ipſe gnatus. 7) Nunc Chremen
Conveniam. 8) Orabo gnato uxorem. Si impetro,
Quid alias 9) malim quam hodie *) fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus eſt, haud dubium eſt id **) mihi
Si nolit, 10) quin eum merito poſſim cogere.
Atque adeo 11) ipſo *) tempore 12) eccum 13) ipſum 14) obviam. 15)

4) Miſis vel Lesbia 5) nihili pendo 6) videlicet non ſe ducturum aliam uxorem niſi quam ego ei dedero 7) filius 8) ac loquar 9) alio tempore *) *Edit. add.* has **) *Edit. omitt.* id 10) facere 11) certe *) *Edit* in ipſo 12) ipſa opportunitate 13) ecce illum 14) Chremetem 15) video vel habeo.

---

Heaut. I. 2. 16. in Ad. IV. 1. 6.

45. *haud ſcio an*] hic dubitandi ſignificatione dicitur, ſed plerumque in ſpecie dubitationis, affirmandi ſignificationem habet. Cic. de Offic. III. 2. *quod cum omnibus eſt faciendum — haud ſcio an nemini potius quam tibi* i. e. fortaſſe tibi inprimis. v. Duker. ad Flor. III. 12. p. 603.

49. *quid alias*] ipſi veteres grammatici in h. l. *alias* capiunt pro *alia*, ſed aureae aetatis ſcriptores ſemper dicebant *alias*, ubi addendum *horas*, *aliter* pro alio modo. Graev. ad Sueton. Tiber. c. 71. et Drakenb. ad Liv. XXI. 57. Verum praeſtat cum Bentlei. legere *quando alias malim has nuptias fieri* i. e. quo alio tempore malim has nuptias fieri, quam hodie, ut ſimulatum fuit.

52. *in ipſo tempore*] i. e. maxime opportuno tempore. Saepe *tempus* ſimpliciter eſt tempus opportunum. Cic. ad Quint. fratr. II. *ſed tempore ipſo*.

(Act. III. Scen. III.) SIMO. CHREMES. DUO SENES.

SIMO. [16] Iubeo Chremetem. [17] CH. O te ipſum quaerebam. SI. Et ego te. CH. Optato [18] advenis.
Aliquot [19] me adierunt, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato, id viſo, [20] tun an illi inſaniant.
SI. Auſculta paucis, *) [21] et quid ego te velim, et quod tu quaeris, ſcies.
CH. Auſculto, loquere quid velis.
SI. Per ego *) te Deos oro et noſtram amicitiam Chreme,

16) dum pergeret Simo ad domum Chremetis, ut daret filio ſuo promiſſam uxorem, obviavit illum ac ſalutavit, Chremes quoque iam audiebat illum comperiens a quibusdam nuptiis 17) ſalvere 18) ſecundum quod optabam 19) homines 20) videre deſidero *) *Edit. Zeune diſtinguit poſt* auſculta 21) breviter
*) *abeſt edit. Zeun.*

---

Act. III. Scen. 3.

1. *iubeo Chremetem*] ſupple ſalvere, ut in Ad. III. 4. 14. *ſalvere Hegionem plurimum iubeo* ubi Donatus annotat *iubere* in hac formula ſignificare vehementer velle, cupere.

*optato*] *optato* adverbialiter ut auſpicato. IV. 5. 12. *haud auſpicato huc me attuli.*

2. *aliquot me adiere*] Gronov. ad Plauti Truculent. II. 6. 21. ex Mſſ. legit *aliquot ad me adiere*, de qua repetitione propoſitionis vide notata ad II. 1. 15.

4. *auſculta paucis*] ſic potius legendum, quam *auſculta pauca.* Paucis Bentlei. iungit cum *ſcies* locum ſic interpungens *auſculta: paucis et quid ego volo et quid tu quaeris ſcies*, et cum *auſculta* etiam iungitur in Ad. V. 320. *auſculta paucis niſi moleſtum eſt.*

6. *per te Deos oro*] eleganter Latini in precandi et obteſtandi formulis inter praepoſitionem et caſum, quem regit aliud vocabulum, interponunt, inprimis vocabula *ego* et *vos*, in quo imitantur Graecos, qui πρὸς a caſu ſuo diſtinguunt interpoſito pronomine. Plaut. in Bacchid. IV. 8. 64. *per te obſecro Deos immortales.* Tibull. eleg. IV. 5. 6. *tua per dulciſſima furta perque tuos*

Quae incepta a parvis cum aetate accrevit ſimul,
Perque unicam gnatam tuam, et gnatum meum,
Cuius [22]) tibi poteſtas ſumma ſervandi [23]) datur.
Ut me adiuves in hac re atque ita, ut nuptiae
Fuerant futurae, [24]) fiant. CH. Ah, ne me obſecra. [25])
Quaſi hoc te orando impetrare [26]) a me oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me atque olim cum dabam?
Si in rem eſt utrique [27]) ut fiant, [28]) accerſi [29]) iube.
Sed ſi ex ea re plus mali eſt quam commodi, *)

22) filii mei 23) cuſtodiendi 24) deſtinatae 25) ne me iuramento liges 26) promereri 27) ſi ad utilitatem pertinet amborum 28) hae nuptiae 29) eos *) *edit. diſtinguunt poſt* utrique.

---

*oculos per geniumque rogo*, ubi v. Bronkhuſ. Liv. XXIII. 9. *per ego te fili quaecunque iura liberos iungunt parentibus precor.* v. quae annotavimus ad Jul. Rufinian. pag. 209. Aliquando in his formulis reticetur *oro* vel *rogo*, ut apud Lucan. X. 370. ubi v. Oudendorp. Recte vero Bentl. edidit *per te ego Deos oro.* Nam pronomen *ego* vim addit orationi; ſupra I. 5. 54. *quod ego te per hanc dextram oro.*

7. *accrevit*] i. e. aucta eſt. Nep. in Att. c. 10. *cum Gellio Cano adeo coniuncte vixit, ut ad extremam aetatem eorum amicitia creverit.*

12. *quaſi hoc te orando*] i. e. non te oportet orando id a me impetrare. Nam *quaſi* ſaepe negandi vim habet V. 3. 19. *quaſi tu huius indigeas patris* i. e. non indiges huius patris.

13. *alium — atque*] Barbare et inquinate loquentes dicerent *alium quam*. Sed notandum eſt, apud optimos quosque ſcriptores poſt *alios* ſequi *atque*, *ac* nunquam iungi ſolere *quam*, niſi negativae particulae *non*, *nihil*, vel ſimiles cum aliis iunctae praecedant. v. Burm. ad Petron. c. 86.

14. *ſi in rem eſt*] h e. utile eſt. in Hec. II. 2. 7. *magis in rem et noſtram et veſtram id eſſet.* Salluſt. in Catil. c. 20 *in rem fore credens univerſos appellare.* Eodem ſenſu dicitur *ex re eſſe* in Phorm. V. 7. 76. *non ex re iſtius me inſtigaſti.* Contrarium eſt *contra rem eſſe*. Cic. ad Div. V. 20. *nihil feciſſe quod eſſet contra aut rem aut exiſtimationem tuam*

*arceſſi iube*] ſcil. filiam meam. Illa enim ex aedibus patris ſo-

Utrique [30] id te oro in commune ut conſulas, [31]
Quaſi *) illa tua ſit [32] Pamphilique ego ſim pater.
SI. Immo ita volo, itaque poſtulo, ut fiat Chreme.
Neque poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. [33]
CH. Quid eſt?
SI. Irae ſunt inter Glycerium et gnatum. CH. audio.
SI. Ita magnae ut [34] poſſe avelli. [35] CH. Fabulae. [36]
SI. Profecto ſic eſt. Ch. Sic hercle [37] ut dicam tibi:
Amantium irae, amoris integratio eſt.

30) ambobus 31) id eſt conſulte agas *) *inſertum eſt contextui ab alia manu ſi. male* 32) filia 33) ipſe hoc excogitavit in itinere ut poſſet impetrare filiam 34) ſperem *quaſi ſit gloſſa non pars textus, ſed ad textum pertinet* 35) illos ab invicem 36) fabuloſum 37) eſt.

---

lenniter ducenda erat in aedes ſponſi.

16. *in commune ut conſulas*] h. e. ut conſilium capias quod communiter utrique utile ſit. Pompon Mela I. 8. *diſperſi nihil in commune conſultant.* Dicitur etiam conſulere in medium. Liv. XXIV. 22. *poſtquam animadvertit — undique conſuli in medium.* Lucan. V. 46. *conſulite in medium patres.*

17. *Pamphilique ego ſim pater*] Recte Bentlei praefert Mſſ. lectionem *Pamphiloque ego ſim pater.* Nam dativus ſaepe pro genitivo ponitur. infra IV. 5. 14. *ei* [ſecundum emendationem Bentl.] *dicta eſt eſſe ſoror.* in Heaut. II. 3. 29. *dicta eſt mater ei.* v. Burmann. ad Claud. Eidyll. IV. 24. et quae annotavimus ad Rutil. Lup. p. 38.

18. *itaque*] ponitur pro *et ita* Cic. in Caecilium divinat. c. 1. *cum quaeſtor in Sicilia fuiſſem itaque deceſſiſſem.* Liv. V. 4. *ita geniti itaque educati.* Sic. *neque* pro *et ne.* v. Drakenb. ad Liv. III. 30.

20. *irae*] ſaepe amantium rixae etc. diſcordiae *irae* dicuntur. Plaut. in Amph. III. 2. 60. *irae ſi quae forte evenerunt.* Virgil. Ecl. II. 14. *triſtes Amaridyllidis iras.*

*audio*] i. e. non credo. v. in Phorm. V. 7. 54. Mox v. 21. eodem ſenſu dicit *fabulae.* v. Bentl. ad h. l. Alibi *audio* eſt concedentis aliquid adverſario, et idem valet quod *eſto, ſit, ita.* v. in Eun. II. 3. 79. et Cic. pro Roſc. Amer. c. 18.

23. *amoris integratio*] i. e. renovatio, inſtauratio. In nonnullis editionibus legitur *redintegratio* repugnante metro. v. Bentl. ad h. l. Sententia expreſſa eſt ex Plauto in Amphitr. III.

SI. Id te oro, ut ante eamus [38] dum tempus datur,
Dumque eius [39] libido occluſa [40] eſt contumeliis, [41]
Priusquam harum ſcelera et lacrimae conſictae dolis
Reducant animum aegrotum [42] ad miſericordiam.
Uxorem demus. Spero conſuetudine [44] et
Coniugio liberali [45] devinctum Chreme,
Dein facile [46] ex illis ſeſe emerſurum [47] malis. [48]
CH. Tibi ita hoc videtur, at ego non poſſe [49] arbitror
Neque illum [50] hanc [51] perpetuo habere neque [52] me perpeti. [53]

38) praeveniamus eos, antequam reconcilientur 39) filii 40) hebitata, minorata 41) Glycerii 42) Pamphilum amantem triſtem 43) Glycerii 44) familiaritatē filiae tuae 45) matrimonio 46) ſpero 47) filium 48) ex amore Glycerii 49) extrahi ab amore 50) Pamphilum 51) Philumenam filiam meam 52) arbitror 53) ut ſub ſorto (*lege* ſcorto) abutatur illa.

---

2. 60. v. Victorii var. Lection. IV. 14.

24. *ut ante eamus*] i. e. ut occurramus, ut obviam eamus.

25. *occluſa eſt*] i. e. quaſi vincta tenetur ne irrumpere poſſit.

29. *coniugio liberali*] *coniugium liberale* dixit uxorem liberalis ingenii, qualem deſcribit in Hec. I. 2. 89. *haec ita uti liberali ingenio eſſe decet, pudens, modeſta.*

*devinctum*] i. e. captum in in Hec. I. 2. 42. *animus uxoris miſericordia devinctus.* Cic. ad Div. XV. 4. *ſtudiis atque artibus a pueritia dediti atque devincti.*

*Chremes*] de hoc vocativo. v. Voſs. de analog. II 3.

30. *emerſurum*] *emergere* proprie dicuntur, qui aqua merſi eluctant et evadunt, unde pulchre naſcuntur translationes, verbi cauſa, de eo, qui ex obſcuro loco ad illuſtriorem adſpirat, aut ex infelice fit felix, aut a vitae pravitate ſe recipit ad bonam frugem, ut h. l. Cic. pro Coel. c. 31. *ex eo emerſit totumque ſe eiecit atque extulit.* v. interpret. ad Flor. III. 10. p. 589. Proprie *animum emergere*, ſicut ſimplex *mergere* activum eſt et cum accuſativo conſtruitur. Nep. in Attico c. 11. *quibus ex malis ut ſe emerſerat.* v. Riv. ad h. l.

SI. Qui 54) ſcis ergo iſtuc, niſi periclum 55) feceris?
CH. At iſtuc periclum in filia fieri grave eſt.
SI. Nempe incommoditas 56) denique huc 57) omnis redit.
Si eveniat, quod Di prohibeant, diſceſſio. 58)
At ſi corrigetur, 59) quot commoditates, 60) vide.
Principio 61) amicum *) 62) filium reſtitueris, 63)
Tibi generum 64) firmum, et filiae 65) invenies virum.

54) quomodo 55) probationem. Periculum dicit experimentum temptamentum ut ait Cicero quando tu tui periculum feciſti 56) impoſſibilitas 57) ad tuam ſententiam 58) inter filium meum et filiam tuam *) *edit.* corrigitur 59) filius meus 60) utilitates 61) inprimis *) *correctum in* amico, *quod habent edit.* 62) mihi 63) reſtitues quem quaſi perditum 64) reſtitues filium 65) tuae.

---

Heinſ. Faſt. III. 399. et Drakenb. ad Sil. Italie. VII. 413.

33. *periclum*] proprie eſt ſpecimen quod fit experiendarum virium cauſa. v. Donat. ad h. l. Hirtius de B. Afric. c. 33. *non auſum periculum ſuorum facere* v. Oudendorp. Iam quoniam a tali experimento pendet bonus vel malus eventus, *periculum* etiam de ancipiti diſcrimine dici coepit.

35. *incommoditas huc omnis redit*] haec ſumma eſt omnium calamitatum. incommoditas eſt calamitas. Sic Cic. de lege Manil. c. 12. cladem exercitus *incommodum* vocat. *Huc redire* eodem ſenſu eſt in Eun. I. 2. 78. *nempe haec nunc verba huc redeunt.*

36. *quod Di prohibeant*] ſollennis abominantium formula, de qua v. Briſſon. de formulis. I. p. 85.

38. *amico filium reſtitueris*] h. e. feceris, ut eum qui degeneravit pro filio agnoſcere poſſit. in Heaut. III. 1. 83. *dum id quaero tibi qui filium reſtituerem.* Cic. ad Div. III. 22. *Reſtitueris* ponitur pro *reſtitues*, futur. ſubiunct. pro fut. indicat. in Ad. I. 2. 47. *ſi pergis abiero.* Virg. Georg. II. 51. *exuerint ſilveſtrem animum.*

39. *invenies virum*] *invenire* virum, uxorem, liberos eleganter dicitur pro nanciſci, infra. V. 3. 20. *domus, uxor, liberi inventi.* Sueton. in Calig. c. 25. *matrimonium ſibi repertum exemplo Romuli.*

CH. Quid iſtic? Si ita iſtuc animum induxti 66) eſſe utile,
Nolo tibi ullum commodum 67) in me claudier. 68)
SI. Merito te ſemper maxume *) feci 69) Chreme.
CH. Sed quid ais? *) SI. Quid? CH. Qui 70) ſcis eos nunc diſcordare 71) inter ſe?
SI. Ipſus mihi Davus, qui intumus eſt eorum conſiliis, dixit.
Et is mihi perſuadet,*) nuptias quantum queam ut maturem 72)
Num cenſes 73) faceret, 74) filium niſi ſciret eadem haec velle?

66) ut modo fiant nuptiae 67) ullam utilitatem 68) a me impediri *) *edit. Zeun.* maximi *Weſthov.* maxumi 69) prae omnibus dilexi *) *ſuperſcriptum* g *quaſi legendum eſſet* agis 70) quomodo 71) Pamphilum et Glycerium *) *edit.* ſuadet 72) accelerem 73) iudicas 74) hoc Davus.

---

40. *quid iſtic*] eſt concedentis et de ſententia decedentis formula. v. in Eun. I. 2. 9. in Heaut. V. 5. 9. et Donat. h. l.

*animum induxti*] *animum inducere et inducere in animum* eſt, ſibi perſuadere, apud animum conſtituere. in Eun. III. 2. 37. *qui huic animum aſſentari induxeris*. Salluſt. Catil. c. 54. *Caeſar in animum induxerat laborare.* Liv. I. 17. *nemo alteri concedere in animum inducebat.* ubi v. Drakenb.

41. *nolo tibi ullum commodum in me claudier*] *claudi* eſt non patere, occluſum eſſe, in Eun. I. 2. 84. *ubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier.* Cic. de Offic. II. 15. *nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit.* Alii utroque Terentii loco corrigunt *claudere*, quod ab antiquis pro *claudicare* dictum eſſe docet Gron. XXII. 29. adde Daviſ. ad Cicer. Tuſc. quaeſt. V. 8. quanquam exempla, quibus verbum firmatur, dubia ſunt et e locis corruptis petita. v. Burmann. ad Ovid. ex Ponto epiſt. III. 1. 86. Praeterea difficultas eſt in verbis *in me;* eam vero egregie tollit magnus Bentleius in utroque Terent. loco legens *includier*.

44. *intimus eſt eorum conſiliis*] h. e. omnia eorum arcana conſilia novit, in Eun. I. 2. 47. *quam intimum habeam te et mea conſilia, ut tibi credam omnia.*

Tute 75) adeo 76) iam eius audies verba: heus 77) evocate huc Davum. 78)
Atque eccum *) 79) video *) foras exire.

## (Actus. III. Scena. IV.) DAVUS. SIMO. CHREMES.

DAV. Ad te ibam. 80) SI. Quidnam eſt?
DAV. Cur uxor *) non accerſitur? **) iam adveſperaſcit. SI. Audin tu illum? 81)
Ego 82) dudum non nihil veritus ſum 83) Dave 84) abs te 85) ne faceres idem,
Quod vulgus ſervorum ſolet, 86) dolis ut me deluderes,
Propterea quod amat filius. DAV. Egon iſtuc facerem? SI. Credidi:
Idque adeo 87) metuens, vos 88) celavi quod nunc dicam. DAV. Quid? SI. Scies.
Nam propemodum habeo tibi iam fidem 89) DAV. Tandem cognoſti qui ſiem.

75) tu ipſe 76) certe 77) adverbium vocandi 78) convertit ſe ad ſuos *) *edit. diſting poſt* eccum 79) ecce illum *) *edit. add.* illum 80) o Simo *) *edit. Weſth. omitt.* uxor **) *edit.* arceſſitur 81) illum Davum o Chreme 82) convertit ſe ad Davum 83) litotes ſed multum timui 84) o Dave 85) a temet ipſo 86) facere 87) multum 88) te et filium 89) credo tibi.

---

Act III. Scena 4.

2. *adveſperaſcit*] ſponſa non niſi ingruente veſpera in ſponſi domum ducebatur, praeeuntibus pueris, qui faces geſtarent.

3. *ego*] bene Donat. ad h. l. ait: ſemper gravis inceptio orationis, quae exordium ſumit a pronomine *ego*. Liv. XXI. 3. *ego iſtum iuvenem domi tenendum cenſeo.* ubi v. Drakenb.

4. *vulgus ſervorum*] ſic in Hec. IV. 2. 24. *vulgus mulierum.*

7. *habeo tibi fidem*] ita optimus quisque veterum loquitur, pro quo barbari nunc dicunt *adhibeo tibi fidem*, quod longe aliud eſt apud veteres. Nam *adhibere fidem* dicitur, qui cum fide in aliqua re verſatur, qui fideliter rem tractat, qui credit, pro quo poetae *addere fidem* dicunt. Ovid. Metam. XV. 361

SI. Non fuerant nuptiae futurae. 90) DAV. Quid? non? 91) SI. Sed ea gratia
Simulavi; 92) vos ut pertemptarem. DAV. Quid ais? SI. Sic res eſt. DAV. Vide,
Nunquam iſtuc quivi ego intelligere. Vah, conſilium callidum!
SI. Hoc audi; 93) ut 94) hinc te introire iuſſi, oportune 95) hic 95 a) ſit mihi obviam.
DAV. 96) Hem! num nam perimus? 97) SI. Narra 98) huic, quae tu dudum narraſti mihi.
DAV. 99) Quidnam audio? SI. Is *) gnatam ut det oro, vixque id exoro. 1) DAV. 2) occidi. 3)
SI. Hem! quid dixti? DAV. Optume 4) inquam factum. SI. Nunc per hunc 5) nulla eſt mora. 6)

90) ſed fingebam 91) ut quid non? 92) nuptias futuras 93) quod dicam tibi 94) poſtquam 95) al. oportuit me. *Haec gloſſa me valde mirum capit* 95 a) Chremes 96) ſecum 97) ego et Pamphilus 98) vel narro. *atque haec lectio vera eſt in edit.* 99) ſecum *) *deeſt in editt.* 1) impetro 2) ſecum 3) perii 4) quoniam audito ſenis conſilio ſervus dixerat: occidi, interrogatus rurſus a ſene, quid dixiſſet, ab eadem litera coepit dicens: optime inquam factum, ne, cum alium ſonum ſenex audiſſet, facile eum revinceret 5) Chremetem 6) nuptiarum.

---

*ſi qua fides rebus tamen eſt addenda probatis,* ubi v. Burmann. qui tamen male eo trahit Liv. I. 96. *conſilio unius hominis addita rei dicetur fides,* nam ibi *addere fidem,* ſignificat, facere efficere, ut quid credatur. v. Drak ad Liv. II. 24.

9. *vos ut pertentarem*] i. e. penitus explorarem, quae veſtra conſilia eſſent. in Phorm IV. 3.

14. *ut eius tentarem ſententiam* pro quo ſaepe dicunt experiri. Sueton. Tiber. c. 14. Thraſyllum *mathematicum ut ſapientiae profeſſorem tunc maxime expertus eſt.*

14. *per hunc nulla mora eſt*] i. e. hic nihil nuptias moratur. Supra I. 1. 139. *in Pamphilo ut nihil ſit morae.*

CH. Domum modo ibo, ut apparentur 7) dicam, atque huc renuntio. 8)
SI. Nunc te oro, Dave, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias.
DAV. 9) Ego vero ſolus? *) 10) SI. Corrige *) mihi gnatum, porro enitere. 11)
DAV. Faciam hercle ſedulo. SI. Potes nunc, dum animus 12) irritatus 13) eſt.
DAV. Quieſcas. SI. Age igitur, ubi nunc eſt ipſus? 14) DAV. Mirum ni domi eſt.
SI. Ibo ad eum, atque eadem haec, quae tibi dixi, dicam ibidem 15) illi.
DAV. Nullus ſum. 16) Quid cauſae 17) eſt, quin hinc 18) in piſtrinum 19) recta proficiſcar via?

7) ipſae nuptiae 8) renuntiabo 9) interruptio *) *abeſt ſignum interrogandi in edit. male* 10) feci ſolus *) *edit.* corrigere *et ſine diſtinctione poſt* gnatum 11) multum labora 12) filii 13) contra Glycerium 14) filius meus 15) ſimiliter 16) nihil valeo 17) quid obſtat 18) ut non ab hoc loco 19) ſicut minatus eſt.

15. *ut apparentur*] ſcilicet nuptiae, ſed nuptiae apparandae erant in domo Simonis, non Chremis. Bentleius igitur legit ut *apparetur* quod imperſonaliter occurrit. in Eun. III. 5. 35.

*ibo atque renuntio*] iunguntur praeſ. et futur. ut ſaepe. v. Burmann. ad Luc. I. 316.

17. *enitere*] eniti proprie dicitur qui in altum aſcendere conatur. v. Bentl. ad Horat. III. 3. 10. deinde qui ſummo ſtudio aliquid efficere conatur, in Heaut. V. 4. 15. *quod potero, enitar ſedulo.*

18. *irritatus eſt*] i. e. ira commotus eſt, ut in Phorm. V. 7. 39.

19. *quieſcas*] i. e. quietus eſto, ſecurus ſis, in Phorm. IV. 3. 65. etc. *quaeſo ego dabo quieſce* et IV. 5. 1. *quietus eſto.*

*mirum ni*] i. e. ſine dubio, nimirum, in Eun. II. 3. 52. *mirum ni hanc dicit.* Ovid Metam. VII. 12. *mirumque niſi hoc eſt,* ubi v. interpretes; add. Bentl. ad Horat. Serm. II. 3. 55.

21. *nullus ſum*] i. e. perii funditus, comica deſperationis formula, quae etiam apud alios occurrit. Ov. Met. IX. 734. *vellem nulla forem.* Liv. VI. 18. *ubi viſum inimicis eſt, nullus repente fui* ubi v. interpretes

*proficiſcar*] non ſemper hoc

Nihil eſt preci[20]) loci relictum. Iam perturbavi omnia,
Erum[21]) feſelli, in nuptias conieci[22]) erilem filium.
Feci hodie, ut fierent, inſperante hoc atque invito Pamphilo. Em[23])
Aſtutia! *)[24]) Qui[25]) ſi quieſſem,[26]) nihil eveniſſet mali.
Sed eccum ipſum[27]) video. Occidi.[28])
Utinam mihi eſſet aliquid hic, quo nunc me praecipitem darem.

(Actus III. Scena V.) PAMPHILUS, dominus. DAVUS, servus.

PAMPH.[29]) Ubi illic[30]) eſt ſcelus,[31]) qui me perdidit?[32]) DAV.[33]) Perii atque hoc confiteor

20) precibus 21) dominum 22) hortatus ſum 23) iraſcendo *) edit. aſtutias 24) mea 25) vel quodſi *et ſic edit.* 26) requieviſſem 27) Pamphilum 28) perii 29) Cognoſcens Pamphilus, Davum aliter loqui ſecum, aliter cum patre et inſuper indignatus, quod ei tale conſilium dediſſet, ut diceret, ſe velle Philumenam ducere: quaerebat illum et minabatur loquens ſecum, ignorans, Davum aſtute egiſſe et ſibi bene procuraſſe, ſicut ſequentia oſtendunt. Davus ergo audiebat hoc in remoto loco 30) Davus 31) exclamatio 32) accuſando 33) ſecum.

---

verbum de longo itinere dicitur, ſed ſaepe ſimpliciter eſt, *prodire aliquo*, etiamſi non ſit longius quam ad proximas aedes. v. Eun. II. 2. 49. et Plaut. in Aulul. I. 2. 40.

22. *nihil eſt preci loci relictum*] h. e. ita me geſſi, ut precibus nihil proficere poſſe videar. v. Manut. ad Cic. ad Div. I. 1.

24. *inſperante*] inſperante ſene, Pamphilo invito. v. Muret. ad h. l. *Inſperante*, pro *non ſperante* rarius eſt. Eiusdem generis aliquot ſunt aeque rara, *indicens* pro *non dicens*, *inficiens* pro *non faciens*, *intritus* pro *non tritus*, *innotitia* pro *ignorantia*, de quibus praeclare Gronov. ad Liv. XXII. 38.

27. *praecipitem darem*] ſolenne in commoediis deſperatorum confugium eſt *praecipitium*, in tragoediis *laqueus* et *gladius*, ut eleganter docet Donat. ad h. l. Petron. c. 94. *ſi te non inveniſſem, periturus per praecipitia ſui.*

Act III. Scena 5.

1. *ſcelus qui*] non ad verbum,

Iure mihi obtigiſſe. Quandoquidem 34) tam iners, 35) tam nullius *) conſilii
Sum, ſervon 36) fortunas meas me commiſiſſe 37) futili? 38)
Ergo pretium 39) ob ſtultitiam fero. Sed inultum id nunquam auferet. 40)
DAV. Poſthac 41) incolomem ſat ſcio fore me, nunc ſi devito hoc malum.
PAM. Nam quid ego nunc dicam patri? Negabon velle me modo, *)
Qui ſum pollicitus ducere? Qua fiducia **) id audeam?

34) certe 35) ſtultus *) *edit.* nulli 36) Davo 37) quia commiſi 38) futile vas a fundendo dicitur quia non poteſt continere, inde et homo futilis dicitur ſecreta non continens 39) dignam mercedem 40) vacat. *hoc vocabulum ſuperſcriptum eſt ſyllabae* au, *ad monendum, abundare eam et* feret *ſufficere* 41) dehinc *) *ed. diſting.* poſt me **) *litura poſt hanc vocem, et veſtigia ſuperſunt vocis* facere, *quam praeferunt edit.*

---

ſed ad intellectum *qui* retulit. in Eun. II. 3. 10. *ſenium, qui me hodie remoratus eſt.* Cic. ad Div. I. 9. *illa furia, qui non pluris fecerat.* Plura huius ſyntaxeos exempla collegerunt interpretes ad Liv. IX. 12.

2. *iners*] i. e. ſtupidus, cui opponitur ſolers.

*nulli conſili*] *nulli* antique pro *nullius.* v. Cort. ad Salluſt. Catil. c. 29. *nullius conſilii eſſe,* ſignificat *imprudentem.* Nep. in Datame c. 1. *venio ad virum maximi conſilii* i. e. prudentiſſimum.

*futili*] proprie eſt, qui quae tacenda ſunt, continere non poteſt, ſed temere enuntiat, ſicut veteres *vas futile* dicebant, quod infuſa ſtatim effundebat; deinde *futilis* dicitur homo vanus, levis, v. Donat. ad h. l.

4. *pretium*] *pretium* in bonam partem ſumitur pro *praemium*, ſaepe in malam pro *poena.* Ovid. epiſt. VI. 148. *perfidiae pretio qua nece dignus eras*, ubi v. Heinſ. Iuvenal. ſat. XIII. 15. *ille crucem pretium ſceleris tulit, hic diadema.* ſimiliter *merces* et Graec. μισθος pro poena dicitur. Cic. ad Div. I. 9. *magna mercede cognoſcere.*

*inultum nunquam id auferet*] i. e. propter id factum a me punietur, ut contra *impunitum ferre;* ſic etiam dicitur *tacitum ferre*, cui nemo reclamat et obmurmurat. v. Riv. ad h. l.

Nec quid me 42) nunc ſaciam, ſcio. DAV. Nec quidem me, 42) atque id ago ſedulo.
Dicam aliquid me *) iam inventurum, ut huic malo aliquam producam moram. 43)
PAM. Heo! *) DAV. 44) Viſus ſum. PAM. Heo dum *) 44 a) bone vir, 45) quid ais? viden 46) me tuis conſiliis
Miſerum impeditum eſſe? DAV. At iam expediam. 47) PAM. 48) Expedies. DAV. Certe Pamphile.
PAM. Nempe ut modo. DAV. Immo melius ſpero. PAM. Oh tibi ego ut credam, furcifer? 49)
Tu rem impeditam 50) et perditam reſtituas? hem, quo fretus ſiem, 51)

42) de me *) *abeſt edit. male* 43) vel? *interrogatio convenit conſilio ancipiti quo ſe haerere aiebat* *) *edit.* ohe *Bentl. malebat* oh 44) ſecum *) *edit.* ehodum 44 a) adhuc 45) yronicos (ειρωνικως) 46) an vides 47) liberabo te 48) denegando et graviter 49) furcifer furcam poenarum ferens ſecum 50) tuo vitio 51) in quo confiſus ſim.

---

8. *quid me faciam*] ablativus *me* pendet ab omiſſa praepoſitione *de*, quae additur ſequenti verſu. *) Tribus modis dicitur *quid me faciam*, *quid de me faciam*, *quid mihi faciam*. v. Gronov. ad Liv. XXIII. 16.

9. *ut huic malo producam moram*] i. e. ut hoc malum differam. infra IV. 1. 24.

11. *impeditum eſſe*] i. e. implicitum eſſe et quaſi in pedicas coniectum, ut bene explicat Donat. Ex hac proprietate *impedimenta* in exercitu ſunt vaſa et neceſſaria, quibus miles oneratur; expeditus enim miles e caſtris mittitur ſine ſarcinis et impedimentis.

12. *tibi ut credam*] ſupplendum *vis*, *poſtulas* vel ſimile verbum. Sic ſaepe *ut* per interrogationem et cum ellipſi ponitur, ſupra I. 5. 28. *eine ego ut adverſer*. Horat. Serm. II. 1. 18. *ut ne tegam ſpurco Damae latus*. v. Periz. ad Sanctii Minerv. I. 13. p. 94.

*furcifer*] eſt ſervus nequam et dignus, qui furcam ſive crucem ferat. v. Donat. ad h. l. Frequens apud Comicos convicium.

*) Legit igitur Ruhnken. *nec de me equidem*. v. Zeun.

Qui me hodie ex tranquilliſſima re conieciſti in nuptias.
An non dixi eſſe hoc futurum?[52] DAV. Dixti. PAM. Quid meritus?[53] DAV. Crucem.[54]
Sed ſine paululum, ad me[55] redeam, iam aliquid diſpiciam.[56] PAM. Ei[57] mihi!
Cum[58] non habeo ſpatium, ut de te ſumam ſupplicium, ut volo.
Namque hoc tempus praecavere mihi,*) me haud te ulciſci ſinit.[59]

52) ſi patri dicerem velle ſtatim accipere illam mihi 53) es 54) nihil aliud niſi crucem 55) ad meam aſtutiam 56) diligenter inſpiciam aliquod conſilium 57) vae 58) eo quod non *) *edit. diſtinguunt poſt* me *probante ſequente nota* 59) Ordo. namque hoc tempus non ſinit ſive permittit, me praecavere mihi aut ulciſci de te, vel, ſi mihi non immineret iſtud de nuptiis, quas refugio, poenas de te ſumerem.

---

16. *ad me redeam*] i. e. ut animum recipiam ex perturbatione. in Ad. V. 3. 8. *reprime iracundiam atque ad te redi.* Huic formulae contraria eſt *exire a ſe.* Petron. c. 90. *quotiescunque coeperis a te exire*, ubi v. interpretes, item *non eſſe apud ſe*, ut ſupra II. 4. 5.

*deſpiciam*] proprie dicitur, qui oculorum aciem demittit ad videndum, ut facere ſolent, qui ex tenebris attollunt et lumen requirunt. Hinc transfertur ad mentem, quam in omnes negotiorum partes demittimus. Cic. ad Attic. II. 1c. *ſi deſpicere quid coepero* ad Quint. fratr. I. 3.

18. *praecavere*] mente ſupplendum *iubet* vel *monet*. Nam *ſinit* pertinet ad *ulciſci* nec iungi poteſt cum *praecavere*. Saepe veteres ſcriptores duobus ſubſtantivis unum ſubiungunt verbum iisdem reſpondens, quod tamen alterutri per ſe poſito minus convenit. Cic. ad Attic. X. 3. *horum res geſtas non modo antepono meis, ſed ne fortunam quidem ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictati videmur*; ubi *conflictari* non poteſt iungi cum *florentiſſima fortuna*. Nam *uti florentiſſima fortuna* dicimus. Catull. carm. LXV. 102. *aut mortem oppeteret Theſeus aut praemia laudis*, ubi v. Paſſeratium. Florus IV. 3. 12. *aliis oculos, aliis manus amputabant.* Apuleii metam. IV. p. 53. edit. Lugd. Batav. 1695. *non fuſti ſed machaera perfoſſus*, ubi librarii hac ratione loquendi offenſi ſubſtituere

## (Actus IV. Scena I.) CHARINUS. PAMPHILUS. DAVUS.

CHARINUS. [60] Hoccine [61] eſt credibile, aut [62] memorabile,
Tanta vecordia innata [63] cuiquam ut ſiet, [64]
Ut malis [65] gaudeat *) alienis [66] atque ex commodis
Alterius ſua [67] ut comparet *) commoda? Ah [67 a]
Idne eſt verum? Immo id [68] eſt genus hominum peſſimum, *)

60) Charinus iſte amator Philumenae, audiens Pamphilum dixiſſe patri, ſe velle Philumenam ducere, cum antea ſibi promitteret, credidit illum ſibi mentitum, ac propterea ſecum loquebatur iſta, quae tamen Pamphilus audiebat 61) num quid eſt hoc 62) vel an 63) ingenita 64) ſit 65) alterius *) *edit.* gaudeant 66) *ſuperſcriptum non literis quibus gloſſae exarari ſolent, ſed maioribus. deeſt edit.* 67) ſua et. *Hoc* et *plane otioſum eſt* *) *ed.* comparent 67 a) dolentis 68) tale *) *mutatum in* peſſumum.

---

*percuſſus;* immo aliquando unum verbum duobus reſpondet, ita ut non vicinam, ſed plane contrariam ſignificationem habeat v. c. ut in altera pericope valeat *iubere;* in altera *vetare.* Cic. de nat. Deor. I. 25. *negat eſſe corpus Deorum, ſed tanquam corpus; nec ſanguinem, ſed tanquam ſanguinem.* Phaedr. Lab. IV. 17. *nec veto dimitti, verum cruciari fame.* Hoc loquendi genus, in quo ſaepe haeſerunt viri docti, praeclare illuſtrarunt Gronov. obſerv. IV. 2. p. 26. Hemſterh. ad Luciani contemplantes p. 92. et Dorvill. ad Charit. p. 39.

Act. IV. Scen. I.

3. *gaudeant*] ita ex melioribus libris legendum pro *gaudeat.* Nam *quisque* et *quisquam* ſaepe iunguntur cum verbis pluralis numeri. Salluſt. in Catil. c. 37. *ſibi quisque ex victoria talia ſperabant.* ubi v. Cort. Liv. II. 22. *pergunt domos eorum, apud quem quisque ſervierant,* ubi plura Drak.

4. *ex incommodis alterius ſua*] pro eo Liv. dixit IV. 58. *ex incommodo alieno ſuam occaſionem petere. Comparare* ponitur pro ſimplici *parare* i. e. quaerere, acquirere in Heaut. II. 4. 17. *ut ex illius commodo compararem meum.*

5. *verum*] i. e. aequum, iuſtum. Caeſar de B. G. IV. 8. *neque verum eſſe, qui ſuos fines*

In denegando 69) modo 70) quis pudor 70 a) paululum adeſt. 71)
Poſt ubi tempus *) promiſſa iam perfici,
Tum coacti 72) neceſſario ſe aperiunt et timent. 73)
Et tamen res premit *) 75) denegare. 76)
Ibi 77) tum eorum impudentiſſima oratio 78) eſt. 79)
Quis tu es? quis 80) mihi es? cur meam 81) tibi?
Heus proximus ſum egomet mihi. 82) Attamen ubi fides, 83)
Si roges? *) nihil pudet. 84) hic ubi opus eſt,

69) mentiendo 70) primum 70 a) verecundia 71) vel? *non cepit mentem poetae, qui interrogat* *) *edit. add.* eſt 72) ipſi qui promiſerant 73) eos quibus promiſerant *) *edit.* cogit. *Superſcriptum* vel pro *quod non intelligo. Nam* promit *plane huc non quadrat* 75) eos 76) quod promiſerunt 77) in denegando et in reprehenſione 78) locutio 79) multi enim ſunt homines quibus verecundia non eſt promittere ſuamque impoſſibilitatem non confiteri. Poſtea vero dum coeperint redargui, nihil verecundiae eſt illis dicentes (*lege* dicentibus): quid ageremus, niſi promitteremus; putavimus nos poſſe promittere et adimplere 80) vel quid 81) ſponſam dabo 82) ac pro hoc mihi melius volo quam tibi 83) illorum eſt *) *edit. ponunt ſignum interrog. poſt* fides. *Sic fortaſſe olim in MS, ſed mutatum ut expreſſimus, neque id male* 84) nil verecundantur.

---

*tueri non potuerunt, alienos occupare.* Liv, II. 48. *verum eſſe habere eos* etc. ubi v. interpretes Sic veritas pro aequitate eſt apud Rutil Lup. II. p. 84. ubi v quae annotavimus; contra *iuſtum* dicitur pro *verum.* v. Graev. in lectionib. Heſiod. c. 6.

7. *perfici*] graeco more dicitur pro *perficiendi.*

8. *ſe aperiunt*] i. e. produnt animum ſuum. Nepos in Dione c. 8. *quod inimici eius ſuos ſenſus aperturi forent.* Ovid. art. amator. III. 371. *dum ſumus incauti ſtudioque aperimur in ipſo.*

11. *quis tu es*] eſt formula alterum contemnentis. Cic. ad Div. VIII. 16. *oro te quis tu es.* v. Duker. ad Flor. I. 18. p. 176.

12. *ubi fides*] formula querentium de perfidia: in Heaut. II. 3. 15. *o Iupiter, ubinam eſt fides.* Ovid. epiſt. VI. 41. *ubi pacta fides* Cato ap. Gell. X. 3. *ubi fides maiorum.*

Non, **) Illic, ubi nihil opus eſt, ibi verentur.
Sed quid agam? Adeamne ad eum, et cum eo 85) iniuriam hanc 86) expoſtulem? 87)
Ingeram 88) mala multa, *) atque aliquis dicat nihil promoveris. 89)
Multum *) moleſtus 90) certe ei fuero atque in *) animo morem geſſero.
PAM. Charine, et me et te inprudens, niſi quid Di reſpiciunt, perdidi.

**) *edit. add.* verentur *quod tanquam gloſſa in MS ſuperſcriptum eſt. Lectionem codicis noſtri Lindenbrog. et Bentl. in MSS ſuis inveniſſe videntur. Non enim ſatis accurate eam exſcripſerunt.* 85) ab eo] 86) iniuſtitiam quam mihi mentitus eſt 87) expetam. 88) illi *) *edit. cum ſigno interr.* 89) proficies *) *edit diſting. poſt* multum 90) poteris eum laedere in aliquo *) *edit. omitt.* in.

---

15. *expoſtulem*] *expoſtulare* proprie eſt vehementer poſtulare, ut aliquid impleas; quod quoniam fere fit cum querela, *expoſtulare* ſaepe etiam ſignificat conqueri de iniuria apud eum, qui fecit. v. Donat. ad h. l. et ad Hec. I. 2. 105.

16. *ingeram mala*] *mala* ſunt maledicta, convicia. Plaut. in Men. V. 1. 16. *omnia mala ingerebant quemquem adſpexerat. Ingerere* eſt magna copia inferre, traslatione ducta, ut Donat. ad h. l. ait, a telis, quae in hoſtem ingeri dicuntur. Tib. Eleg. III. 5. 101. *ingeret hic potius iuvenis maledicta puellae.* v. Oudendorp ad Lucan. V. 681.

*nihil promoveris*] i. e. nihil profeceris. v. Miſcellan. obſervation. nov. T. I. p. 8.

18. *niſi quid*] *quid* ſaepe abundat poſt particulas *ſi* et *niſi.* Cic. ad Div. IV. 1. *ut ſiquid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret.* Horat. Sermon. II. 1. 78. *niſi quid tu docte Trebati diſſentis.* v. Heinſ. ad Ovid. epiſt. VI. 151. et Drak. ad Liv. III. 48.

*reſpiciunt*] reſpicere proprie dicuntur Dii, homines ſervantes, malis liberantes. Cic. ad Att. I. 15. *niſi quis nos Deus reſpexerit.* Ovid. Triſt. II. 175. *praeſens hanc reſpicis urbem;* in Phorm. V. 3. 34. *Dii nos reſpiciunt.* v. Briſſon. de formul. I. 101. ſed homines quoque, qui alterum adiuvant, eius rationem habent, eum reſpicere dicuntur in Ad. III. 2. 55. Cic. ad Div. X. 11. *ſi modo rempublicam reſpicere volet.* v. Bentleii ad Horat. epiſt. I. 1. 105. hinc reſpectus non diſtinguitur ab auxilio. v. Gronov. ad Liv. XXI. 44.

CH. Itane 91) inprudens? 92) Tandem inventa eſt cauſa. 93) Solviſti 94) fidem.
PAM. Quid tandem? CH. Etiam nunc me ſeducere *) iſtis dictis poſtulas? **)
PAM. Quid iſtuc eſt? 95) CH. Poſtquam me amare dixi, 96) complacita eſt tibi. 97)
Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectavi meo. 98)
PAM. Falſus es. CH. Nonne tibi hoc ſatis eſſe viſum ſolidum 98 a) eſt gaudium,
Niſi me lactaſſes 99) amantem et falſa ſpe produceres?

91) an ita 92) inproviſus eras 93) ut illam accipias 94) diſſolviſti *) *edit.* ducere **) *edit. absque ſigno interr. perperam* 95) quod dicis 96) Philumenam 97) quia antea odio habebatur 98) non amares, niſi ex meo animo inieciſſem tibi amorem 98 a) integrum quod Philumenam ducis 99) oblectaſſes et deciperes tuis verbis.

---

19. *ſolviſti ſidem*] qui quid promittit, *fidem adſtringere* dicitur, ut in Eun. I. 2. 22. qui promiſſum praeſtat, *ſolvere*. Cic. ad Div. X. 21. *ſuam fidem ſolutam eſſe*. Plin. epiſt. II. 12. *prioris epiſtolae fidem exſolvi*; ubi v. Cortium, qui *ſolvere fidem* pro frangere dici docuit. Hoc loco abutuntur; nam hic per ironiam dicitur. v. Duker. ad Flor. I. 1. p. 29.

20. *ducere*] i. e. fallere, in Phorm. III. 2. 15. *ut phaleratis dictis ducas me*, Plaut. in Captiv. IV. 2. 7. *hic ille eſt ſenex ductus, cui verba data ſunt.*

*poſtulas*] i. e. vis, cupis. infra v. 33. *nec poſtulabat uxorem dare* in Ad. II. 2. 30. *ut hanc mihi eripere poſtulet*. v. notas ad Rutil. Lup. II p. 134.

22. *ſpectavi*] i. e. iudicavi. Similis locus Eun. I. 2. 118 *atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet*. v. Virgil. Aen. IX. 235 et ibi Serv.

23. *falſus es*] i. e. falleris. Salluſt. in Iug. c. 85. *nae illi falſi ſunt.*

*ſolidum gaudium*] h. e. verum et magnum. ſic ſolidum beneficium in Eun. V. 2. 32. *Solida frequentia* apud Ciceron. pro Planc. c. 8.

24. *lactaſſes*] *lactare* ab antiquo *lacio* ſignificat blandis verbis mulcere, delectare. v. Donat. ad h. l. infra V. 4. 9, *ſollicitando et pollicitando eorum animos lactas.*

*falſa ſpe produceres*] i. e. variis promiſſis extraheres. Cic. pro Quint. c. 81. *conditionibus hunc quoad poteſt producit.*

Habeas. 1) PAM. Habeam. *) Ah. Neſcis, quantis in malis verſer 2) miſer,
Quantasque hic ſuis conſiliis mihi confecit ſollicitudines
Meus carnifex! 3) CH. quid iſtuc tam mirum eſt, 4) de te ſi exemplum capit?
PAM. Haud iſtuc dicas, ſi cognoris vel me vel amorem meum.
Scio, cum patre altercaſti dudum, et is 5) nunc propterea tibi
Succenſet, 6) nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.
PAM. Immo etiam quo tu minus 7) ſcis 8) aerumnas meas. 9)
Hae nuptiae non apparabantur mihi,

1) illam *) *edit. cum ſigno interr.* 2) ego 3) Davus 4) Davum eſſe fallacem 5) pater 6) iratus eſt 7) quanto minus 8) ſcias 9) ego dicam tibi.

---

25. *habeas*] formula eius, qui quid cum ira et indignatione concedit. infra V. 3. 18. *immo habeat, valeat, vivat cum illa.* Sueton. in Caeſar. c. 1. *vincerent ac ſibi haberent.* v. Donat. ad h. l.

26. *confecit*] obſervanda eſt modorum variatio *verſer,* et *confecit* pro *confecerit,* accuratiſſimis etiam ſcriptoribus uſitata. Liv. XXXVIII. 33. *non quia ſalvos vellet, ſed quia perire cauſa indicta nolebat.* v. Duker. ad Flor. II. 15. p. 415. et Cort. ad Salluſt. in Iugurtha c. 4. *conficere* ponitur pro ſimplici *facere.* in Heaut. V. 3. 1. *aliquid gnato conficies mali.*

27. *de te exemplum capit*] i. e. idem facit quod tu, te imitatur. Plaut. in Moſt. III. 2. 71. *hinc exemplum capere vult* in Ad. III. 3. 62. *ex aliis exemplum ſumere ſibi.*

29. *altercaſti*] antique pro *altercatus es. Altercari* proprie eſt alternis loqui, etiam ſine iurgio. Caeſar de B. C. III. 17. v. Geſner. in Theſ. lat. linguae hac voce. Hinc altercationes opponuntur perpetuis orationibus. v. Drak ad Liv. IV. 6; deinde hoc verbum translatum eſt ad contradictiones expoſtulantium vel rixantium.

31. *quo*] i. e. propter quod, quare. v. not. ad II. 5. 18.

32. *hae nuptiae*] Donat. legit *haec nuptiae* et ſolebant veteres

Nec poſtulabat nunc quisquam uxorem dare.
CH. Scio. Tu coactus tua voluntate es. PAM. Mane, 10)
Nondum ſcis. CH. Scio equidem illam ducturum eſſe te.
PAM. Cur me enecas? *) 11) hoc audi. Numquam deſtitit
Inſtare, ut dicerem me eſſe ducturum patri,
Suadere, orare, usque adeo 12) donec perpulit. 13)
CH. Quis homo iſtuc? PAM. Davus. CH. Davus. *) PAM. Davus **) interturbat. CH. Quamobrem? PAM. Neſcio,
Niſi mihi Deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui 13) auſcultaverim.
CH. Factum eſt hoc, Dave? 14) DAV. Factum. CH. Hem. quid ais? ho *) ſcelus 15)

10) expecta *) *edit.* enicas *male* 11) iugularis et interficis tuis verbis 12) in tantum 13) compulit *) *edit. cum ſigno interr. quod male excidit ex cod.* **) *edit. Zeun. omitt.* Davus. *Weſterh. pro Dav. intert. dedit* Davus omnia. *Sed dura eſt ellipſis* 13) ei 14) a te *) *abeſt exclamatio pro* o *in edit.* 15) exclamatio.

---

*haec* nominativo plur. pro *hae* dicere. v. Bentlei. ſupra ad I. 1. 99.

34. *mane*] ſic dicunt, qui aegre ferunt, ſuum ſermonem ab altero interpellari, in Heaut. II. 3. 32.

36. *cur me enecas*] i. e. cur mihi moleſtus es interpellatione tua, in Eun. III. 5. 6. *rogitando obtundat, enecet.*

40. *niſi*] pro *ſed* ponitur, praeſertim poſt *neſcio*. Terentii exempla collegit Bentleius, aliorum ſcriptorum Graevius ad Plaut. Menaechm. in prol. v. 59. et Duker. ad Liv. XXIX. 20.

*mihi Deos fuiſſe iratos*] i. e. me ſtulte egiſſe, non ſatis ſanam mentem habuiſſe. Credebant enim veteres, Deos ei, quem punire vellent, mentem et conſilium eripere. in Phorm. I. 2. 24. *memini relinqui me Deo irato meo.* Phaedr. IV. 19. 15. *Diis eſt iratis natus, qui eſt ſimilis tibi.* ubi v. interpretes. Contra iis, qui ſanam mentem haberent, Deos propitios eſſe dicebant, in Phorm. IV. 3. 31. v. Briſſon. de formul. L. I. p. 100.

At tibi Dii dignum factis exitium [16]) duint. [17])
Eho, dic mihi. Si omnes [18]) hunc [19]) coniectum in nuptias
Inimici vellent, quod niſi hoc conſilium [20]) darent?
DAV. Deceptus ſum at non defetigatus. [21]) CH. Scio.
DAV. Hac non ſucceſſit, [22]) alia aggrediemur via.
Niſi id putas, quia primo proceſſit parum, [23])
Non poſſe iam ad ſalutem converti hoc malum.
PAM. Immo etiam. Nam ſatis credo, ſi advigilaveris, [24])
Ex unis [25]) geminas mihi conficies nuptias.
DAV. Ego, Pamphile, hoc tibi pro ſervitio debeo,
Conari manibus, pedibus noctesque et dies

16) periculum 17) pro dent 18) inimici. *occurrit hoc ipſum paulo poſt in textu* 19) Pamphilum 20) quod tu Dave dediſti 21) laſſatus. alii fatigatus 22) proſpere evenit 23) proſpere minus 24) ſi ita callide egeris ut noſti 25) nuptiis.

42. *at*] *at* in principio ſitum eleganter inſervit indignationi et imprecationi. Ovid. epiſt. XII. 1. *at tibi Colchorum,* ubi. v. Heinſ. Virgil. Aeneid. II. 535. *at tibi pro ſcelere exclamat pro talibus auſis.* v. Donat. ad h. l. et ad Eun. III. 2. 41. et Gronov. ad Juſtin. XIV. 4.

*duint*] antique pro *dent.*

*dic mihi*] hac formula utuntur vel curioſe inquirentes vel cum ſtomacho et ſuperbia interrogantes. v. Eunuch. I. 2. 20. in Hec. III. 2. 21. et Broukhuſ. ad Propert. IV. 3. 23. Burmann. ad Ovid. epiſt. XVI. 341.

48. *proceſſit parum*] i. e. infeliciter evenit. Liv. XXII. 25. *quod ubi parum proceſſit.* Procedere etiam ſimpliciter dicitur pro ex voto evenire. Liv. II. 44. *velut proceſſiſſet Sp. Licinio,* ubi. v. Drak.

49. *ſatis credo*] *ſatis* eleganter iungitur verbo *credo* in Eun. V. 8. 21. Liv. XXI. *ad* 150 *millia habuiſſe in armis ſatis creditur,* ubi v. Duk. Sic frequens eſt *ſatis conſtat.*

*ſi advigilaveris*] i. e. ſi curam intenderis, in Phorm. I. 4. 26. *tanto magis te advigilare aequum eſt.* Praepoſitio *ad* vim verbi auget in compoſitione.

52. *noctesque et dies*] i. e. ſumma aſſiduitate, ſine ulla remiſſione, in Eun. II. 1. 13. Salluſt. in Iug. c. 23. et ibi Cort. Copula *que* eleganter ponitur ante aliam copulam. in Ad. I. 1. 39. *aequumque et bonum.* Liv. in praefat.

Capitis [26] periculum adire, dum proſim tibi.
Tuum eſt, ſi quid praeter ſpem [27] evenit, mihi ignoſcere.
Parum ſuccedit [28] quod ago. at facio ſedulo
Vel melius tute [29] aliud [*] repperi. me miſſum face [30]
PAM. Cupio. reſtitue [31] quem a me accepiſti [32] locum. [33]
DAV. Faciam. PAM. At iam hoc opus eſt. DAV. Hem. Sed [*] mane, [34] concrepuit [35] a Glycerio oſtium.
PAM. Nihil ad te. [36] DAV. Quaero. [37] PAM. Hem. nuncine demum? [38] DAV. At iam hoc tibi inventum dabo. [39]

26) mei 27) inpraemeditate. praeter quod crediderim 28) minus proſpere evenit 29) tu ipſe *) *editt. omitt.* aliud 30) emiſſum fac et emitte foras ex illa ratione 31) mihi 32) dum dixiſti me illam velle ducere 33) libertatis ut nemo compellat me ducere illam *) *ed.* ſt. 34) mane 35) perſonuit 36) attinet 37) quid ſit 38) num quid iterum curas inde 39) quod vult Glycerium renuntiabo.

---

*cum votisque ac precationibus.* v. Drak ad Liv. II. 31.

57. *reſtitue in quem etc.*] in optimis membranis legitur *reſtitue quem a me accepiſti locum,* quam lectionem Bentlei. confirmat ex Phorm. prol. v. 34. Locutio translata eſt a re militari. Milites enim dicuntur tueri locum, cedere locum, dimittere locum, locum non tenere. v. Burmann. ad Ovid. art. amator. I. 2. 24. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 9. Verum nec altera lectio ſpernenda reſtituere in locum. Cic. ad Attic. II. 22. *reſtituique in eum locum cupere, ex quo decidit,* ſed eſt Graeciſmus, in ea lectione ſic explicandus, *reſtitue me in illum locum, in quo me accepiſti.* Graeci enim ponomen eodem caſu ponunt, quo nomen antecedens, quam rationem interdum imitantur Latini. Liv. I. 29. *raptim quibus quisque poterat elatis.*

58. *concrepuit a Glycerio oſtium*] oſtium aedium Glycerii. Heaut. I. 1. 122. *crepuerunt fores a me.* Graecorum enim ianuae non introrſum trahendo, ſed in viam publicam pellendo aperiebantur, itaque ne praetereuntes impulſu ianuae laederentur, exiturus dabat ſignum crepitaculo quodam. v. Lindenborg [et Weſterhov.] ad h. l.

59. *inventum dabo*] h. e. in-

(Actus IV. Scena II.) MYSIS. PAMPHILUS. CHARINUS. DAVUS.

MY.[40] Iam ubi ubi erit[41] inventum[42] tibi curabo, et mecum adductum[43]
Tuum Pamphilum, tu modo, anime mi,[44] noli te macerare.[45]
PAM.[46] Myſis. MY.*) quid eſt? hem, Pamphile, optime[47] mihi te offers. PAM. Quid eſt?
MY. Orare iuſſit ſi ſeſe ames era,[48] iam ut ad ſeſe venias.
Videre ait[49] te cupere. PAM.[50] Vah perii! hoc malum integraſcit.[51]

40) Egrediens Myſis a Glycerio domina ſua, miſſa ut quaereret Pamphilum et ut ad ſe iuberet venire, dicebat hoc ſecum 41) invenire 42) ad inveniendum 43) adducere adducendum 44) comicum nomen eſt 45) dolore 46) affectuoſe. *) *edit. praemittunt nomen* MY. *ſequenti* hem 47) oportune 48) Domina mea 49) ſe 50) dolendo 51) quia illa miſera hoc ſcit.

---

veniam, in Eun. II. 1. 6. *effectum dabo* i. e. efficiam.

Act. IV. Scen. 2.

1. *ubi ubi*] i. e. ubicunque. Cic. Tuſc. quaeſt. I. 29. *ubi ubi ſit animus*, ubi v. Daviſ. Liv. II. 2. *ne ubi ubi regum deſiderium eſſet*, ubi v. interpret. *Sic unde unde* pro undecunque ap. Sueton. in Claud. c. 17. *cui cui* pro cuicunque et *qua qua* pro quacunque apud alios, quam repetitionem ſaepe a librariis neglectam eſſe docet Oudend. ad Sueton. loco citato

2. *macerare*] proprietas verbi apparet in Ad. III. 3. 27. *ſalſamenta haec fac maccrentur pulchre* i. e. aqua molliantur. Hinc translatum ad animum ſignificat aliquem curis et aegritudinibus conterere, ut macreſcat. Ovid. epiſt. XX. 125. *maceror interdum, quod ſum tibi cauſa dolendi.* Liv. V. 54. *quae vos macerent deſiderio*, ubi v. Drak.

3. *te mihi offers*] i. e. mihi obvius es. Liv. XL 55. *forte oblatum productumque in regiam*, ubi v. Gron. Pro *ſe offerre* in Hec. IV. 4. 5. dicitur ſe oſtendere.

5. *integraſcit*] i. e. renovatur.

Sicine [52]) me atque illum opera tua [53]) nunc miſeros [54]) ſollicitarier? [55]) *)
Nam iccirco acceſſor, **) [56]) nuptias quod mihi apparari ſenſit.
CH. Quibus [57]) quidem quam facile potuerat quieſci, ſi hic [58]) quieſſet. [59])
DAV. [60]) Age ſi hic [61]) non inſanit [62]) ſatis ſua ſponte, inſtiga. [63]) MY. Atque edepol
Ea res eſt [64]) propterea que [65]) nunc miſera in moerore eſt. PAM. [67]) Myſis.
Per omnes tibi adiuro Deos, nunquam eam [68]) me deſerturum, [69])
Non, ſi capiundos [70]) mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines.
Hanc mihi expetivi. contigit. Conveniunt mores. Valeant [71])
Qui inter nos [72]) diſcidium volunt. Hanc niſi mors, mihi adimet nemo.

52) pro ſicne 53) tuo ſtudio o Dave 54) me et Glycerium 55) ſcilicet contigit *) *deeſt ſign. interr, edition. male* **) *edit.* arceſſor 56) evocor 57) nuptiis 58) Davus 59) quieviſſet 60) iraſcendo 61) Pamphilus 62) contra te (*lege* me) 63) o Charine illum 64) quam dicis 65) propter nuptias quae (*l.* quas) ſenſit apparari Glycerium 67) affectuoſe 68) Glycerium 69) dico illam me 70) futuros 71) pereant 72) inter me et Glycerium.

---

6. *ſollicitarier*] i. e. ſollicitudine affici. infra V. 3. 16. *cur meam ſenectam huius ſollicito amentia,* in Ad. I. 1. 11. *quibus nunc ſollicitor rebus.*

8. *quibus quam facile potuerat quieſci*] h. e. a quibus nuptiis, quae nos nunc ſollicitant et perturbant, quam facile potuerat eſſe quies, ſive poteramus eſſe ſine ulla cura nuptiarum. Sic locum exponit Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 3. p. 375.

10. *in moerore eſt*] i. e. moeret, ſic in Eun. V. 8. 5. *in gaudio eſſe* pro gaudere.

11. *adiuro*] *adiuro* ponitur pro ſimplici iuro. Cic. Phil. II. 4. *adiuras id te invito me non eſſe facturum.*

13 *valeant*] i. e. in malam rem abeant, eſt formula renuntiandi et male precandi in Ad. IV. 4. 13. Horat. Epiſt. II. 1. 180. *valeat res ludicra,* ubi v. Lambin.

14. *diſcidium*] diſcrimen eſt

CH. Reſipiſco. 73) PAM. Non Apollinis magis verum atque 74) hoc reſponſum 75) eſt.
Si potuerit *) fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe 76) credat,
Quo 77) minus hae fierent nuptiae, volo; ſed ſi id non potuerit, *)
Id faciam, in proclive 78) quod eſt, per me ſtetiſſe ut credat. 79)
Quis videor? 80) CH. Miſer aeque atque ego. DAV. Conſilium quaero. CH. Fortis. 81)
PAM. Scio quid conere. 82) DAV. Hoc 83) ego tibi profecto effectum reddam.

73) animum recipio vel ſufficit mihi quod audio 74) quam 75) quam hoc iuramentum *) *edit.* poterit 76) factum eſſe meo ingenio 77) ut *) *edit.* poterit 78) in manifeſto 79) iraſcendo *profert ſequentia* 80) qualis patri 81) ironice 82) coneris 83) quod cogito.

---

inter *diſſidium* a diſſidendo et *diſcidium* a diſcidendo. *Diſſidium* eſt diſſenſio voluntatis et animorum, *diſcidium* vero corporum atque adeo divortii.

15. *reſipiſco*] i. e. animum recipio vel reſpiro, ut in Heaut. II. 2. 12.

*non Apollinis magis verum etc.*] proverbium de iis, quae veriſſima ſunt. Ovid. art. amator. III. 789. *ſed neque Phoebei tripodes nec corniger Ammon Vera magis vobis quam mea Muſa canent.*

*atque hoc*] *ac* et *atque* non ſolum poſt *alius*, *contra*, *perinde*, *ſimiliter*, ſed etiam poſt comparativum pro *quam* ponuntur. Cic. ad Attic. XIII. 1. *videtur diutius abfuturus ac vellem.* Catull. LX. 176. *illi non minus ac tibi pectore uritur intimo flamma.* v. Bentl. ad Horat. Sermon. I. 1. 46.

16. *per me ſtetiſſe*] h. e. per me factum eſſe, me cauſam fuiſſe. Caeſar de B. C. I. 141. *per Afranium ſtare quo minus praelio dimicaretur.* Liv. VIII. 2. *nec quo minus cum eis amicitia eſſet, per Populum Romanum ſtetiſſe,* ubi v. Drak.

18. *in proclivi eſt*] hic dicitur pro *proclive eſt.* Quidam codices habent *in proclivo eſt.* De forma *proclivus* v. Fabricium ad h. l. et Oudendorp. ad Hirt. de bello Afric. c. 10.

19. *fortis*] Bentleius eleganter legit *fortis es, ſi quid conere* hoc ſenſu: optimum conſilium extundes, ſi modo nervos intendes.

PAM. Iam hoc opus eſt. DAV. Quin [84] iam habeo [85] CH. Quid eſt? DAV. Huic [86] non tibi habeo; [87] ne erres.
CH. Sat habeo. PAM. Quid facies, cedo. [88] DAV. Dies hic mihi ut [89] ſatis ſit vereor
Ad agendum, ne vacuum [89 a] eſſe *) nunc ad narrandum credas. [89 b]
Proinde hinc vos amolimini. [90] Nam mihi impedimento [91] eſtis.
PAM. Ego hanc [92] viſam. DAV. Quid tu? [93] Quo hinc [94] te agis? CH. Verum vis dicam? DAV. Immo etiam. [95]
Narrationis mihi incipit initium. [96] CH. Quid me [97] fiet?
DAV. Eho *) impudens, non ſatis habes, quod tibi dieculam [98] addo,
Quantum huic [99] promoveo [1] nuptias? CH. [2] Dave attamen. [3] DAV. Quid ergo?
CH. Ut [4] ducam. DAV. Ridiculum. [5] CH. Huc face [6] ad me [7] venias, ſi quid poteris

84) immo 85) conceptum 86) Pamphilo 87) dicere 88) dic 89) ut non 89 a) opportunum *) *add. edit.* me, *quod abeſſe poteſt* 89 b) vel? *atque eadem nota poſt* agendum 90) recedite 91) oneri 92) Glycerium 93) o Charine 94) ab hoc loco 95) volo 96) hic Charinus *i. e. de Charino mihi primum narrandum eſt* 97) de me *) *edit. add.* tu *quod ex MS. eraſum eſſe videtur* 98) parvam diem et ſpatium praeparandi. 99) Pamphilo 1) protraho 2) affectuoſe 3) aliquid poteris 4) illam 5) res viſu digna 6) pro fac 7) ut venias.

---

23. *vacuum eſſe*] i. e. vacuum tempus habere. Cic. in Bruto c. 5. *cum te ſciremus eſſe vacuum.*

24. *hinc vos amolimini*] i. e. abite. v. Donat. ad h. l. ſimilis formula in Phorm. III. 3. 34. *te hinc amove.*

25. *quo te agis*] i. e. quo abis. Poetis propria locutio. Plaut. in Moſtell. I. 4. 28. *unde agis te* i. e. unde venis. Virg Aen. VIII. 465. *Aeneas ſe matutinus agebat.*

28. *promoveo*] i. e. produco. removeo in longius tempus.

DAV. Quid 8) veniam? 9) nihil habeo. CH. Attamen, ſi quid. DAV. Age, 10) veniam. CH. Si quid? 11)
Domi ero. DAV. Tu Myſis 12) dum exeo, parumper opperire me hic.
MY. Quapropter? DAV. Ita facto opus eſt. MY. Matura. 13) DAV. Iam inquam hic adero.

(Actus. IV. Scena. III.) MYSIS. 14) DAVUS.

Nihilne eſſe proprium 15) cuiquam? Dii voſtram fidem!
Summum bonum eſſe erae 16) putavi hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum in quovis loco

8) ut 9) ad te 10) ego veniam 11) renuntiare poteris renuntia 12) expecta 13) accelera 14) Dolens Myſis; quod Pamphilus amoveretur ab amore dominae ſuae vel etiam, quia videbatur ei, Pamphilum eſſe mentitum fidem, quam promiſerat dominae ſuae de coniugio, ſecum hoc loquebatur. Sed cum hoc ſecum ageret, vidit aſtutum Davum puerulum Glycerii foras efferre volentem illum ponere ante ianuam domini ſui Simonis, ſicut ei ſuperius dixerat, quia inquiens ecce hodie videbis puerum filii tui, quatenus Chremete adveniente, dum videret infantulum, percunctaretur, cuius eſſet; ſicque comperiens Pamphili eſſe ex Glycerio, denegaret illi filiam ſuam Philumenam, quod ita et contigit 15) perpetuum ut illud propriamque dicabo 16) Dominae.

---

Act. IV. Scen. 3.

1. *proprium*] i. e. conſtans, perpetuum, duraturum. Nep. in Thraſyb. c. 4. *parva munera diutina, locupletia non propria eſſe conſueverunt.* Cic. poſt redit. in Senatu. c. 4. *ſi illud perenne ac proprium manere potuiſſet.* v. Lambin. ad Horat. epiſt. II. 2. 172.

2. *ſummum bonum*] Sic Ovid. epiſt. XVI. 307. *nec ſi bona ſumma putaret, Quae tenet externo crederet illa viro,* ubi v. Burm.

3. *in quovis loco*] h. e. quavis occaſione, quovis tempore. in Ad. II. 2. 8. *pecuniam in loco negligere* h. e. opportune. v. Manut. ad Cic. ad Div XI. 16. et Graev. ad Cic. de offic. I. 40.

Paratum. Verum [17]) ex eo nunc quem miſera [17]) capit
Laborem? *) Facile hic [18]) plus mali eſt, quam illic [19]) boni.
Sed Davus exit. Mi homo, quid iſtuc obſecro eſt?
Quo portas puerum? DAV. Myſis nunc opus eſt tua
Mihi ad hanc rem expromta [20]) militia [21]) atque aſtutia.
MY. Quidnam incepturus? DAV. Accipe a me hunc [22]) ocius,
Atque ante noſtram ianuam appone. MY. Obſecro.
Humine? [23]) DAV. Ex ara [24]) hinc ſume verbenas [25]) tibi,
Atque eas ſubſterne. MY. Quamobrem id tute [26]) non facis?

17) propter Pamphilum 17) domina mea *) *edit. Zeun.* dolorem, *diſſentit Weſterhov.* 18) in dolore 19) in illius amicitia 20) manifeſta 21) vel memoria, *idque habent edit. pro* militia, *quod corruptum eſt; habent alii* malitia 22) puerum 23) num quid humi apponam 24) altare 25) herbae ſacrificiis aptae 26) tu ipſe.

---

4. *quem capit laborem*] ſic ex melioribus libris legendum, non, *capit dolorem. Labor* eſt malum, aerumna. infra V. 2. 29. *tantum laborem capere ob talem filium.* Juſtin. XXII. 6. *laboribus adverſisque rebus,* ubi v. Graev.

5. *facile*] i. e. certo, liquido, ſine dubio. v. Donat. ad h. l. in Eun. IV. 3. 6. Cic. ad Div. VI. 6. *homo facile ortu nobiliſſimus.* v. Duker. ad Flor. III. 14. p. 615.

8. *expromta memoria*] i. e. promta, parata, cui opponitur memoria tarda.

11. *ex ara*] binae in ſcena arae erant, dextra Baccho ſacra in tragoedia, Apollini in comoedia, ſiniſtra Deo Deaeve, in cuius feſto ludi agerentur, ut hic in Megalenſibus Deae Matri. Scalig. ad Plaut. Moſt. V. 1. 45. et Lindenbrog. in Donat. ad h. l.

*verbenas*] *verbena* eſt herba e loco ſacro ſumta vel frondes arborum Diis ſacrarum, ut lauri, olivae, myrti. Myrtum hic intelligi apparet ex Menandri loco apud Donat. quem Terentius expreſſit. v. Serv. ad Virg. ecl. VIII. 65.

DAV. Quia ſi forte opus ſit ad erum 27) iusiurandum *) mihi
Non appoſuiſſe, ut liquido 28) poſſim. 29) MY. Intelligo.
Nova 30) nunc religio in te iſtaec inceſſit. *) Cedo 31)
DAV. Move ocius te, ut quid agam porro intelligas.
Pro 32) Iuppiter. MY. Quid eſt? DAV. Sponſae 33) pater intervenit.
Repudio quod conſilium 34) primum intenderam.
MY. Neſcio quid narres. DAV. Ego quoque hinc ab dextera
Venire me aſſimulabo, tu ut ſubſervias 35)

27) dominum meum *) *edit. Zeun.* iurandum, *quam lectionem damnat Bentl.* 28) ſincere 29) iurare 30) o Dave nova religio in te modo exorta eſt: non vis peierare, qui antea, ſi peierares, non curabas *) *edit. cum ſigno interrog.* 31) dic quid ſibi vult 32) exclamatio 33) Philumenae 34) de infantulo 35) meo loco reſpondeas.

---

13. *ad herum*] i. e. apud herum. Caeſar de B. G. III. 9. *legatos nomen ad omnes nationes ſanctum.* Liv. VII. 7. *neque ſegnius ad hoſtes bellum apparatur*, ubi v. Gronov. in Heaut. V. 2. 26. *eſſe ad ſororem intelligo.*

14. *ut liquido poſſim*] ſcilicet iurare. *Liquido* eſt vere, ſine fraude, ſalva conſcientia, ut vulgo loquuntur. Ovid. epiſt. ex Ponto III. 3. 49. Seneca de benef. VII. 9. in Eun. II. 3. 39. *liquet mihi deierare.*

15. *religio*] eſt metus conſcientiae, ni hoc facias, vel ſi hoc facias. in Heaut. II. 1. 16. *religio eſt dicere* h. e. non audeo dicere ob metum Deorum. Nam quoniam religione vel metu Deorum ſaepe impedimur, quo minus, quod volumus, faciamus, *religio* dici coepit de impedimento vel ſcrupulo. infra V. 4. 38. *dignus es cum tua religione odio.* Cic. in orat. c. 11. *hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus.*

*in te inceſſit*] i. e. te invaſit. Liv. XXV. 1. *tanta religio civitatem inceſſit.* Hoc verbum variis modis conſtruitur *religio inceſſit me*, *mihi et in me.* v. interpret. ad Caeſ. de B. C. II. 29.

18. *repudio quod conſilium primum intenderam*] i. e. abiicio rei gerendae moderationem in quam animum intenderam. v. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 8. 8.

20. *ut ſubſervias orationi verbis*] h. e. ut tua verba accom-

Orationi utcunque opus ſit verbis, vide.
MY. Ego quid agas, nihil intelligo. Sed ſi quid eſt,
Quod mea opera 36) opus ſit vobis, 37) aut tu plus vides, 38)
Manebo, 38 a) ne quid veſtrum remorer commodum.

(Actus IV. Scena IV.) CHREMES. MYSIS. DAVUS.

CHR. 39) Revertor, 39 a) poſtquam quae opus fuere ad nuptias
Gnatae, 40) paravi, ut iubeam accerſi. *) 41) ſed quid hoc? 42)
Puer hercle eſt. 43) Mulier tun poſuiſti *) hunc? MY. Ubi illic eſt?
CHR. Non mihi reſpondes. 44) MY. Hem *) nusquam eſt. 45) Vae miſerae 46) mihi.
Reliquit me homo, 47) atque abiit. DAV. 48) Di voſtram fidem. 49)

36) meo ſtudio 37) tibi et Pamphilo 38) intelligis 38 a) exſpectabo 39) ſecum (loquitur.) Paratis, quae ad nuptias filiae ſuae pertinebant, revertitur Chremes ad Simonem. Sed antequam domum ingrederetur, animadvertit puerum iacentem ante ianuam et Myſin haud longe ſtantem, quae diſſimulabat, ſe inde aliquid ſcire, ubi eſſet puer aut unde eſſet. Davus quoque ſuperveniens loquebatur nimium dure cum Myſide, ſed tamen aſtute ut videbitur 39 a) ad Simonem 40) fide *) *edit.* arceſſi 41) evocari ſponſum. accerſi pro accerſiri, antique 42) ubi puerum vidit 43) quod video ante ianuam *) *edit.* appoſuiſti 44) ad hoc quod interrogo te *) *abeſt edit.* 45) non video illam 46) hoc ſecum 47) Davus ſolam 48) ſecum loquebatur 49) interpello.

---

modes ad mea, ut tuis verbis appoſite reſpondeas ad mea, ne ſimulatio intelligatur.

23. *ſi plus vides*] h. e. ſi plus intelligis, ſi prudentior es. Cic. ad Div. VI. 4. *vidiſſe me plus quam caeteros.* ubi v. Graev. in Heaut. III. 1. 98. *aliena ut melius videant quam ſua.*

Act. IV. Scen. 4.

5. *homo*] *homo* ponitur pro ille. Phaedr. II. 5. 19. *agnoſcit*

Quid turbae [50]) eſt apud forum? [51]) quid illic hominum litigant?
Tum annona cara eſt. quid dicam, aliud *) neſcio.
MY. Cur [52]) tu obſecro hic me ſolam? [53]) DAV. Hem, *) quae haec eſt fabula?
[54]) Eho Myſis, puer hic unde eſt? Quisve huc attulit?
MY. Satin ſanus es, [55]) qui me id rogites? [56]) DAV. [57]) Quem ego igitur rogem,
Qui hic neminem alium videam? CH. [58]) Miror unde ſit. [59])
DAV. Dicturan [60]) es quod rogo? MY. Au. DAV. Concede [61]) ad dexteram.

50) turbationis 51) ſimulans ſe aliunde venire *) *edit. diſting. poſt* aliud. 52) o Dave 53) reliquiſti *) *edit. omitt. ſed reſtituit ex codd. melioribus Bentl.* 54) diſſimulate 55) an ſatis es in ſenſu priſtino 56) interrogas 57) fingebat ſe non videre Chremem 58) ſecum loquitur 59) hic puer 60) o Myſis 61) tranſi.

---

*hominem.* v. Manut. ad Cic. epiſt. ad Div. l. 2.

6. *quid turbae*] pro quantae turbae. Sic veteres loquebantur, cum magnam rei alicuius vim aut copiam indicacre vellent. in Heaut. II. 3. 6. *portant quid rerum* ubi v. Muret.

*quid illic hominum litigant*] notanda locutio propter ſyntaxin. *quid hominum* cum plurali iungitur. in Ad. IV. 4. 25. *aperite aliquis actutum oſtium.* v. Heinſ. ad Virg. Aen. X. 238.

7. *annona cara eſt*] ſimiliter garrulus apud Theophraſt. in characterib. c. 3. narrat frumentum in foro vili veniſſe pretio, ubi. v. Caſaub.

8. *quae haec eſt fabula*] hac formula veteres utuntur de rebus miris et inexſpectatis, quarum rationem non intelligunt. in Eun. IV. 4. 22.

9. *unde eſt*] i. e. cuius eſt, a quo eſt, in Eun. prol. v. 10. *cauſam dicere prius unde petitur.* Cic. pro Flacco c. 26. *Athenienſes unde humanitas, doctrina — in omnes terras diſtributae putantur.* v. Gronov. obſerv. IV. 11.

11. *miror*] venuſtiſſime dicitur pro *neſcio*: v. Donat. ad h. l. in Phorm. II. 14. *quam cauſam reperient, miror.* Plaut. in Aulul. prol. v. 1. *ne quis miretur, qui ſim, paucis eloquar.*

MY. Deliras 62) non tute ipſe? DAV. Verbum ſi mihi
Unum, 63) praeterea quam *) quod te rogo faxis, 64) cave.
MY. Male dicis. DAV. Unde 65) eſt? Dic clare. MY. A nobis. 66) DAV. 67) A. *) ha. ha.
Mirum 68) vero impudenter mulier ſi facit meretrix.
CH. Ab Andria eſt ancilla 69) haec, 70) quantum intelligo.
DAV. Adeon, 71) videmur 72) vobis eſſe idonei 73)
In quibus ſic illudatis? 74) CH. Veni 75) in tempore. 76)
DAV. Propera 77) adeo 78) puerum tollere hinc ab ianua.

62) nonne 63) dixeris percutiam te. et eſt eclipſis (ellipſis) *) *edit.* praeterquam 64) ne facias 65) puer 66) tu ſcis unde id eſt a domina mea 67) ridendo *) *edit.* ha 68) quaſi non eſt mirum 69) Glycerii ancilla quae venit de Andro 70) Myſis 71) in tantum 72) Simo et ſervi eius 73) ad illudendum 74) tu Myſis et domina tua 75) ego 76) opportune ut audirem veſtram fallaciam 77) o Myſis 78) valde.

---

15. *male dicis*] eſt querentis et indignantis, contra *bene dicis, bene facis*, gratias agentis. v. in Eun. III. 1. 61. et Bentl. ad h. l.

*dic clare*] i. e. magna et elata voce. Sueton. in Vitell. c. 14. *quod enatae factioni clare maledixerant* Barbari dicunt *alta voce* pro clara voce, ſed *alta vox* apud veteres eſt ſuperba. v. Burmann. ad Ovid. Triſt. IV. eleg. 9. 24. ſed hic melius fuerit *clare* accipere pro certe, ſine ambagibus. Sic clara et certa iunguntur. in Hec. V. 4. 1. et ſic accepit Bentl. ὁ πάνυ.

*a nobis*] i. e. ex noſtris aedibus.

16. *mirum vero*] *vero* eleganter inſervit ironiae. in Eun. I. 2. 9. Plaut. in Aulul. II. 4. 6. *bellum et pudicum vero proſtibulum.* Virg. Aen. IV. 93. *egregiam vero laudem.*

*mulier meretrix*] abundat mulier. Similis pleonasmus in Phorm. II. 1. 62. *homo ſervus.* Cic. ad Div. XII. 22. *homo gladiator.* v. Cort. ad Salluſt. Iugurth. c. 12.

19. *in quibus illudatis*] inuſitata conſtructio. Nam uſitate dicitur *illudere alicui, aliquem* et *in aliquem.*

Mane. 79) cave quoquam 80) ex iſtoc exceſſis loco. 81)
MY. Di te eradicent: ita 82) me miſeram territas.
DAV. Tibi ego dico annon? MY. Quid vis? DAV. At etiam rogas?
Cedo, 83) cuium puerum hic appoſuiſti? 84) dic mihi.
MY. Tu neſcis? 85) DAV. Mitte id quod ſcio. dic quod rogo.
MY. Veſtri. 86) DAV. Cuius noſtri? MY. Pamphili. DAV. Hem quid? Pamphili?
MY. Eho annon eſt? 87) CHR. Recte ego ſemper fugi has nuptias.
DAV. O facinus animadvertendum! 88) MY. 89) Quid clamitas?
DAV. Quem *) ego vidi heri 90) ad vos afferri veſperi?
MY. O hominem audacem. 91) DAV. Verum. Vidi cantharam 92) hanc

79) expecta ſilentio 80) in aliquam partem 81) vide ne accedas 82) qui me 83) dic 84) vel; *i. e. absque interrogatione* 85) vel; 86) domini eſt 87) domini 88) puniendum animadverto i. e. punio 89) iraſcendo. *) *ed.* quemne 90) volebat fingere puerum delatum eſſe ad ſupponendum 91) perfidum 92) yronicos. cantharam i. corbem ſuffarcinatam, hoc eſt, onuſtam de puero ad ſupponendum Glycerio delatam, quatenus dum dicit, ſe peperiſſe ex Pamphilo, Chremes deneget ei Philumenam.

---

21. *exceſſis*] antique pro exceſſeris.

22. *Dii te eradicent*] h. e. funditus perdant. Comica phraſis eſt. v. in Heaut. III. 3. 28.

24. *cuium puerum*] antiquo more pro *cuius* a cuius, cuia, cuium. infra V. 4. 29. *cuiam filiam.* Virgil. ecl. III. 1. *cuium pecus.*

27. *recte*] i. e. merito, non ſine cauſa. infra V. 4. 50. *recte admones.* in Hec. V. 4. 22. *recte amaſti uxorem tuam.*

29. *quemne ego heri vidi*] oratio ſic explenda: tune dicis hunc eſſe puerum Pamphili, quem ego heri vidi ad vos adferri? Catull. Carm. LXV. 180. *an patris auxilium ſperem quemne ipſa reliqui* i. e. eiusne quemne ipſa reliqui, ubi v. Muretum.

30. *verum*] i. e. omnino, plane, qua voce utuntur, qui cum confirmatione reſpondent. in Eun. II. 3. 55.

Suffarcinatam. MY. Dis, pol, habeo gratias,
Cum in pariundo 93) aliquot 94) affuerunt liberae.
DAV. Ne 95) illa illum 96) haud 97) novit, cuius cauſa hoc *) incipit? **)
98) Chremes ſi puerum poſitum ante aedes viderit,
Suam gnatam 99) non dabit? *) Tanto hercle magis dabit. 100)
CHR. Non hercle faciet. 1) DAV. 2) Nunc adeo 3) ut tu ſis ſciens. 4)
Niſi puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam
Provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.
MY. Tu, pol, homo non es ſobrius. DAV. Fallacia
Alia aliam trudit. 5) Iam ſuſurrari audio,
Civem Atticam eſſe hanc. 6) CHR. Hem. *) DAV. Coactus 7) legibus
Eam uxorem 8) ducet. MY. Eho *) obſecro annon civis eſt? 9)

93) cum peperiſſet 94) mulieres quae dominae meae teſtimonium dabunt illam peperiſſe 95) *edit.* nae 96) Simonem 97) nonne *) *edit.* haec **) *in edit. nulla interrogatio quae cum nae conſiſtere nequit* 98) ſolus/et diſſimulate loquitur ita ut Chremes audiret 99) Pamphilo *) *deeſt interrogat. editionib. ſed vix deeſſe poteſt* 100) cogitans ſuppoſitum illum puerum 1) non dabit 2) convertit ad Myſin 3) tantum 4) o Myſis 5) expellit, manifeſtat 6) Glycerium *) *edit.* eho 7) Pamphilus 8) Glycerium *) *edit.* au 9) domina mea.

---

31. *ſubfarcinatam*] ſubfarcinatus dicitur, qui quid ſub veſte geſtat, quod eum craſſiorem et magis tumentem faciat. Plautus in Curcul. II. 3. 10. *qui incedunt ſubfarcinati cum libris* h. e. qui libros ſub pallio geſtant. v. Donat. ad h. l.

*habeo gratias*] Bentleius e Mſſ. recte edidit *habeo gratiam*, nam hoc eſt ex more Comicorum.

32. *liberae*] his enim ſolis teſtimonii dictio erat, non ſervis. v. in Phorm. II. 1. 63. Etiam apud Romanos ſi quae mulier poſt mariti mortem pareret, liberas mulieres adeſſe oportebat. v. legem L. §. 10. Pandect. de ventre inſpiciendo et Lindenbrog ad h. l.

40. *fallacia alia aliam trudit*] i. e. alia aliam ſequitur. Hor. Carm. ubi v. Torrent. add. interpretes ad Petron. c. 45.

41. *coactus legibus*] ſaepe

CHR. Iocularium in malum inſciens [10] pene incidi.
DAV. [11]) Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus advenis, auſculta.
CHR. Audivi omnia. DAV. An haec [*]) tu omnia? [11 a])
CHR. Audivi inquam a principio. DAV. Audiſtin obſecro?
Hem ſcelera! [12]) hanc [13]) iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic eſt ille. non te credas [14]) Davum ludere.
MY. Me miſeram! Nihil pol falſi dixi, mi ſenex [15])
CHR. Novi omnem rem. Eſt Simo intus? DAV. eſt.
MY. Ne me attingas, [16]) ſceleſte, [17]) ſi pol [18]) Glycerio non omnia haec. [19])

10) imprudens dum filiam meam tali homini coniungere volui 11) hactenus quamvis invicem ſe audirent Chremes et Davus, tamen ambo diſſimulati ſunt, ſe audire et modo iam ſimul loqui incipiunt *) *edit.* hoc 11 a) audiſti 12) exclamatio 13) Myſiden quae infantem huc detulit 14) o Myſis 15) Chreme 16) jocando voluit eum attingere i. e. percutere 17) Dave 18) per Deum Pollucem 19) dicam.

---

veteres *leges* dicunt de lege una vel legis parte. Sic *legibus ſolvi* dicitur, qui una alterave lege ſolvitur, ut docet Graevius ad Cic. Philipp. II. 13. Lege vero Athenienſium qui virgini civi vitium obtulerat, eam uxorem ducere cogebatur. v. in Ad. IV. 7. 7.

43. *iocularium malum*] i. e. ioco et riſu dignum. in Phorm. I. 2. 84. Cic. de fato c. 8. *licentiam iocularem.* A *ioco* eſt diminutivum *ioculus*, unde *iocularis*, et *iocularius.* v. Lindenbrog. ad h. l.

44. *per tempus*] i. e. opportuno tempore. in Hec. IV. 3. 16. *video Phidippum per tempus egredi.*

47. *in cruciatum*] i. e. ut veritas per tormenta exquiratur.

48. *hic eſt ille*] nempe Chremes, de quo dixerat ſupra. Elegans formula *hic ille eſt.* in Eun. IV. 6. 14. *haec ea eſt.* Liv. XXVI. 17. *hic is eſt qui pugnam praeceſſit*; ſimiliter *hoc illud eſt.* Cic. de Senect. c. 20. *hoc illud eſt quod Piſiſtrato* etc. v. Drakenb. ad Liv. II. 2.

51. *ſi pol Glycerio*] plena oratio eſt, *peream, ſi non omnia narraro Glycerio.*

DAV. Eho inepta neſcis, quid ſit [20]) actum. MY. qui [20 a]) ſciam?
DAV. Hic ſocer [21]) eſt; alio pacto [21 a]) haud poterat fieri,
Ut ſciret [22]) haec quae volumus. [22 a]) MY. Praediceres. [23])
DAV. Paulum [24]) intereſſe cenſes, [25]) ex animo omnia,
Ut fert natura, [26]) facias, an de induſtria? [27])

(Actus IV. Scena V. CRITO. MYSIS. DAVUS.)

CRITO. [28]) In hac habitaſſe platea dictum [28 a]) eſt Chryſidem, [29])

20) a me 20 a) quomodo 21) Chremes 21 a) alia ratione 22) ut ſciret Pamphilum Glycerium et puerum ex ea natum 22 a) vel i. *Num* volui *an* voluimus *ſit varia lectio ambigi poteſt. Poſteriorem invenit Bentl. in cod.* 900. *annorum* 23) praedicere debueras, quod facere volueras 24) modicum 25) iudicas 26) ut ſubito cogitas inpraemeditate 27) prae meditatione 28) Crito iſte ex Andro tunc advenit, cognatus Chryſidis illius meretricis, cuius mentio in exordio facta eſt, quae in loco ſororis Glycerium tenebat: eo quod ſimul eſſent nutritae in una domo, et quod ſimul ex Andro veniſſent. Hic ergo Crito veniens Athenas coepit dicere: Iſto, inquit, in loco habitavit Chryſis cognata mea, cuius bona, quae hic poſſedit, ad me debent transire. Hic quoque, ut ſequentia manifeſtabunt, edocuit, quomodo Glycerium devenit Athenas Andro et iterum ab Andro Athenas, et nihilominus, quod filia eſſet Chremetis et ſoror Philumenae. 28 a) mihi 29) meam cognatam.

---

53. *ſocer eſt*] ſocer, gener, maritus, coniux ſaepe dicitur non qui eſt, ſed qui fore ſperatur. v. Serv. ad Virgil. Ecl. VIII. 18. et Burmann. ad Val. Flacc. III. p. 447.

54. *praediceres*] pro *praedixiſſes*, imperfectum pro plusquamperfecto, de qua temporum enallage v. Gronov. ad Liv. XXXIV. 11. Perizon. ad Sanctii Minerv. I. 13. Nota 5.

55. *Paulum intereſſe*] locus corruptus, de quo. v. Bentl.

Quae ſeſe inhoneſte [30] optavit parere *) [31] hic divitias
Potius, quam in patria honeſte [32] pauper viveret. *)
Eius morte ea ad me lege redierunt bona. [33]
Sed quos perconter [33a] video. Salvete. MY. Obſecro [34]
Quem video? Eſtne hic Crito, ſobrinus Chryſidis?
Is eſt. [35] CR. O Myſis, ſalve. MY. Salvus ſis Crito.
CR. Itan Chryſis? [36] hem. MY. Nos quidem pol miſeras perdidit. [37]

30) per ſtuprum *) *edit.* parare *quam lectionem explicat gloſſator* 31) congregare 32) caſte *) *edit.* vivere *improbante Bentl.* 33) quae hic congregavit, quia mihi propinqua fuit 33a) interrogem 34) blandientis verbum 35) reſpondit ipſa ſibi 36) inhoneſte egit ut dixi 37) reliquit.

---

Act. IV. Scen. 5.

2. *ſeſe*] poterat abeſſe, ſed ſaepe abundat. in Eun. prol. V. 1. *qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis.* Salluſt. in Catil. c. 1. *qui ſeſe ſtudent praeſtare caeteris animalibus.*

*optavit potius quam*] *optare* eſt eligere. Liv. XLII. 32. *ſine ſorte Macedoniam obtenturum.*

3. *in patria pauper viveret*] ſic e Mſſ. optime repoſuit Bentlei. Ante edebatur *in patria pauper vivere* quod per Graeciſmum dictum putat Periz. ad Sanctii Minerv. IV. 12. Nota 9. In lectione, quam revocavit Bentl. talis ſyntaxis qualis in Ad. I. 2. 28. *ſineres nunc facere potius quam faceret aliena aetate.* Caeſar de B. G. II. 10. *optimum eſſe domum ſuam quemque reverti et — ad eos defendendos undique convenirent* pro convenire. ubi v. Oudend. Plura notavimus ad Rutil. Lup. XLV.

4. *redierunt*] *redire* potiſſimum dicitur de haereditatibus legitimis, *venire* de haereditatibus teſtamento relictis. Hec. I. 2. 99. *ea ad hos redibat lege haereditas.* Cic. Verrina II. c. 14 *huic haereditas redit teſtamento.* v. Briſſon. de verbor. ſignificat. Lege fieri dicuntur, quaecunque fiunt ſecundum praeſcriptum legis.

8. *itane Chryſis*] ſcilicet mortua eſt, quod omittitur ex more veterum, qui libenter male ominatis verbis abſtinebant.

CR. Quid vos? 38) quo pacto 39) hic? Satin recte? MY. Nosne? 40) *)
Ut quimus aiunt, 41) quando 42) ut volumus non licet.
CR. Quid 43) Glycerium? Iam ſuos hic parentes 44) repperit? 45)
MY. Utinam. 46) CR. An nondum etiam? 43) haud auſpicato 48) huc me appuli. 49)
Nam pol ſi id ſciſſem, numquam tetuliſſem huc pedem.
Semper eius *) dicta eſt eſſe, atque habita eſt ſoror haec. 50)
Quae illius 51) fuere, poſſidet, 52) nunc me 53) hoſpitem

38) cur miſeras reliquit 39) vivitis 40) vivimus *) *ed. add.* ſic 41) homines 42) nos 43) agit 44) cognatos 45) invenit 46) feciſſet 47) repperit 48) non bono omine 49) attuli *) *edit.* enim *et ponunt* eius *poſt* dicta eſt. *Bentl. tolli voluit* enim *et pro* eius *legi* ei. 50) Chryſidis Glycerium 51) Chryſidis 52) Glycerium 53) Critonem.

---

9. *ſatin recte*] ſubintelligendum *agitis;* ſolennis interrogatio peregre redeuntium vel aliunde advenientium. Quinctil. VI. 4. *rectene omnia ſi ſe habent.* v. Briſſon. de formulis VIII. p. 750. Dicunt et veteres *ſatis ſalvae* ſcilicet res ſunt, ut in Eun. V. 5. 8. ſed diſputant viri docti, an etiam dixerint *ſatisne ſalve* ut *ſalve* ſit adverbium. Verum rectiſſime iudicat Gronov. ad Plauti Stichum L. I. c. 1. p. 10. hanc formam non ſatis rectis teſtimoniis niti. Gronovio accedit Duker. ad Liv. I. 58.

12. *haud auſpicato*] i. e. haud feliciter. Juſtin. VIII. 2. *urbes auſpicato condiderant.*

*huc me appuli*] Bentl. e Mſſ. legit *huc me attuli.* Sic Plautus in Amphit. III. 4. 6. *Iovis iuſſu nunc huc me affero.* Sic *ſe auferre* eſt diſcedere, abire. in Phorm. III. 3. 26.

13. *tetuliſſem pedem*] antique pro *tuliſſem. Ferre, inferre pedem,* et contra *efferre, referre pedem* poetis inprimis uſitata ſunt, qua de cauſa critici quidam, teſte Donato annotarunt locutionem *tetuliſſem pedem* alienam eſſe a charactere comico. Sed et Plaut. ſic locutus eſt in Menaechm. II. 3. 26. *qui huc in hanc urbem pedem niſi hodie nunquam intro tetulit.* in Ad. II. 2. 19. *nusquam pedem* ſcilicet *fero.*

Sequi 54) lites, 55) quam id mihi ſit facile 56) atque utile, 57)
Aliorum 58) me exempla commonent. Simul arbitror, 59)
Iam eſſe aliquem 60) amicum et defenſorem eius. *) 61) Nam fere
Grandiuscula 62) iam profecta eſt illinc; 63) clamitent 64)
Me ſycophantam, 65) hereditatem *) 66) perſequi,
Mendicum. Tum ipſam deſpoliare non lubet. *) 67)
MY. Optume hoſpes 68) pol Crito antiquum 69) obtines.
CR. Duc me ad eam, 70) quando 71) huc veni, ut videam. 72) MY. maxume. 73)
DAV. Sequar hos; nolo me in tempore hoc videat ſenex. 74)

54) imitari 55) contentiones 56) qnam difficile 57) quaſi inutile 58) hominum 59) puto 60) hominem *) *edit.* ei. 61) Glycerii 62) provectae aetatis 63) ab Andria 64) dicent 65) calumniatorem *) *ed.* hereditates 66) poſſeſſionem *) *edit.* licet. *Lectionem MS probat Bentl.* 67) pro non libet 68) Crito, 69) morem 70) Glycerium 71) quia 72) Glycerium 73) libenter 74) Simo dominus.

---

16. *lites ſequi*] i. e. in iudicio litigare. in Ad. II. 2. 40. *potius quam lites ſequar.* in Phorm. II. 3. 61. *potius quam lites ſecter.* Sic *bella ſequi* apud. Virg. Aen. X. 66.

*quam facile atque utile*] i. e. quam difficile et inutile. Loquendi rationem ſupra illuſtravimus.

20. *ſycophantam*] i. e. calumniatorem, qui ſciens litem falſam intentat.

22. *antiquum obtines*] ſcilicet morem vel ingenium. Plena locutio eſt. in Hec. V. 4. 20. *at tu morem antiquum atque ingenium obtines.* Eſt etiam *obtinere*, pertinaciter tenere, perſeverare intendendo, in Ad. V. 3. 28. *gloriam tu iſtam obtine.* Cic. ad Quint. fratr. I. 1. *ut nos eam neceſſitudinem obtinere et conſervare patiantur.*

23 *quando*] i. e. quoniam. Liv. XXIII. 2. *quando tuta ea pacataque a tergo relinquebantur*, ubi v. Drakenb.

24. *in tempore hoc*] pro *tempore hoc.* Saepe nominibus temporis in ablativo poſitis praepoſitio *in* additur. Cic. pro Quint. c. 1. *hae contra nos faciunt in hoc tempore.*

## (Act. V. Scen. I.) CHREMES. SIMO.

CHR. Satis iam, ſatis, Simo, 75) ſpectata 76) erga te amicitia eſt mea;
Satis pericli incepi,*) adire orandi iam finem face. 76 a)
Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiae.
SI. Immo etiam 77) nunc quam maxime abs te oro atque poſtulo, Chremes,
Ut beneficium verbis initum 78) dudum, nunc re comprobes.
CHR. Vide, 79) quam iniquus ſis 80) prae ſtudio, dum id efficias quod cupis.
Neque modum benignitatis neque quid me ores cogitas.
Nam ſi cogites, remittas iam me onerare iniuriis.

75) o Simo 76) probata *) *edit.* coepi. *Lectionem codicis probat Bentl.* 76 a) pro fac 77) vel enim *quae eſt lectio edition.* 78) vel initiatum 79) vides 80) vel es.

---

Act. V. Scen. I.

3. *illuſi vitam filiae*] i. e. feci ut fama et exiſtimatio filiae ludibrio eſſet aliis.

4. *enim*] ponitur pro *vero.* in Eun. II. 3. 63. *immo enim ſi ſcias.* in Phorm. V. 7. 90. *etenim ſolus nequeo.* v. interpretes ad Caeſ. de B. G. V. 6. et Bentl. ad Eun. II. 3. 64.

5. *beneficium verbis initum nunc re comprobes*] i. e. quod promiſiſti, nunc re praeſtes, *initum* eſt inceptum; *re* contrarium eſt verbis. v. in Ad. II. 1. 10. et Duker. ad Flor. IV. 7. p. 821.

6. *prae ſtudio*] i. e. propter ſtudium. Liv. XXXI. 24. *nec iuris quidquam prae impotenti ira eſt ſervatum. Studium* eſt cupiditas.

7. *neque modum benignitatis cogitas*] i. e. neque finem benignitatis meae ſtatuis. *Modus* eſt finis, quem tranſire non licet. in Heaut. IV. 5. 7. *ſumtus cotidianos fieri, nec fieri modum. Benignitas* eſt humanitas, ut apud Plaut. in Trin. II. 4. 58. *benignum* pro facili.

8. *remittas*] i. e. omittas. Salluſt. in Iug. c. 52. *neque remittit explorare.* Hor. Carm. II. 11. 3. *remittas quaerere.*

*onerare iniuriis*] ſic etiam dicitur onerare aliquem maledictis, mendaciis, contumeliis, aliquando in bonam partem onerare laudibus, honoribus. v. Drakenb. ad Liv. IV. 13. *Iniuriae* h. l. dicuntur preces iniquae et iniuſtae. Sic ap. Plaut. in Poe-

SI. Quibus? CHR. At *) rogitas? Perpuliſti me, ut homini adoleſcentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam ut **) darem in ſeditionem atque in ***) incertas nuptias,
Eius labore atque eius dolore gnato ut mederer †) tuo.
Impetraſti. Incepi dum res recte tulit. ††) Nunc ut †††) fert, feras.
Illam hinc civem eſſe aiunt. Puer eſt natus: nos miſſos face.
SI. Per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxime utile eſt, illum eſſe quam deterrimum.
Nuptiarum gratia, haec ſunt ficta atque incepta omnia.
Ubi ea cauſa, quam ob rem haec 81) faciunt, erit ademta, his *) deſinent.

*) *edit.* ah. *praefert lectionem codicis Weſterh.* **) *edit.* Zeun. *omitt.* ut *atque omnino otioſum eſt* ***) *edit. omitt.* in *improbante Bentl.* †) *edit.* medicarer ††) *edit.* tetulit. †††) *edit.* non fert; *potior eſt lectio codicis* 81) vel id *) *edit. diſtinguunt poſt* his. *magis concinna eſt diſtinctio codicis. nam* haec *refertur ad ea, quae fingebantur et* his *ad homines ſecundum diſtinctionem receptam, ſed tum* haec *tum* his *ad* ficta, *ſi cum codice diſtinguis.*

---

nulo III. 6. 10. *iniuria* eſt res iniuſta.

10. *ab re uxoria*] h. e. nuptiis. Eadem circumſcriptione res pecuniaria dicitur pro pecunia, res frumentaria pro frumento, res ruſtica pro agricultura.

11. *in ſeditionem*] i. e. in diſcordiam et rixas. Seditio ſaepe eſt tumultus domeſticus inter coniuges; ſic *mulier ſeditioſa* apud. Cic. ad Attic. II. 1. ubi v. Graev.

*incertas nuptias*] i. e. parum firmas, non diu duraturas, contra *certus maritus* eſt apud. Ovid. epiſt. V. 107.

12. *gnato ut medicarer tuo*] i. e. ut filio tuo remedium adhiberem; ſupra I. 2. 22. dixerat filii *animum aegrotum*. Ut morbi, ita et medicinae vocabulum

CHR. Erras: cum Davo egomet vidi iurgantem ancillam. SI. Scio.
CHR. At vero voltu, cum ibi me adeſſe 82) neuter tum praeſenſerat.
SI. Credo, et id facturos, *) Davus dum **) praedixit mihi
Et neſcio quid ſum oblitus tibi hodie ac volui dicere.

(Actus V. Scena II.) DAVUS. CHREMES. SIMO. DROMO.

DAV. Animo iam nunc eſſe otioſo *) impero. CHR. En 83) Davum tibi.
SI. Unde egreditur? DAV. Meo praeſidio atque hoſpitis. SI. Quid 84) illud mali eſt?
DAV. Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. SI. Scelus! 85)
Quemnam hic laudat? DAV. Omnis res eſt iam in vado. 86) SI. Ceſſo alloqui? 87)
DAV. Erus eſt, quid agam? SI. O ſalve bone 88) vir! DAV. Ehem Simo, o noſter Chremes! 89)

82) vel adeſſem *) *haec antiqua lectio pro qua edit. habent* facturas *genio linguae minus convenienter mutata eſt in* factura? **) *mutat. in* dudum *) *olim* otioſos 83) vel hem. *et ſic edition.* 84) quidnam 85) exclamatio 86) in portu 87) vel; 88) ironicos 89) ſalve.

ad animnm transfertur. v. Bentlei. ad Horat. epiſt. I. 16. 40.

20. *vero vultu*] i. e. non ſimulato. Ovid. Metam. XIII. 43. *verus furor.* Valer. Flacc. VI. 459. *veri timores.*

Act. V. Scen. 2.

1. *animo otioſo*] i. e. ſecuro, tranquillo. v. Eun. V. 5. 10. *videsne ut otioſus it.* Cic. ad Div. IX. 25. *ſi otioſum fabrum reddideris.* Sen. controverſ. I. 4. p. 115. *quam otioſi quam ſecuri adulteri tranſierunt praeter oculos meos*, ubi v. Joh. Schulting.

4. *res eſt in vado*] i. e. tuto. Plaut. Aulul. IV. 10. 73. *iam eſſe in vado ſalutis res videtur.* Proprie in vado eſſe dicitur, qui in flumine vel mari ad locum minus profundum venit, in quo vadere et pedibus niti poſſit.

Omnia apparata iam ſunt intus. SI. Curaſti probe.
DAV. Ubi voles, accerſe *) 90) SI. Bene ſane. Id
enim vero hinc 91) nunc abeſt.
Etiam tu hoc reſponde, *) quid iſtic tibi negotii eſt?
DAV. Mihin? 92)
SI. Ita. DAV. Mihine? SI. Tibi ergo. DAV. Modo introii. SI. Quaſi ego iam *) quamdudum rogem.
DAV. Cum gnato una tuo. SI. Anne eſt intus Pamphilus? 93) crucior miſer.
Eho, non tu dixtin eſſe inter eas *) inimicitias carnufex? 94)
DAV. Sunt. SI. Cur igitur hic eſt? CHR. quid illum cenſes? cum illa 95) litigat. 96)
DAV. Immo vero indignum Chremes iam facinus
faxo 97) ex me 98) audias.
Neſcio quis ſenex modo venit. ellum 99) confidens,
catus 1)

*) *edit.* arceſſe , 90) advoca 91) vel hic *) *edit.* reſpondes? *non probante Bentl.* 92) vel mihi hic *) *edit. abeſt* 93) filius meus *) *edit.* eos, *melius ut in ſcena praecedenti* facturos *probavi* 94) o Dave 95) Glycerio 96) Pamphilus 97) facio 98) deeſt ut 99) ecce illum 1) doctus.

---

7. *id enim vero hic nunc abeſt*] per ironiam dicit, hoc ſolum nunc deeſſe perficiendis nuptiis. Plaut. in Stich. V. 4. 29. *id abeſt, aliud nihil abeſt,* in Epidico I. 1. 25. *at unum a praetura tua abeſt.* v. Bentl. ad h. l. et Burmann. ad Virg. Aen. VIII. 47.

8. *etiam tu hoc reſpondes*] ſi legamus reſpondes, particula *etiam* increpandi vim habet, in Ad. IV. 2. 11. *etiam taces.* Petron. c. 21. *etiam dormire vobis in mente eſt.* Sin meliorum codicum lectionem *reſponde* ſequamur, *etiam* eſt particula hortantis. v. Serv. ad Virg. Aen. XI. 313.

12. *quid illum cenſes*] ſupple hic eſſe. Comica eſt formula, qua interrumpebant narrationem rei, praeſertim inopinatae, in Ad. IV. 5. 22. *quid illas cenſes.* v. Gronov. ad Plauti Curcul. I. 1. 59.

14. *confidens*] plerumque non temerarius. Hic in bonam partem ſumitur pro conſtanti, gravi. v. Donat. ad h. l.

*catus*] i. e. prudens, exper-

Cum faciem videas, videtur eſſe quantivis [2]) pretii:
Triſtis ſeveritas [3]) eſt [4]) in voltu, [5]) atque in verbis fides.
SI. Quidnam apportas? [6]) DAV. Nihil equidem, niſi quod illum [7]) audivi dicere.
SI. Quid ait tandem? DAV. Glycerium ſe ſcire civem eſſe Atticam. [8])
SI. Hem Dromo, [9]) Dromo, Dromo! DAV. Quid eſt? SI. Dromo! DAV. Audi. SI. verbum ſi addideris, [10]) Dromo!
DAV. Audi obſecro. DR. Quid vis? SI. Sublimem [11]) intro rape [12]) quantum potes.
DR. Quem? SI. Davum. DRO. *) Quamobrem? SI. Quia lubet, [13]) rape inquam. DAV. Quid feci? SI. rape! [14])

2) levis 3) gravitas 4) ineſt 5) illius 6) o Dave 7) Critonem 8) ait 9) alius ſervus Simonis 10) ſcilicet puniam te 11) ſuſpenſum 12) ſuſpende in viridario aut alicubi *) *in litura. forte antea* DAV. 13) placet 14) *bis; alterum ſuperſcriptum.*

---

tus; *cate* et *ſapienter* iungit. Plaut in Poenulo I. 1. 3.

16. *triſtis ſerveritas*] h. e. ſevera gravitas. Saepe graves et ſeveri triſtes dicuntur, quoniam a iocis et hilaritate alieni ſunt. Cic. in Verr. actio. I. 10. *triſtis iudex;* pro Quint. c. 18. *natura triſti ac recondita fuit.* Nepos in Epamin. c. 2. *triſtem et ſeverum ſenem.*

20. *ſublimem*] h. e. ita ſublatum, ut terram pedibus tangere non poſſit. in Ad. III. 2. 18. *ſublimem medium arriperem.* Plaut. in Aſinar. V. 2. 18. *quin tu illum iubes ancillas rapere ſublimem.* Claudian. in Eidyll. VII. 7. *grandaevi femina ſublimes prole feruntur.*

20. *quantum potes*] quam celerrime; eſt formula indicans. in Eun. II. 3. 85. *duc quantum potes.* in Phorm. IV. 3. 69. *quantum potes me certiorem fac.*

21. *rape inquam*] Vulgo contra antiquorum rationem verbo *inquam* utuntur ad lapſum linguae corrigendum. Veteres enim hoc verbo vel coeptam et nonnihil interruptam orationem redintegrabant, vel illud poſt vocem aliquam repetitum emphaſis cauſa repetebant. Cic. ad Attic. I. 20. *per mihi per inquam gratum feceris.* Varr. V. 10.

Si quicquam invenies me mentitum, occidito.
DRO. [15]) Nihil audio, [16])
[17]) Ego iam te [18]) commotum reddam. DAV. Tametſi *) hoc verum eſt. [19]) SI. Tamen
Tu cura [20]) adſervandum [21]) vinctum atque audin, [22]) quadrupedem conſtringito. [23])
Age nunc. [24]) Iam *) ego pol hodie, ſi vivo, tibi [25])
Oſtendam, erum [26]) quid ſit pericli fallere
Et illi, [27]) patrem. CHR. Ah ne ſaevi *) [27]) tantopere. SI. O Chreme,
Pietatem gnati. [28]) Nonne te miſeret mei,
Tantum laborem capere ob talem filium?

15) alii Simo. *atque haec aliorum lectio eſt in edit.* 16) non intelligo quare illum ſuſpendam. 17) aliter Dromo 18) o Simo *) *edit.* tamen etſi 19) ſcilicet quod tibi ſim mentitus 20) o Dromo 21) adhibito curam ut ſerves 22) parentheſis. audisne quod dico 23) in morem quadrupedis ut ſimul manus et pedes cohaereant 24) hortantis eſt *) *edit. diſtinguit poſt* iam 25) o Dave 26) dominum 27) filio meo oſtendam quid ſit fallere *) *forte primo* ſaevias 27 a) o Simo 28) audi. ironicos 29) convertit ſe ad Pamphilum

---

*crux crux inquam miſero comparabitur* Linguae lapſum corrigentes dicebant *illud volui dicere.* ut Plaut. in Pſeudolo II. 4. 21. *adduxi volui dicere.*

23. *commotum reddam*] h. e. commovebo, faciam, ne animo ſis otioſo, ut Davus v. 1. dixerat. in Heaut. IV. 4. 8. *dormiunt, pol ego iſtos commovebo.*

24. *quadrupedem conſtringito*] h. e. ita eum conſtringito, ut inſtar quadrupedis manibus pedibusque conſiſtat, capite lignorum pondere in terram depreſſo; eſt genus ſupplicii, quod Attici κυφωνισμον vocant. v. Schol. in Ariſtophan. Plut. v. 76.

27. *ne ſaevi tantopere*] h. e. ne nimium iraſcaris. Plaut. in Bacchid. III. 3. 4. *leniter qui ſaeviunt, ſapiunt magis.* Sic *ſaevus* dicitur pro irato, ut in Phorm. V. 1. 17. v. Burm. ad Ovid. art. amator. I. 18.

28. *aetatem gnati*] h. e. ubi eſt filii pietas, quam tantopere iactavit.

29. *tantum laborem capere*] ſcilicet me, quod aſſumendum eſt ex praecedenti *mei.* v. 28. v. Donat. ad h. l. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 52.

[29]) Age Pamphile, exi Pamphile, et quis [30]) te pudet. [31])

(Actus V. Scena III.) PAMPHILUS. SIMO. CHREMES.

PAM. Quis me vult? Perii, [32]) pater eſt. SI. quid ais, omnium? [33]) CHR. Ah,
Rem potius ipſam dic, ac mitte [34]) male [35]) loqui.
SI. Quaſi quicquam in hunc gravius dici poſſiet [36])
Ain [37]) tandem, [38]) civis [38 a]) Glycerium eſt? PAM. Ita praedicant.
SI. [39]) Ita praedicant. o ingentem confidentiam. [40])
Num cogitat, quid dicat? Num facti piget? [41])
Vide, *) num eius color pudoris ſignum usquam indicat?
Adeon impotenti [42]) eſſe [43]) animo, ut praeter civium
Morem atque legem et ſui voluntatem patris [44])
Tamen hanc [45]) habere cupiat [46]) cum ſummo probro? [47])

30) vel ecquid 31) exire 32) ſecum loquebatur 33) nequiſſime 34) o Simo 35) cum filio 36) pro poſſit. ita demulces me 37) aisne 38) o Pamphile 38 a) Attica 39) increpando 49) audaciam et ſuperbiam. confidentia proprie in malo 41) alii non pudet *) *edit. omitt.* vide *contra fidem codicum* 42) inpatienti 43) decuit 44) uxorem duceret 45) Glycerium 46) ſtudeat 47) opprobrio.

---

Act. V. Scen. 3.

1. *omnium*] ſcilicet nequiſſimus; eſt apoſiopeſis.

2. *male loqui*] i. e. male dicere. in Phorm. II. 3. 25. *pergin hero abſenti male loqui.*

3. *gravius*] h. e. aſperius. in Ad. I. 2. 60. *nolo in illum gravius dicere.* Cic. Verr. III. 58. *eum ne verbo quidem graviore appellaſſes.*

4. *ain tandem*] ſic dicimus interrogantes ea de re, quae admirationem nobis attulit. v. in Phorm. II. 3. 26. et Cic. ad Div. IX. 21. et ibi Manut.

8. *impotenti*] impotens eſt, qui non poteſt moderari animi affectionibus. in Heaut. II. 3. 130. *novi quam ſoleas eſſe impotens.*

10. *probro*] probrum generale eſt nomen, quod in omnia

PAM. Me miſerum! SI. *) Modone 48) id demum 49) ſenſiſti Pamphile?
Olim iſtuc, olim 50) cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes aliquo pacto efficiundum 51) tibi
Eodem die iſtuc 52) verbum vere in te accidit.
Sed quid ego? Cur me excrucio? Cur me macero?
Cur meam ſenectutem huius ſollicito amentia?
An ut pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam?
Immo habeat, valeat, vivat cum illa. PAM. 53) Mi pater!
SI. Quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patris.
Domus, uxor, liberi inventi, 54) invito patre.
Adducti 55) qui illam civem hinc dicunt. Viceris. 56)
PAM. Pater, licetne pauca? 57) SI. Quid dices mihi?

*) *edit. add.* hem 48) hem 49) te miſerum eſſe 50) ex praeterito. coepiſti eſſe miſer 51) Glycerium ut duceres 52) quod miſer eſſes 53) affectuoſe. noli mihi iraſci 54) ſunt tibi 55) ſunt teſtes 56) vinces. ironic. 57) loqui.

---

turpia facta convenit, ſed pecnliariter dicitur de ſtupro et adulterio, unde *probroſae feminae* apud Sueton. in Domit. c. 8. ſunt ſtupris et lenociniis infames.

12. *animum induxti tuum*] proſae orationis ſcriptores in hac locutione omittunt *meum, tuum, ſuum*. v. Vorſtium de latinit. merito ſuſpecta c. 10.

14. *in te accidit*] h. e. in te convenit, *pertinet ad illos;* eodem ſenſu dixit Phaedr. fab. I. 14. 17.

15. *ſed quid ego etc.*] Bentlei. legit *ſed quid ego me autem excrucio*. Sic. Virg. Aen. II. 101. *ſed quid ego haec animum nequidquam ingrata revolvo;* eſt frequens tranſitionis formula. Liv. XXXVIII. 48. *ſed quid ego haec ita argumentor*. v. Oudendorp. ad Apulei. Metam. II. p. 106.

20. *domus*] huius enim prima cura erat uxores ducentibus. v. Periz. ad Ael. var. hiſt. IV. 26.

*liberi*] in plurali dicitur de uno filio, ut *nati* apud. Virgil. Aen. X. 532. Plura exempla habet Duker. ad Flor. IV. p. 791.

21. *viceris*] eſt vox per iram aliquid concedentis. Caeſ. de B. G. V. 30. *vincite ſi ita vultis*. Sueton. in Caeſ. c. 1. *vincerent ac ſibi haberent* ubi. v. Caſaubon. *Vincere* dicuntur, quarum ſententia probatur. Drakenb. ad Liv. IV. 2.

CHR. Tamen. 58) Simo 59) audi. SI. Ego audiam? quid ego audiam
Chreme? 60) CH. At tamen *) dicat ſine. SI. Age, dicat, ſino. 61)
PAM. Ego me hanc 62) amare fateor, ſi id peccare eſt, fateor id quoque, 63)
Tibi pater me dedo. 64) Quidvis oneris impone. Impera.
Vis me uxorem ducere, hanc vis amittere? ut potero, feram.
Hoc modo te obſecro ut ne credas a me allegatum 65) hunc ſenem. 66)
Sine me expurgem, atque illum 67) huc coram 68) adducam. SI. Adducas. PAM. Sine pater.
CHR. Aequum poſtulat; da veniam. PAM. Sine, te *) exorem. SI. Sino.

58) alii at tandem 59) o Simo 60) o Chreme *) *edit.* at tandem. *et huc pertinet nota quae ſub* 58 *extat.* 61) permitto 62) Glycerium 63) peccatum eſt 64) trado 65) a me in legationem introductum 66) Critonem 67) Critonem 68) in praeſentia tua *) *edit. add.* hoc.

---

23. *tamen audi*] quamvis vox *tamen* plerumque alteri voci ſubiungitur; ſaepe tamen initio ponunt, quibus locis aliquid mente ſupplendum eſt: *quamvis Pamphilus nihil dicere poſſit, tamen audi.* v. Liv. XL. 56. et ibi Drakenb.

27. *amittere*] i. e. dimittere. in Phorm. I. 2. 91. *nunc amitte quaeſo hunc.* v. Burmann. ad Phaedr. I. 13. 10. at Bentl. edidit *hanc vis mittere*, quippe *amittitur* uxor iam domum ducta, mittitur, quae nondum ducta eſt. v. in Phorm. IV. 3. 70.

28. *allegatum*] i. e. ſubmiſſum, ſubornatum. *Allegare* in utramque partem dicitur: in bonam, eſt mittere amicum, ſequeſtrum, pararium, qui cum aliquo de negotio aliquo agat, quam eius vim praeclare explicuit Gronov. ad Liv. XXXVI. 11. in malam, eſt dolos inter ſe componere, per fraudem aliquem ſubornare. Plaut. in Poen. III. 5. 28. *eum allegaverunt ſuum qui ſervum diceret.* in Trinumno V. 2. 18. *meo allegatu venit, quaſi qui aurum mihi ferret abs te.*

30. *da veniam*] i. e. fac, quod te rogat, concede, quod petit. in Hec. IV. 2. 29. *da veniam hanc mihi.* Cic. pro Archia c. 2. *quaeſo a vobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc veniam.*

Quidvis cupio, dum ne ab hoc [69] me falli comperiar Chreme.
CH. Pro peccato magno, paululum ſupplicii ſatis eſt patri.

(Actus V. Scena IV.) CRITO. PAMPHILUS. SIMO. CHREMES.

CRITO. [70] Mitte orare: [71] una harum [72] quaevis [73] cauſa me ut faciam [74] monet.
Vel tu, [75] vel quod verum eſt, [76] vel quod ipſi cupio Glycerio. [77]
CHR. Andrium ego Critonem video? certe is eſt. CR. Salvus ſis [78] Chreme!
CHR. Quid tu [79] Athenas inſolens? [80] CR. Evenit. ſed hiccine eſt Simo?
CHR. Hic. SI. Men quaeris? Eho. [81] tu Glycerium hinc [82] civem eſſe ais?
CR. Tu negas? SI. Itane huc [83] paratus advenis? CR. Qua de re? SI. Rogas?
Tune impune haec facias? tune hic homines adoleſcentulos

69) filio 70) Datur intelligi, Pamphilum iſſe ad Critonem ac poſtulare, ut coram patre de Glycerio edoceret 71) o Pamphile ceſſa loqui 72) cauſarum 73) quaelibet 74) ut rei veritatem dicam 75) qui honorandus es 76) civem eſſe Atticam 77) ſcilicet bene 78) o Chreme 79) veniſti 80) non ſolitus venire 81) Crito 82) ex Athenis 83) ad docendum iſtud.

---

Act. V. Scen. 4.

2. *cupio Glycerio*] i. e. faveo. Plancus Cicer. ad Div. X. 4. *tibi cui maxime cupio. Cupere* et *favere* coniungit Caeſar de B. G. I. 18. ubi v. interpretes. Eodem ſenſu Cicero dicit *cupio tua cauſa* et *volo tua cauſa*. v. ad Div. I. 1. et ibi Manut.

4. *inſolens*] *inſolens* dicitur, qui aliquid facere non ſolet. Caeſ. de B. C. II. 36. *multitudo inſolens belli*, ubi v. Daviſ.

6. *paratus advenis*] i. e. dolis et mendaciis inſtructus. in Phorm. II. 3. 80. *itane es paratus facere me adverſum*. Rutil. Lup. II. p. 86. *ſed ut paratus veniſſe videbatur, iam ſe negabit accepiſſe.*

Imperitos rerum, eductos libere 84) in fraudem 85) illicis? 86)
Sollicitando et pollicitando eorum animos ia-ctas? *) 87) CR. Sanusne 88) es?
SI. An *) meretricios amores nuptiis conglutinas?
PAM. 89) Perii, metuo, ut ſubſtet 90) hoſpes. 91) CHR. Si Simo 92) hunc 93) noris ſatis,
Non ita arbitrare. *) 94) Bonus eſt hic vir. SI. Hic vir ſit bonus.
Itane adtemperate 95) evenit *) hodie in ipſis nuptiis,
Ut veniret antehac 96) nunquam? Eſt vero huic credendum 97) Chremes?
PAM. Ni metuam 98) patrem, habeo pro illa re 99) quod illum 1) moneam probe. 2)
SI. Sicophanta. 3) CR. 4) Hem. CHR. Si 5) Crito eſt hic, 6) mitte. 7) CR. Videat qui ſiet. 8)

84) nobiliter educatos 85) meretricum 86) provocas vel conſtringis *) *edit.* lactas *vel* lactans. *Lectio codicis etiam occurrit in MS. Bodl. ap. Weſterhov. et in nota Eugraphii* 87) contumaces reddis 88) ſani intellectus *) *edit.* ac 89) ſecum 90) ſuccumbat 91) Crito 92) o Simo 93) Critonem *) *edit.* arbitrere 94) arbitreris 95) factioſe *) *edit.* venit, *damnante Bentl.* 96) ante diem nuptiarum 97) o Chremes 98) niſi timerem 99) pro nuptiis 1) patrem meum 2) apte 3) calumniator. veterator 4) iraſcentis 5) alii ſic. adiurantis 6) in praeſentia 7) omitte talia loqui 8) ſit.

8. *imperitos rerum*] *imperiti rerum* ſunt ſimplices, nec ſatis muniti adverſus fraudes. Caeſ. de B. C. I. 85. v. Gron. obſervat. IV. 3.

*eductos libere*] i. e. liberaliter et, ut liberis hominibus, non ſervis convenit, educatos.

*in fraudem illius*] h. e. in damnum et periculum. Virg. Aen. X. 72. *quis Deus in fraudem, quae dura potentia noſtri Egit*, ubi v. Serv. Bentlei. recte interpungit *in fraudem illicis ſollicitando, et pollicitando eorum animos lactas.*

10. *meretricios amores nuptiis conglutinas*] i. e. copulas. Cic. ad Div. XI. 27. *voluntates noſtras conſuetudine conglutinari.*

11. *ut ſubſtet*] i. e. ut ſuſtineat, ut ſatis firmus ſit ad patris intemperiem.

13. *attemperate*] i. e. opportune.

15. *pro illa re*] h. e. quod utile ſit in hanc rem.

16. *ſic eſt hic*] i. e. talis eſt

Si mihi perget, *) quae vult, dicere, ea quae non vult, audiet.
Ego 9) iſtaec 9a) moveo aut curo? Non tu tuum malum aequo animo feres? 10)
Nam ego quae dixi, *) vera 11) an falſa audieris, iam ſciri poteſt.
Atticus quidam olim nave *) fracta apud Andrum eiectus eſt,
Et iſtaec una 12) parva virgo. 13) Tum ille egens forte applicat
Primum ad Chryſidis patrem ſe. SI. Fabulam inceptat. 14) CHR. Sine.
CR. Itane vero obturbat? 15) CHR. Perge. 16) CR. Tum is 17) mihi cognatus fuit,
Qui eum recepit, ibi ego audivi ex illo ſe Atticum eſſe.

*) *edit.* pergit *improbante Bentl.* 9) ironic. 9 a) unde contenditis 10) o Simo *) *edit.* dico, *probante Bentl.* 11) ſint *) *edit.* navi 12) ſimul 13) Glycerium 14) incipit 15) te quod dixi 16) narrando 17) pater Chryſidis

---

natura, nempe prona ad iram. in Phorm. III. 2. 42. *ſic ſum* i. e. tales ſunt mores mei. Plaut. in Amphitr. II. 1. 57. *ſic ſum ut vides.* v. interpret. ad Petron. c. 38.

*videat qui ſit*] h. e. ipſe ſciat qui ſit, ad me non pertinet, nec curo qui ſit. Hanc formulam explicant viri docti quos laudat Drak. ad Liv. XLII. 14.

17. *ſi mihi pergit*] ſimillimus eſt verſus Alcaei ap. Proclum in Heſiod. ἐργα. v. 721. v. Graevii lection. in Heſiod. Opera et dies.

18. *iſtaec moveo*] i. e. iſtorum auctor ſum, ea concito. Ovid. art. amator. II. 575. *quam mala, ſol, exempla moves.*

21. *applicat*] *applicare ſe ad aliquem* ſignificat ſibi aliquem patronum adſciſcere, quod peregrini et exules Athenis facere ſolebant. Talis patronus habebat aliquid iuris in eum, in eius bona, haereditatem etc. ſi inteſtatus mortuus eſſet. v. Gronov. Obſ. I. 9.

23. *obturbat*] h. e. obſtringit, interpellat ſermonem. Plaut. in Poenulo I. 2. 49. *ne me obturba aetatem.* Plin. epiſt. IX. 13. *incipit reſpondere, obturbatur, obſtrepitur.*

Is ibi mortuus eſt. CHR. Eius nomen? CR. Nomen.*) iam [18]) cito tibi? Phania [19])
CHR. Hem. perii. CR. Verum hercle opinor fuiſſe Phaniam; hoc certo ſcio,
Ramnuſium ſe aiebat eſſe [20]) CHR. O Iupiter! CR. Eadem haec Chreme [21])
Multi alii in Andro tum audivere. CHR. Utinam id ſit quod ſpero, heo. *) dic mihi.
Quid eam tum? Suamne [22]) eſſe aiebat? CR. Non. CHR. Cuiam [23]) igitur? CR. Fratris filiam.
CHR. Certe mea eſt. CR. Quid ais? SI. Quid tu ais? PAM. Arrige aures Pamphile! [24])
SI. Qui [25]) credis! CHR. Phania ille frater meus fuit. SI. Noram et ſcio.
CHR. Is hinc bellum fugiens, meque in Aſiam perſequens [26]) proficiſcitur.
Tum illam [27]) relinquere hic eſt veritus. Poſt illa *) [28]) nunc primum audio

*) *non diſting. edit.* 18) vel tam *ut edit.* 19) vocabatur 20) alio nomine 21) o Chreme *) *edit.* eho 22) filiam Glycerium 23) cuius 24) ſecum loquebatur dum talia audiret. reſume vires 25) quomodo 26) ſequens 27) Glycerium filiam meam *) *edit. iunctim* poſtilla 28) tempora vel poſtea.

26. *perii*] hoc loco non deſperantis ſed admirantis formula eſt, ut in Eun. II. 3. 68.

27. *Rhamnuſium*] i. e. ex Rhamnunte pago Aeantidis tribus. v. Stephan. Byzant. in hac voce.

31. *arrige aures*] i. e. bene attende. Pamphilus ſe ipſe hortatur ad attendendum. Locutio ducta eſt ab animalibus, quae ad ſubitum ſtrepitum aures arrigunt. Virg. Aen. I. 152. *ſcilicet arrectisque auribus adſtant*, ubi v. Serv. *Aures erigere* dixit Cic. Verr. I. 10, quod ſine cauſa in *aures arrigere* mutari docet. Drak. ad Liv. II. 54. *ſuſpendere aures* de attento ſtudio dixit Propertius III. 5. 8. *ſuſpenſis auribus iſta bibant.*

32. *proſequens*] *) *proſequens* ponitur pro ſimplici *ſequens*. Liv. V. 40. *magna tamen pars earum in arcem ſuos proſecuti ſunt* ubi v. Drakenb.

33. *poſt illa*] pro poſtea; frequens eſt comicis.

*) codd. et edition. *perſequens*. Unde Ruhnken. lectionem deſumſerit, neſcio.

Quid illo 29) ſit factum. PAM. Vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
SI. Sane *) iſtam multis modis **) tuam 30) inveniri gaudeo. PAM. Credo pater.
CHR. At mihi unus ſcrupulus 31) etiam reſtat, qui me male habet. PAM. Dignus es
Cum tua religione odio. *) Nodum in ſcirpo 32) quaeris. 33) CR. Quid iſtuc eſt? 34)
CHR. Nomen non convenit. CR. Fuit hercle huic aliud 35) parvae. CHR. Quod 36) Crito?

29) Phania *) *edit. Zeun.* nae. *Weſterh. et Bentl.* ne *eadem ſignificatione* **) *edit,* multimodis 30) filiam o Chreme 31) dubietas *) *edit.* odium 32) iunco 33) proverbium. 34) quod te movet 35) nomen 36) nomen fuit illi.

---

36. *multimodis*] i. e. multis de cauſis, valde, vehementer. in Heaut. III. 79. *multimodis iniurius*, in Phorm. III. 1. 1. *multimodis es vituperandus*. v. interpretes ad Nepot. Themiſtocl. c. ult. Alibi Terent. *miris modis, omnibus modis*.

*credo*] hoc uſitatum eſt iis, qui reſpondent gratulantibus, quaſi dicas *gratias ago*. v. in Eun. V. 8. 21. in Ad. V. 9. 15.

37. *ſcrupulus*] i. difficultas, moleſtia. in Phorm. V. 8. 30. *qui fuit in re hac ſcrupulus*. Metaphora eſt a *ſcrupis* et *ſcrupulis* i. e. parvis lapillis, qui ambulantium pedibus moleſti ſunt. v. Feſtum v. ſcrupi.

38. *cum tua religione*] i. e. qui talem religionem ſive nimiam ſolicitudinem habes. Sic indignantes adhibent praepoſitionem *cum*. in Eun. I. 2. 12. in Phorm. III. 1. *multimodis cum iſthoc animo vituperandus es*. in Hec. I. 2. 59. *Dii te perdant cum iſthoc odio* i. e. cum tam odioſus ſis.

*odium*] *odium* legitur in membranis optimis, non *odio*, ut editiones quaedam habent. Voſſius de conſtructione c. 13. aliique *odium* cum *dignus* iungunt, ut *dignus odium* elliptice dicatur pro *dignus ad odium*. Sed melius eſt poſt vocem *religione* interpungere, et *odium* accipere pro *homine odioſo*, ut *ſcelus* pro *homine ſceleſto* In verbis vero *dignus es cum tua religione* eſt apoſiopeſis, comicis valde uſitata. v. Donat. ad h. l.

*nodum in ſcirpo quaeris*] i. e. quaeris difficultates, ubi nullae ſunt. Scirpus eſt iuncus, qui

Numquid meminiſti? CR. Id quaero. PAM. Egone huius 37) memoriam patiar 38) meae
Voluptati obſtare, cum egomet poſſim in hac re medicari 39) mihi?
Non patiar: heus Chreme! quod quaeris, Paſſibula eſt. CR. Ipſa eſt. CHR. Ea eſt.
PAM. Ex ipſa milies 40) audivi. SI. Omnes nos gaudere 41) hoc, Chremes, 42)
Te credo credere. CHR. Ita me Di, 43) ament? *) credo. PAM. quid reſtat pater?
SI. Iam dudum res reduxit me ipſa in gratiam. 44) PAM. O lepidum 45) patrem.
De uxore ita ut poſſedi nihil mutat Chremes. 46) CHR. Cauſa optima eſt,
Niſi quid pater aliud ait. PAM. Nempe. 47) SI. Id ſcilicet. 48) CHR. Dos Pamphili *) eſt
Decem talenta. PAM. Accipio. CHR. Propero ad filiam. 49) eho mecum Crito; 50)
Nam illam me credo haud noſſe. SI. Cur non illam huc transferri iubes?
PAM. Recte ammones. Davo ego iſtuc dedam 51) iam negotii. SI. Non poteſt.

37) Critonis 38) expectabo et permittam 39) nomen edicere 40) quomodo vocaretur 41) oportet 42) o Chremes 43) bene *) *edit. absq. ſigno interrog.* 44) tuam 45) dulcem ſuavem 46) vel? 47) nihil aliud dicet 48) conſentio *) *edit.* Pamphile 49) meam Glycerium 50) o Crito veni 51) committam.

---

nullos nodos habet. v. Feſtum in hac voce.

40. *numquid*] ponitur pro ſimplici *num.* Liv. VII. 25. *numquem plebeii conſulis poeniteret,* ubi v. Drak.

44. *credo credere*] talis geminatio eſt infra V. 1 et 2. *me putet non putare.* v. Duker. de latinit. veter. Iurisconſ. p. 331.

46. *de uxore*] i. e. quod ad uxorem attinet. in Ad. II. 1. 50. *de argento, ſomnium.* Cic. ad Div. I. 1. *Hortenſii ſententia cedit religioni de exercitu.* Sueton. in Tiber. c. 13. *de cognitione interceſſit Auguſtus.*

PAM. Qui [52]) non poteſt? SI. Quia habet aliud magis ex ſeſe, [53]) et maius. PAM. quidnam? SI. Vinctus eſt.
PAM. Pater, non recte vinctus eſt. SI. Haud ita iuſſi. [54]) PAM. Iube ſolvi, obſecro.
SI. Age, fiat. PAM. At matura. [55]). SI. Eo intro. [56]) PAM. O fauſtum [57]) et felicem hunc diem!

(Actus V. Scena V.) CHARINUS. PAMPHILUS. DAVUS.

CHAR. [58]) Proviſo quid agat Pamphilus, atque eccum. [59]) PAM. [60]) Aliquis forſitan *) me putet
Non putare hoc verum. [61]) At mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet. [62])
Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quod voluptates eorum [63]) propriae [64]) ſunt. Nam mihi immortalitas
Parta [65]) eſt, ſi nulla aegritudo [66]) huic gaudio [67]) interceſſerit.

52) quare 53) tractare 54) non ita leviter iuſſi 55) accelera 56) ingredior 57) bonum 58) Charinus ſollicitus, utrumnam Pamphilus Philumenam duceret, an illum permitteret ducere, veniendo ad eum, ſecum dicebat 59) ecce illum 60) ſecum *) *edit.* forſan 61) quod dicam 62) placet 63) ſecundum Epicuros quibus aliquid oblectat 64) perpetuae 65) praeparata 66) triſtitia 67) quod hodie ſuſcepi devote.

---

52. *non recte*] i. e. non iuſte, non ob iuſtam cauſam. Eſt luſus in duplici ſenſu vocis *recte*. Nam Simo ioculariter ſic intelligit, quaſi Pamphilus dixiſſet; non diligenter vinctus eſt. v. Don. ad h. l.

Act. V. Scen. 5.

1. *Proviſo*] i. e. prodeo, ut videam. in Eun. III. 1. 4. *huc proviſo*. in Ad. V. 6. 1. *ego hinc ad vos proviſo*. v. not. ad II. 4. 1.

2. *lubet*] Bentl. eleganti coniectura legit *liquet*.

4. 5. *mihi immortalitas parta eſt*] i. e. beatiſſimus ſum. Plaut. in Merc. III. 3. 18. Eadem ſen-

Sed quem ego potiſſimum mihi exoptem *) nunc
cui haec narrem, dari? 68)
CHAR. 69) Quid illud gaudii eſt? PAM. Davum
video. Nemo eſt, quem malim *) 70)
omnium.
Nam hunc 71) ſcio mea ſolide 72) ſolum gaviſurum
gaudia.

(Actus V. Scena VI. DAVUS. PAMPHILUS. CHARINUS.)

DAV. Pamphilus ubinam hic eſt? PAM. Dave.
DAV. Quis homo eſt? PAM. Ego ſum.
DAV. O Pamphile.
PAM. Neſcis quid mihi obtigerit? DAV. Certe. 73)
Sed quid mihi obtigerit, 74) ſcio.
PAM. Et quidem 75) ego. 76) DAV. More hominum
evenit, ut quod ſim nactus 77) mali,
Prius reſciſſeres 78) tu, quam ego illud, quod tibi
evenit boni.
PAM. Mea Glycerium ſuos parentes repperit. DAV.
O *) factum bene! CHAR. Hem.

*) optem 68) obviari 69) ſecum *) *edit.* mallem 70) magis velim 71) Davum 72) integre. ſincere 73) neſcio 74) ſcio me ligatum fuiſſe 75) certe 76) ſcio 77) paſſus 78) ſcires *) *edit. omitt.* o.

---

tentia dicitur in Heaut. IV. 3. 15. *Deorum vitam apti ſumus.* in Hec. V. 4. 3. *Deus ſum*, ſi hoc ita eſt. De hac formula v. Paſſeratium ad Propert. II. 14. 9. et interpretes ad Petron. c. 132.

6. *mihi dari*] h. e. mihi obviam dari. in Eun. IV. 3. 5.

8. *gaviſuram gaudia*] ſaepe Latini Graecos imitati verbis neutris accuſativum ſuae cognationis addunt ex. gr. gaudere gaudium, iurare iusiurandum, ſervire ſervitutem, bellare bellum, coenare coenam, ſomnium ſomniare, errorem errare, vitam vivere. v. Periz. ad Sanct. Minerv. III. 3. p. 303.

Act. V. Scen. 6.

3. *nactus*] nanciſci, adipiſci, potiri tam de malis quam de bonis dicitur Phorm. III. 3. 10. Nepos in Attic. c. 21. Gellius I. 2. 4. potiri, in malam partem eſt in Phorm. III. 1. 5. v. Graev. ad Gellii loc. cit.

PAM. Pater, 79) amicus ſummus nobis. DAV. Quis? PAM. Chremes. DAV. Narras probe.
PAM. Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. CHAR. 80) Num ille ſomniat
Ea, quae vigilans voluit? PAM. Tum de puero. 81) Dave. DAV Ah. ah. deſine.
Solus 82) eſt, quem diligant Dii. CHAR. 83) Salvus ſum, ſi haec vera ſunt. 84)
Adibo 85) et *) colloquar. 86) PAM. Quis homo eſt? o Charine, in tempore ipſo *) advenis.
CHAR. Bene factum. PAM. Em. Audiſtin? CHAR. Omnia. 87) Age, me in tuis ſecundis 88) rebus *) reſpice. 89)
Tuus eſt nunc Chremes. 90) Facturum, quae voles ſcio eſſe omnia.
PAM. Memini, atque adeo longum eſt, nos illum expectare, dum exeat.
Sequere me hac 91) intus. Apud Glycerium nunc eſt. *) 92)

79) Glycerii 80) ſecum 81) nato mihi habeas curam 82) ille puer 83) ſecum 84) quae iſti dicunt 85) Chremetem *) *edit. omitt.* adibo et 86) de filia *) *edit. add.* mihi 87) audivi 88) proſperis *) *edit. om.* rebus 89) o Pamphile 90) amicus et ſocer 91) in hanc partem *) *edit. om.* eſt 92) Chremes.

---

9. *ſolus eſt*] ſic legendum, non ſolum eſt. v. Bentl. His autem verbis ſumma felicitas deſcribitur in Phorm. V. 6. 14. Sic contra *infelices* Diis iratos dicebant. v. Schulting ad Sen. controverſ. I. p. 83.

12. *tuus eſt*] i. e. tibi favet. ad Quint. fratr. II. 1. *Plancius totus noſter eſt*. Ovid. epiſt. III. 80. *haec quoque noſtra fuit*. in Eun. II. 2. 39. v. Burmann. ad Ovid. Triſt. V. 4. 23.

13. *longum eſt*] i. e. nimium temporis elaberetur. Saepe etiam haec formula uſurpatur, cum brevitatis cauſa quaedam praetermittuntur. Ovid. Faſt. III. 719. ubi v. Heinſ. Sic *infinitum eſt* apud Cic. ad Div. I. 9. Veteres

Tu Dave, abi domum propere. *) 93) Accerſe 94) hinc, qui auferant eam, quid ſtas? quid ceſſas? DAV. Eo,
Ne expectetis, dum exeant; 95) huc intus deſponſabitur.
Intus tranſigetur, 96) ſi quid eſt, quod reſtat, *) ω plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.†) P. TERENTII AFRI ANDRIA FINIT.

Quo tempore aut quo loco haec prima fabula acta ſit, minime oſtendit, cum de aliis manifeſtet et locum et tempus, etiam per conſules Romanorum ſive per aediles curules, quo videlicet tempore acta ſit apud Graecos, et quo apud Latinos. ††)

*) *edit.* propera *et diſtinguunt poſt* domum 93) celeriter 94) evoca famulos 95) Chremes et Glycerium 96) explebitur *) *ſic a prima manu ſed mutatum in* reſtet. †) olim lectum eſſe videtur *recenſuit.* ††) *hoc additamentum deeſt in edit.*

---

autem fere ſemper dicunt, longum eſt, non *longum foret* vel *eſſet*, ut hodie loquuntur.

15. *auferant eam*] quae per ſe incedunt, non *auferri*, ſed *abduci* dicuntur. v. Voſſium de latinit. merito ſuſpecta. c. 16. Sed utitur hic verbo *auferre*, quod puerpera nondum incedere poterat.

# E U N U C H U S.

# INCIPIT EUNUCHUS.

## PROLOGUS EUNUCHI.

Si quisquam eſt, [1]) qui placere ſe ſtudeat bonis [2])
Quam plurimis, et minime multos laedere,
In his [3]) poeta hic [4]) nomen profitetur ſuum;
Tum ſi quis eſt, qui dictum [5]) in ſe inclementius [6])
Exiſtimavit eſſe, ſic exiſtimet, *) ſciat, praeſumat, **)

1) poetarum 2) hominibus 3) inter illos 4) ego 5) a me 6) acerbius *) *a prima manu* exiſtimat *correctum in* exiſtimet **) *edit. omitt.* ſciat, praeſumat *ex gloſſis in textum irrepta.*

---

Prologus.

1. *ſtudeat*] *ſtudeant* legendum eſſe, non *ſtudeat*, egregie docet Bentlei. Nam quisquam etiam cum plurali verbo conſtruitur. Liv. IX. 36. *eam ſilvam intrare haud vere quisquam audebunt.* XXXVIII. 26. *nec procurrere quisquam ab ordinibus ſuis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant.* Sic e Mſſ. reſtituit magnus Gronov. at Drakenb. in priore loco revocavit vulgarem ſcripturam *audebat*, male dubitans, an *quisquam* plurali verbo iungatur. Similiter *aliquis* plurale verbum adiunctum habet. in Ad. IV. 4. 25. *aperite aliquis.* v. Gronov. de vet. Iurisconſ. II. 4. 76.

2. *quam plurimis*] capiendum, quaſi ſit vox una; opponitur *minime multis* i. e. paucis. v. Periz. ad Sanct. Min. IV. 7. 693. et Bentl. ad h. l.

3. *in his*] i. e. inter hos. Nepos in Miltiad. c. 4. *domi creati* x *praetores, in iis Miltiades.* v. Graevium ad Sueton. Auguſt. c. 2.

*nomen profitetur*] ſic dicitur, qui ſe vult inter aliquos numerari. Loquendi ratio ducta eſt vel a delectu militari, in quo cives, qui conſcribebantur, nomina profiteri dicebantur vel a magiſtratum petentibus, quornm nulla ratio habebatur, niſi nomina inter candidatos profeſſi eſſent. v. Liv. II. 19. XXVI. 18.

4. *inclementius*] i. e. aſperius, acerbius. Plaut. Amphitr. II. 2. 110. *iterum haec in me inclementer dicit.* Liv. IX. 34.

Reſponſum, non dictum 7) eſſe, quale ſit prius 8)
Qui 9) bene vertendo et eas deſcribendo *) male
Ex graecis bonis, latinas fecit non bonas,
Idem Menandri fabula, 10) nunc nuper dedit
Atque in theſauros *) ſcripſit 11) cauſam 12) dice-
re 13)
Prius unde 14) petitur aurum quare ſit ſuum 15)
Quam ille qui petit, 16) unde is ſit theſaurus ſibi 17)
Aut unde in patrium 18) monumentum 19) perve-
nerit. 20)
Dehinc ne fraudetur 21) ipſe ſe 22) aut ſi cogitet,

7) redditum tale 8) mihi datum i. e. non tam dure reſpondiſſe me, quam dure criminatus ſum ab illo 9) convitiando dicunt de me *) *edit.* easdem ſcribendo 10) alii pharma *pro quo lege phaſma, ut habent edition.* *) *corr. in* a theſauris. *Edit Zeun.* a theſauro. *Noſtri codicis lectio eſt unice vera, nam theſauros eſt nomen Graecum fabulae* Θησαυρος *latinis literis expreſſum.* 11) compulit 12) comparationem 13) Fabula Menandri, quam transtuli, ipſa fecit, ut ego maledicerer atque detraherer, atque eadem fabula ſcripſit i. e. exemplum coëgit dicere et ſimilitudinem a theſauris, videlicet quare ſit aurum magis illius, quam illius, qui poſtea petit vel hereditat. Similiter fabula, quae fuit Menandri, poteſt eſſe et Terentii, quia ipſe eſt uſus illa 14) a quo 15) proprium 16) poſtea 17) magis quam alteri 18) paternam 19) ſucceſſionem 20) ſi non ab atero (*l.* altero) deveni illi prius 21) decipiat 22) malevolus.

---

7. *eas deſcribendo*] Bentleius ex antiquis libris legit *qui bene vertendo et easdem ſcribendo male.* Senſus hic eſt: Lavinius Luſcus bene nimis et fideliter verbum e verbo vertendo easdem male ſcripſit i. e malus ſcriptor Lavinius fuit ſervili illa induſtria. Bentleianam rationem probat Gesnerus in theſauro lat. ling. v. deſcribo.

11. *unde petitur*] i. e. a quo petitur ſive reum. Eſt ex ſermone Iureconſultor. qui actorem dicunt, *petere* et *petitorem,* reum, unde petitur. v. Manut. ad Cicer. epiſt. ad Div. VII. 11. et Gronov. ad Senec. de conſtant. c. 14. Videtur autem in poeta ignorantia ordinis iudiciorum; nam actor prius cauſam dicebat, tum reus, qui reſpondebat.

12. *quam ille*] ſupplendum facit; alioquin *illum* dicendum erat. v. Giphan. in ind. Lucretii. v. comparativus.

Deſunctus [23] iam [24] ſum, nihil eſt, quod dicat mihi; [25]
Is ne erret moneo, et deſinet laceſſere.
Habeo multa alia [26] nunc, quae condonabuntur [*]
Quae proferentur, poſt ſi perget laedere
Ita ut facere inſtituit, [27] quam nunc acturi ſumus
Menandri eunuchum, poſtquam aediles emerunt,
Perfecit ſibi ut inſpiciundi eſſet copia;
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occepta eſt agi.
Exclamat, [28] furem, non poetam, fabulam
Dediſſe, et nihil dediſſe, verborum tamen;

23) quod 24) ego 25) Terentius qui mortuus eſt 26) iacula
*) *edit.* condonabitur 27) decrevit 28) malevolus.

---

15, *defunctus iam ſum*] i. e. iam hoc negotio liberatus ſum, nihil amplius mihi ab illo metuendum eſt. Defunctus aliqua re proprie dicitur, qui ita illa functus ſit, ut nihil ſuperſit, quo fungatur, qui agendo et patiendo effecit, ut in poſterum ab agendo vel patiendo liber ac ſolutus ſit. Caelius in epiſt. Cicer. ad Diverſ. VIII. 1. *hoc mendacio, ſi quae pericula imminerent, ut defungeremur exoptavi*, ubi v. Manut. Liv. II. 35. *adeo infenſa erat coorta plebs, ut unius poena defungendum eſſet patribus;* ubi v. Drakenb.

17. *quae nunc etc.*] quorum venia nunc illi dabitur. Notanda eſt rariſſima conſtructio, quam bene tuetur Rivius ad h. l. Condonare conſtruitur cum duplici accuſativo perſonae et rei. Phorm. V. 7. 54. *argentum, quod habes, condonamus te.* Iam ut recte dicimus *docere aliquem philoſophiam* et in paſſivo *doceri philoſophiam*, ſic et recte dicitur *condono illis argentum* et quod condonatur argentum in accuſat.

21. *inſpiciundi*] i. e. examinandi. Cic. pro Caecinna c. 21. *tamquam ſi arma militis inſpicienda ſint.* Juſtin. II. 15. *legatos mittere ad inſpiciendam rem.*

22. *magiſtratus cum ibi adeſſet*] legendum potius *adeſſent*, quam adeſſet. Magiſtratus ſunt duo aediles, apud quos comoediae privatim agebantur, antequam publice agerentur. v. Bentlei. ad h. l. Vox *magiſtratus* apud veteres non dicitur ſingulari numero de eorum collegio, qui praeſunt rei publicae, ut nunc loquuntur, ſed de uno homine, qui honorem gerit. v. c. de conſule, praetore, aedile. Cum autem de collegio loquuntur, utuntur numero multitudinis. v. Graev. ad Juſtin. II. 10. et interpret. ad Liv. XXXIV. 61.

Colacem 29) eſſe Nevii, *) et Plauti, veterem fabulam.
Paraſiti perſonam inde ablatam, et militis;
Si id eſt peccatum, peccatum imprudentiae **) eſt
Poetae, non qui ***) 30) furtum facere ſtuduerit; 31)
Id ita eſſe vos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri eſt, 32) in ea 33) eſt paraſitus colax 34)
Et milesglorioſus; 35) eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in eunuchum ſuam 36)
Ex graeca, 37) ſed eas fabulas factas prius 38)
Latinas ſciſſe ſe, id vero pernegat.
Quodſi perſonis 39) hisdem uti aliis 40) non licet,
Qui 41) magis licet currentis 42) ſervos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices 43) malas,
Paraſitum edacem, 44) glorioſum militem 45)
Puerum ſupponi, 46) falli per ſervum 47) ſenem.
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
Nullum eſt iam dictum, quod non ſit dictum prius.
Quare 48) aequum 49) eſt, vos cognoſcere atque ignoſcere 50)

29) fabulam *) *edit.* Naevii **) *edit.* imprudentia ***) *edit.* non quo 30) quo 31) poeta 32) nominata eſt fabula Menandri 33) fabula 34) nominatus 35) Terentius nobilis Comicus, quia militavit in poetria 36) in comoediam eunuchi 37) fabula Menandri 38) ante ſe 39) comicorum ſcilicet 40) niſi his qui prius eas compoſuerunt 41) quomodo 42) accuſativ. 43) fabulas ubi iſti introducuntur 44) guloſum 45) Thraſonem 46) Cheream ſub habitu eunuchi 47) Parmenonem 48) ob quam rationem 49) iuſtum eſt 50) indulgere.

---

32. *Eunuchum ſuam*] *ſuam* refertur ad intellectam comoediam.

41. *prius*] i. e. olim. Horat. Carm. II. 4. 2. *prius inſolentem ſervæ Briſeis niveo colore movit Achillem.* Sic *priores* ſunt antiqui infra II. 2. 15. *ſeculum prius.* v. Heinſ. ad Ovid. metam. XV. 104.

Quae veteres factitarunt, ſi faciunt novi. [51])
Date operam, [52]) et cum ſilentio animum attendite, [53])
Ut pernoſcatis, quid ſibi eunuchus velit. [54])

## EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT EUNUCHUS. ACTA LUDIS MEGALENSIBUS. LUCIO. [54 a]) POSTUMIO. ALBINO LUCIO [55]) CORNELIO MERULA AEDILIBUS CURULIBUS. EGERE. [56]) AMBIVIUS TURPIO LUCIUS [57]) ATTILIUS PRAENESTINUS GRAECA MENANDRI. [57 a]) ACTA SECUNDA. [58]) MODULAVIT [58 a]) FLACCUS CLUDITIBIIS DUABUS DEXTRIS. [59]) M. VALERIO. G. MUMMIO. [60]) FANNIO [61]) CONSULIBUS.

## EXPOSITIO TITULI CUM ARGUMENTO.

Acta ludis Megalenſibus. Ita eſt iungendum. Acta eſt, recitata eſt graeca fabula Menandri de eunucho, Lucio, Poſtumio, Albino, Cornelio, Merula aedilibus curulibus. Aediles curules, qui erant apud Romanos, magni honoris magnaeque dignitatis habebantur, officium ſcilicet habentes ſuper aedes curiales. Praeerant enim curiae et ordini ſenatorum. Quorum amminiſtrationis tempore ſi quid agebatur, non ſolum in Romano imperio, verum etiam in Graecia eorum nomine notabatur, ſicut hic oſtenditur. Dum enim agerentur ludi

51) poetae 52) ſtudium 53) perſpicue noscatis 54) poſcat 54 a) *edit.* L. 55) *edit.* L. 56) *edit. praemittit* L. 57) *edit.* L. 57 a) *edit.* Menandru 58) *edit. pro* ſecunda *habet* II 58 a) *edit.* modos fecit *ſed noſtra lectio eſt fere veterum omnium teſte Lindenbrog.* 59) *edit. pro his tribus vocabulis habet* Claudi *et* tibiis du. dextris *ponit poſt* Praeneſtinus; *at Bentleius qui dedit* Praeneſtinus. Modos fecit Flaccus Claudi tibiis duabus dextris *magis conſentit cum MS.* 60) *edit. et Bentl. omitt.* G. Mummio. 61) *edit. et Bentl.* C. Fannio.

apud Megalem civitatem Graeciae in honorem Iovis Olimpici eſſentque apud Romanos aediles curules iſti, recitata eſt graeca fabula Menandri apud Megalem. Egere id eſt fecerunt vel amminiſtraverunt hos ludos Megalenſes in Graecia, quando iſta fabula graeca Menandri de eunucho recitata eſt. Ambivius Turpio Lucius. Attilius. Praeneſtinus graeca Menandri. Superius iungendum eſt iſtud. Graeca Menandri. i. ita eſt acta graeca Menandri. Acta ſecunda ita eſt iungendum. Secunda fabula eunuchi illa videlicet, quam Θ [62]) poſt Menandrum latino ſermone compoſuit. Acta eſt i. e. recitata eſt Marco, Valerio, Gaio Fannio conſulibus. Ipſam vero latinam fabulam modulavit Flaccus clauditibiis duabus dextris. Quod Menander primum compoſuit fabulam Andriae graeco ſermone, deinde vero Θ latino, iam dictum eſt et quod eius recitator fuerit Calliopius. At vero modulator eius comediae fuit Flaccus optimus tibicen, unde hic dicitur hanc fabulam modulaſſe duabus dextris tibiis claudi. Claudum autem genus tibiarum eſt, inaequalibus fiſtulis factum, unde et claudum vocatur, eo quod fiſtulam habeat breviorem in modum claudi. Dextrae autem tibiae dicuntur, quoniam ex dextro crure gruis aliarumque avium meliores fiunt. Marco. [63]) valerio. Gaio nummio. [63]) fannio conſulibus. Iſti duo tunc temporis conſulatum gerebant Romae, quando Θ fabulae recitatae ſunt et nota p. c. [64]) comoedia iſta eunuchus appellatur, eo quod contineat in ſe fabulam eunuchi, unde et ſub feminino genere profertur, teſte Donato, [65]) quoniam ad comediam refertur.

62) *compendium ſcribendi pro* Terentius 63) *tollendum eſt ſignum diſtinctionis poſt nomina* Marco *et* Nummio, *pro quo ſcribendum eſt* Mummio 64) *explico* per compendium 65) *Donatus enim quanquam in prologo ait* (v. edit. Zeun. p. 257.) hanc masculini generis nomine nuncupatam eſſe fabulam, *tamen in fine dicit* haec Eunuchus Terentiana ſcripta eſt, *quo reſpexit auctor noſter.*

Argumentum autem ſequentis fabulae perbreviter dicendum eſt, quoniam ſatis in ipſo contextu videbitur. In hac fabula introducit quemdam iuvenem nomine Phaedriam, filium ſenis, qui vocabatur Laches. Hic ergo Phaedria cum amaret quandam meretricem pulcherrimam nomine Thaidem, quae amabatur a quodam milite, qui vocabatur Thraſo, ipſa rogante emit ei eunuchum iam vetulum nec non puellam Ethiopiſſam. Factumque eſt, ut eo ipſo die, quo haec munera miſit Phaedria iuvenis meretrici Thaidi per ſervum ſuum nomine Parmenonem, mitteret ei et miles Thraſo puellam ſatis pulchram, quae vocabatur Pamphila per quendam paraſitum ſuum, qui vocabatur Gnato. Dum ergo Gnato paraſitus puellam, quae a milite mittebatur, duceret Thaidi, vidit illam minor frater Phaedriae qui vocabatur Cherea, dum ageret ex collatione prandium cum aliis adoleſcentibus in proximo loco, cuius nomen erat Pireus, tantoque amoris ardore in illam puellam exarſit, ut ſtatim relinquens ſocios inſequeretur eam. Sed antequam perveniſſet ad domum meretricis, quo ducebatur puella, ante introduxit eam paraſitus. Perveniensque ad ianuam ipſe adoleſcens repperit ibi Parmenonem ſervum fratris ſui Phaedriae, miſſum ad hoc ut eunuchum et Ethiopiſſam Thaidi traderet. Quem dum percontaretur triſtis, quo, inquit, abiit puella, ait ei Parmeno, Thaidi donata eſt. Tum communi conſilio tractantes illi duo Parmeno videlicet ſervus, et Cherea frater domini ſui, exuit ſe adoleſcens Cherea veſtibus ſuis, et indutus eſt veſtibus eunuchi, quoniam tunc temporis eunuchi habitu etiam diſcernebantur, ſicque loco eunuchi cum Ethiopiſſa Thaidi traditus eſt a ſervo ob hoc videlicet, ut voluptatem ſuam ex puella a Thraſone miſſa expleret. Quod ita contigit. Nam ſine mora Thais meretrix, ſperans illum eunuchum eſſe duas ob cauſas videlicet propter veſtimentum, et quia inberbis ephebusque erat, inter ceteras commendavit

ei etiam Pamphilam, quam amabat. Mos eſt enim puellarum curam eunuchis committere, ſed quid actum eſt? Dum igitur Thais milite Thraſone rogante ad domum eius profecta eſſet, adoleſcens ſolus, qui pro eunucho tenebatur, in cellula cum Pamphila degens optatum explevit genium. Quo peracto ut libuit, ſtatim egreſſus eſt, remeans ad propria. Quod dum agnitum eſſet per Phithiam ancillulam, quam reliquerat Thais ad cuſtodiendam domum, ille vetulus eunuchus adhuc indutus veſtibus adoleſcentis in domum Phaedriae domini ſui comprehenſus eſt. Statimque flagellis afflictus confeſſus eſt ordinem rei, quod adhuc latebat Phaedriam. At cetera, quae ipſe comicus urbaniſſime dilatat, ſequentia perlegens animadvertere quibit.

## (Actus I. Scena I.) PHAEDRIA. PARMENO.

PHAEDRIA. 1) Quid igitur faciam? Non eam, 2) ne nunc quidem,
Cum accerſor *) ultro. 3) An potius ita me comparem, 4)
Non perpeti meretricum contumelias?
Excluſit: 5) revocat. Redeam? Non, 6) ſi me obſecret.
PARM. Si quidem 7) hercle poſſis, 8) nihil prius, 9) neque fortius.
Verum ſi incipies, 10) neque perficies *) naviter, 11)

1) Iſte iuvenis, dum veniſſet ad domum meretricis, quae vocabatur Thais, nec eſſet ab ea intromiſſus, quoniam alium convivalem ſuum ſecum habebat, nimium indignans reverſus eſt ad domum ſuam coepitque ita furibundus loqui ad Parmenonem ſervum ſuum: Quid faciam modo? Etiam ſi me obſecraverit Thais, ut veniam in domum eius, quae modo excluſit, non ideo veniam. Tum Parmeno ſervus: ſi, inquit, hercle poſſis te continere ab ea, ut eam non adeas, neque melius neque fortius unquam agere poteris. Verum ſi incoeperis te continere et eam ſpernere, poſteaque ſtimulatus ſtimulo ardoris (l. amoris) ultro ad eam veneris, actum eſt ſtatimque captus eris ab ea 2) ibo *) *edit.* arceſſor 3) a Thaide 4) comparabo voluptatibus illius et aſſimulabor 5) me a domo ſua 6) deeſt etiam 7) certo 8) amovere te ab ea 9) unquam poteris agere 10) iterum amare *) *edit.* pertendes *probante Bentl.* 11) perfeceris ſtrenue.

---

Act. I. Scen. 1.

4. *excluſit*] i. e. non admiſit. proprium verbum in re meretricia. Quintil. declamat XV. p. 308. *imperavit ſibi meretrix, ne adoleſcentis lacrimis moveretur, excluſit* v. quae annotavimus ad Xenophont. memorabil. Socrat. II. 235.

6. *pertendes*] *pertendere* eſt ad finem usque tendere, propoſitum proſequi in Heaut. V. 5. 9. v. Rivium ad h. l.

Atque ubi [12] pati non poteris, [13] cum nemo expectet, [14]
Infecta [15] pace ultro ad eam venies, indicans
Eam *) te amare, [16] et ferre non poſſe. [17] Actum eſt ilicet. [18]
Periſti, [19] eludet, [20] ubi te victum ſenſerit. [21]
PH. Proin [22] tu [23] dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita. [24]
PAR. Ere, [25] quae res in [26] ſe neque conſilium neque modum [27]
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
In amore haec omnia inſunt vitia: [28] Iniuriae [29]
Suſpiciones, Inimicitiae, [30] Induciae, [31]

12) poſtquam 13) impetum ardoris 14) te expetet 15) nondum ſolidata *) *edit. deeſt* eam 16) illam. *Ex hac gloſſa, quae non convenit ante inſerto vocabulo* eam *patet, in archetypo ſcholiaſtae defuiſſe* eam 17) ardorem illius 18) ſtatim 19) perditus es 20) te meretrix 21) amore ſuo. 22) deinde 23) Parmeno 24) quae agere debeamus 25) o domine 26) amor meretricis 27) temperamentum 28) vitia amoris enumerat 29) multae iniuſtitiae 30) inter rivales 31) meretricum.

---

7. *pati non poteris*] i. e. ubi durare vel vivere ſine Thaide non poteris. *Pati* nullo adiecto nominis caſu eſt obdurare graece καρτερεῖν quam verbi poteſtatem illuſtrarunt viri ſummi Grotius ad Luc. V. 316. et Gronov. ad Senecae Thyeſt. v. 470. in Hec. I. 2. 108. *ubi non quit pati* in Heaut. IV. 5. 14. *non poſſum pati, quin tibi caput demulceam.* Mox v. 9. pro eo dicit *ferre non poſſe.*

9. *ilicet*] deſperantis formula eſt, ſicut *actum eſt*, quae ex iudiciis manavit. Nam praetor, cum agendarum rerum finem facere vellet, praeconem clamare iubebat *ilicet* i. e. ire licet. v. Donat. ad h. l. Serv. ad Aen. II. 424. et Geſner. ad Claudian. ep. II. 19.

10. *eludet*] i. e. tibi illudet, te irridebit. Liv. XXVI. 22. *eludant nunc antiqua mirantes;* ubi v. Gronov. Curt. VIII. 1. *Iovis oraculum eludens.*

*victus*] victus dicitur, qui non poteſt amori reſiſtere infra I. 2. 98. *labaſcit, victus uno verbo.* v. Burmann. ad Ovid. amor. II. 18. 11.

12. *neque conſilium neque modum habet*] *conſilium* eſt ratio, *modus* moderatio. Virg. Ecl. II. 68. *quis modus adſit amori.*

Bellum, pax rurſum. Incerta haec ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,[32]
Quam ſi des operam,[33] ut cum ratione[34] inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,[34a]
Egone[35] illam?[25a] Quae illum?[36] Quae me?[37] Quae non?[38] Sine modo.
Mori me malim.[39] Sentiet[40] qui vir ſiem.
Haec verba[41] una me hercle falſa lacrumula,[42]
Quam oculos terendo[43] miſerae[44] vix vi expreſſerit,
Reſtinguet, et te ultro accuſabit[45] et dabis ei
Ultro ſupplicium.[46] PH. O indignum facinus![57] Nunc ego

32) nihil aliter ages neque perficies 33) ſtudium 34) ſana mente inſan. quod non poteſt fieri 34 a) hoc quod dicam 35) per ſingula commata eſt ſemper eclipſis (ellipſis). 35 a) ſcilicet digner amare 36) alium mihi praetulit 37) deſpexit 38) me admiſit 39) quam ab illa ſuperari 40) qualis 41) dura 42) una pars iuramenti id eſt per Deum Herculem 43) fricando 44) miſerabiliter 45) apud te 46) de te ipſo, offeres te illi ad ſupplicium quoddam 47) Thaidis.

---

20. *egone illam*] haec per apoſiopeſin dicta ita ſupplenda ſunt: egone illam amem, quae illum excepit, quae me excluſit, quae non admiſit. v. Donat. ad h. l.

*ſine modo*] *ſine* et *ſine modo* comicae formulae ſunt, quae comminandi vim habent infra IV. 61. Plaut. in Aſinar. V. 2. 48. *ſine venias modo domum.*

21. *ſentiet*] h. e. magno ſuo malo experietur; ſentire ſaepe habet ſignificationem damni ac mali. Horat. Carm. III. 23. 5. Phaedr. fab. V. 2. 4. v. Duker. ad Flor. III. 2. et Drak. ad Sil. Italic. XII. 27.

22. *una falſa lacrimula*] nihil ſcribi potuit maiore artificio et elegantia exquiſitiore. Tales autem falſas lacrimas et vi expreſſas Virgilius vocat coactas Aen. II. 196. ubi v. Heinſ.

23. *miſere*] i. e. valde, vehementer. Rectius tamen Bentl. ex Mſſ. legit *miſera* i. e. ſe miſeram fingens.

25. *nunc*] h. l. efficiaciam habet et idem valet quod *ſero, tandem.* v. Burmann. ad Petron. c. 44.

Et illam ſceleſtam eſſe, et me miſerum ſentio.
Et taedet, 48) et amore ardeo. Et prudens, ſciens,
Vivus, videnſque pereo, nec quid agam ſcio.
PAR. Quid agas? 49) Niſi ut te redimas 50) captum 51) quam queas
Minimo? ſi nequeas paululo, at quanti queas,
Et ne te afflictes. PH. Itane ſuades? PAR. SI ſapis 52)
Neque praeterquam 53) quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas, et illas quas habet, recte feras.
Sed ecca 54) ipſa egreditur 55) noſtri fundi 55 a) calamitas.
Nam quod nos capere 56) oportet, haec intercipit. 57)

48) anxietatem mentis patior 49) et quid ageres 50) abſtrahas 51) captivatum 52) ſapienter agis 53) ſub una parte 54) Thais 55) de domo ſua ut veniat ad nos 55 a) patrimonii 56) in cibis et in aliis rebus 57) ante capit.

---

26. *miſerum*] ſcilicet ex amore. Miſeri ſaepe apud comicos dicuntur perdite amantes, non agnoſcunt leges ac iura miſeri.

27. *prudens ſciens*] haec ſaepe iunguntur. Cic. epiſt. ad Attic. X. 9. in Heaut. IV. 1. 20. *te inſcientem atque imprudentem dicere ac facere omnia.*

28. *vivus videnſque*] eſt locutio proverbialis, quae fluxit e graeco βλέπων καὶ ζῶν. v. Lamb. ad Lucret. III. 1059.

30. *quanti queas*] Sic Plaut. in Epidic. II. 2. 110.

34. *noſtri fundi calamitas*] noſtra pernicies. Locutio translata eſt a re ruſtica. Nam calamitas proprie eſt grando, quae calamos frangit. Cic. Verr. III. c. 98. *annona pretium niſi in calamitate fructuum non habet;* inde transfertur ad alia damna. Sic Verres apud Cicer. in Verr. II. c. 37. calamitas Siculorum dicitur et Verrina l. c. 38. comparatur calamitoſae tempeſtati. v. Gronov. obſerv. III. 9.

35. *capere*] proprie dicitur de reditibus vectigalium in Phorm. V. 3. 7. Nepos in Alcib. c. 9. *ex quo caſtro quinquagena talenta vectigalis capiebat.*

*intercipit*] proprie eſt in medio aliquid capere nec pati pervenire ad locum deſtinatum. Ovid. Metam. VIII 292. de apro, qui Cererem in ſpicis intercipit. Literae ſaepius intercipi dicuntur. v. Gronov. obſerv. III. 9. et Periz. ad Sanct. Min. III. 3. p. 348.

(Actus. I. Scena. II.) THAIS. PHAEDRIA. PARMENO.

THAIS 58) Miſeram me! Vereor, ne illud gravius Phaedria
Tulerit. Neve aliorſum 59) atque 60) ego feci 61) acceperit,
Quod heri intromiſſus non eſt. PHAEDR. Totus, Parmeno, 62)
Tremo, horreoque 63) poſtquam hanc aſpexi. PARM. 64) Bono animo es. 65)
Accede ad ignem hunc; 66) iam caleſces plus ſatis.
TH. Quis hic loquitur? Ehem. Tun 67) hic eras, mi Phaedria?
Quid hic ſtabas? Cur non recta 68) introibas? PAR. Caeterum
De excluſione verbum nullum. 69) TH. Quid taces? 70)

58) haec meretrix cognoſcens, Phaedriam nimium graviter tuliſſe, quod Phaedriam ad ſe venientem non recepiſſet, egreſſa a domo pergebat ad illum, ſimulque, dum iret, ſecum iſta loquebatur 59) alio ſenſu 60) quam 61) fecerim 62) o Parmeno 63) animo 64) ironicos 65) eſto 66) ad ipſam Thaidem 67) tune 68) ſcilicet via pro recte 69) dixit dominus meus 70) ſcil. mi Phaedria.

---

Act. I. Scen. 2.

2. *aliorſum acceperit*] i. e. aliter ſive aliam in partem interpretatus ſit, in Heaut. II. 3. 87. *aliter tuum amorem atque eſt accipis.*

5. *ad ignem hunc*] i. e. ad hanc tuam amicam. Ignis ſaepe dicitur de amoribus. Virgil. Ecl. III. 66. v. Heinſ. ad Ovid. epiſt. XVI. 102. Caeterum ſimili ſententia dicit Petron. c. 126. *tenta modo tangere corpus. Iam tua flammifero membra calore fluent* v. interpret. ad Apulej. Metam. II. 105.

*plus ſatis*] i. e. plus quam ſatis. infra III. 1. 32 *plus millies audivi.* v. interpret. ad Vellej. Paterc. II. 1.

7. *recta*] ſcilicet via.

10. *apud te primus*] i. e. praecipuus, quem omnibus antepo- nis, ut infra v. 71. loquitur, priores partes habet.

PH. 71) Sane quia vero hae 72) mihi patent ſemper fores,
Aut quia 73) ſum apud te primus. 74) TH. Miſſa iſtaec face. 75)
PH. Quid miſſa. 76) O. Thais Thais, utinam eſſet mihi
Pars aequa amoris tecum, ac pariter fieret!
Ut aut hoc tibi doleret 77) itidem 78) ut mihi dolet.
Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem.
TH. Ne crucia te, 79) obſecro, anime mi, 80) Phaedria.
Non pol, quo 81) quemquam plus amem, aut plus diligam,
Eo feci, 82) ſed ita erat res, faciundum fuit. 83)
PAR. 84) Credo ut ſit; 85) miſera prae amore excluſit hunc foras.
TH. Siccine ais Parmeno? Age. 86) Sed huc qua gratia

71) ironicos et negando 72) tuae 73) quaſi 74) praecipuus 75) fac omiſſa a te iſta 76) omiſſa 77) quod excluſus ſum a te 78) ſimiliter 79) i. e. ne crucias (l. crucies) te 80) comicum verbum et amatorium et pro una parte accipiendum 81) ut 82) ea ratione excluſi 83) neceſſe erat ut fieret 84) ſecum loquebatur ut poſſit audiri 85) ſicut ſaepe fit 86) bene mei cauſa.

---

11. *utinam eſſet mihi etc.*] i. e. utinam aequalis vel mutuus noſter amor eſſet. Ovid. epiſt. V. 168. *quoniam non ignibus aequis ureris.* Aequus eſt aequalis. v. Burmann. ad Lucan. V. 727. ad Aen. IV. 520. Conſtructione ſimilis eſt locus Vellei. Patercul. II. 31. *eſſetque ei imperium aequum in omnibus provinciis cum proconſulibus.*

16. *quo*] pro *quod, quoniam* Cic. pro Roſc. Amer. c. 18. *neque ego haec profero quo conferenda ſint cum hiſce etc.* Liv. XL. 26. ubi v. interpretes. *Eo* eſt *ideo* in Heaut. III. 2. 43. *neque eo nunc dico quo quidquam illum ſenſerim.*

17. *ita erat res*] i. e. ita res poſtulabat, ita opus erat. Plaut. in Menaechm. V. 1. 37. *ut veniat ad me, ita illic rem mihi eſſe dicito.*

18. *ut ſit*] i. e. fieri ſolet. Liv. IV. 22.

19. *Siccine ais*] hac formula utuntur qui aegre ferunt quod dicitur. v. infra IV. 7. 34. in Ad. I. 2. 48.

Te accerſi *) 87) iuſſi, auſculta. PH. Fiat. TH. Dic mihi
Hoc primum. Pontin eſt hic 88) tacere? PAR. Egone? Optume.
Verum heus tu hac lege tibi meam aſtringo fidem.
Quae vera audivi taceo et contineo optime.
Sin falſum aut vanum aut fictum eſt, 89) continuo palam eſt, 90)
Plenus rimarum ſum, 91) hac atque illac perfluo; 92)
Proin tu taceri 93) ſi vis, vera dicito.
TH. Samia 94) mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. 95)
PAR. Poteſt taceri hoc. TH. Tum ibi matri 96) parvolam
Puellam dono quidam mercator 97) dedit,
Ex Attica hinc abreptam. PH. Civemne? 98) TH. Arbitror.
Certum non ſcimus. Matris nomen et patris
Dicebat ipſa. Patriam et ſigna 99) caetera

*) *edit. ut ſolet* arceſſi 87) evocari 88) Parmeno ſervus tuus 89) quod ego audio 90) maniſeſtum fit aliis 91) nihil celare et retinere poſſum 92) non poſſum continere ſecretum 93) a me 94) de Samo inſula 95) *rodi; ita cum aſpiratione ſuperpoſita* 96) meae 97) effegeſis 98) atticam 99) regionis ſuae.

---

23. *contineo*] i. e. cuſtodio, ne proferantur, reticeo Cic. de Orat. I. 47. A vaſis, unde nihil effluat, metaphoram eſſe, bene vidit Donat.

25. *plenus rimarum ſum*] Continuat metaphoram a vaſis deſumtam. Sic Horat. Serm. II. 6. 46. *Perfluo* Bentl. legit *perpluo* ſed elegans eſt vulgata ſcriptura. Nam *fluere* non ſolum liquor dicitur, ſed et alia. Sic apud Liv. I. 59. *cultrum cruore manantem* ap. Ovid. Metam. VI. 312. *lacrimas etiamnum marmora manant.* v. Gronov. et Erneſt. ad Taciti annal. II. 23.

27. *habitabat Rhodi*] pro *in Rhodo.* Nam nomina inſularum et regionum ſaepe conſtruuntur ut nomina urbium. Virg. Aen. III. 162. *aut Cretae iuſſit.* Juſtin. VIII. 1. *Cypri exſulabat.*

Neque ſciebat, neque per aetatem etiam poterat. *)
Mercator hoc addebat, e praedonibus,
Unde emerat, ſe audiviſſe, abreptam e Sunio. 1)
Mater 2) ubi accepit, coepit ſtudioſe omnia
Docere, educare, 3) ita ut ſi eſſet filia.
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego cum illo, quocum 4) tum uno rem 5) habebam, hoſpite
Abii 6) huc, qui mihi reliquit haec quae habeo omnia.
PAR. Utrumque hoc falſum eſt, effluet. 7) TH. TH. Qui 8) iſtuc?
PAR. Quia neque tu uno 9) eras contenta, neque 10) ſolus dedit; 11)
Nam hic 12) quoque bonam magnamque partem ad te attulit.
TH. Ita eſt. Sed ſine me pervenire, 13) quo volo.
Interea miles, 14) qui me amare occoeperat, 15)

*) *edit.* potuerat, *quae vox Bentleio diſplicebat* 1) de fundo. Ager Athenis Sunius erat in ſuburbio civitatis, ubi puellulae ſolebant ludos exercere 2) mea 2) nutrire 4) cum quo ſolo 5) ſocietatem 6) veni 7) palam fiet 8) quomodo mentiar dic 9) hoſpite 10) ille 11) tibi omnia quae habes 12) Phaedria 13) loquendo 14) Thraſo 15) inceperat.

---

33. *per aetatem*] i. e. propter aetatem in Ad. V. 8. 8. *parere iam diu haec per annos non poteſt.* v. Drakenb. ad Liv. XXXIII. 13.

37. *docere*] i. e. aliis docendam tradere. Sic *erudire* apud Nepot. in Attic. c. 1.

*ita ut ſi eſſet filia*] i. e. ac ſi eſſet filia. in Phorm. II. 3. 62. omiſſa particula *ita.* Eodem ſenſu iunguntur *ut ſi* ap. Ciceron. de offic. I. 14. v. Nepos in Datame c. 3.

39. *quocum rem etc.*] conſuetudinem Veneream Hec. IV. 4. 96. *ſi cum illo habuerit rem poſtea.*

40. *reliquit*] ſcilicet teſtamento.

43. *bonam magnamque*] bonus h. l. idem eſt quod magnus. Horat. Serm. I. 1. 61. *at bona pars hominum* ubi v. ſcholiaſten. v. Valer. Max II. 9. 7.

In Cariam [16]) eſt profectus. Te interealoci [17])
Cognovi. Tute [18]) ſcis, poſt illa [19]) quam intimum [20])
Habeam te, et mea conſilia ut tibi credam omnia.
PH. Nec hoc [21]) tacebit Parmeno. PAR. Oh! dubiumne [22]) id eſt?
TH. Hoc agite, [23]) amabo. [24]) Mater mea illic [25]) mortua eſt
Nuper; eius frater aliquantulum *) ad rem eſt avidior.
Is ubi hanc forma videt **) honeſta virginem,
Et fidibus ſcire, [26]) pretium ſperans, ilico
Producit, vendit. Forte fortuna [27]) affuit
Hic [28]) meus amicus, emit eam, dono mihi, [29])
Imprudens harum rerum [30]) ignaruſque [31]) omnium
Is venit. [32]) Poſtquam ſenſit, me tecum quoque

16) provinciam 17) interim. adverbium temporis 18) o Phaedria 19) illud tempus 20) ſecretorum conſcium 21) vel ne hoc quidem. *atque ſic edit.* 22) quin non taceam 23) tacete 24) amabo defectivum verbum proprie comicum eſt blandientis ſenſum habens, quaſi ſi feceris quod volo amabo te; eſt autem abſolutum non requirens caſum 25) in Rhodo *) *edit.* aliquantum **) *edit. Zeun.* vidit *forſan operarum errore* 26) fidicen eſſe 27) felicitas 28) Thraſo 29) ut in donum mihi daret 30) ſocietatis meae et tuae et illius puellae 31) inſcius 32) miles de Caria.

---

46. *interea loci*] i. e. interim infra II. 2. 24. Liv. XXV. 19. In his locutionibus *locus* pro *tempore* poni debet. v. Gronov. ad Liv. XXVII. 7.

51. *ad rem etc.*] ad patrimonium conſervandum et augendum.

53. *fidibus ſcire*] elliptica locutio, in qua ſupplendum *canere* ut plene dixit Cic. Tuſc. quaeſt. I. 2. ſic *fidibus docere* apud Cic. ad Diverſ. IX. 22. et *fidibus diſcere* ap Cicer. de ſenect. c. 8. v. Gronov. ad Liv. XXIX. 4.

54. *producit*] i. e. venalem exponit. Verbum proprium hac in re, maxime de animatis in Heaut. I. 1. 92.

*forte fortuna*] i. e. feliciter. Hae voces ſaepe iunguntur et ſemper in bonam partem dicuntur in Phorm. V. 6. 1.

Rem habere, fingit cauſas, [33] ne det, [34] ſedulo.
Ait, ſi fidem habeat, [35] ſe iri praepoſitum tibi
Apud me; [36] ac non id metuat, [37] ne ubi acceperim,
Seſe relinquam, velle ſe illam mihi dare.
Verum id vereri. [38] Sed ego quantum ſuſpicor,
Ad virginem [39] animum adiecit. PH. Etiamne amplius? [40]
TH. Nihil. Nam quaeſivi [41] nunc ego eam, mi Phaedria.
Multae ſunt cauſae, quamobrem cupiam abducere. [42]
Primum, quod ſoror eſt dicta, praeterea ut ſuis [43]
Reſtituam ac reddam. Sola ſum, habeo hic neminem,
Neque amicum neque cognatum; quamobrem Phaedria,

33) invenit occaſiones 34) mihi eam ad praeſens. 35) ſi fidem ſervarem 36) praeponi ſe in amore tibi 37) ille miles 38) ne poſtquam dederit mihi illam puellam *ſupple: illam relinquam* 39) illam 40) vis dicere 41) ab illo 42) in meam poteſtatem redigere 43) parentibus.

---

58. *ſedulo*] i. e. data opera Liv. II. 58. *tardius ſedulo incedere.*

59. *ſi fidem habeat*] i. e. ſi efficiat argumento aliquo, ut mihi credat [ipſi credam] Sic *fidem dare* eſt in Andr. II. 3. 27.

63. *animum adiecit*] *adiicere animum ad aliquid* eſt cupiditatem alicuius rei nanciſci. Plaut. in Mercat. II. 2. 62. *ne ad illam me animum adiecisſe ſentiat.* Liv. XXII. 22. *obſidibus potiſſimum tradendis animum adiecit.*

*etiamne amplius*] mira verecundia dixit pro *eam ſtrupavit.* v. notata ad Andr. II. 1. 25.

65. *quamobrem cupio*] uſitatius eſſet *quamobrem cupiam.* Saepe tamen interrogationes cum indicativo conſtruuntur. v. quae notavimus ad Rutil. Lup. II. p. 98.

67. *ſola ſum*] hoc ſtatim explicat addens *habeo neminem neque amicum neque cognatum.* Sic *ſolitudo* dicitur de liberis, qui parentibus orbati ſunt. Cic. in Verr. I. 58. ut *illorum* [*liberorum*] *ſolitudo quam firmiſſimo*

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo 44) adiuta 45) me, quo id fiat facilius.
Sine illum 46) prioris partis *) hosce aliquot dies
Apud me habere. Nihil reſpondes? PH. Peſſima.
Egon quicquam cum iſtis factis tibi reſpondeam?
PAR. 47) Eu *) 48) noſter laudo. tandem perdo-
luit: 49) vir es.
PH. Aut *) ego neſciebam, quorſum tu 50) ires? 51)
Parvula

44) blandientis 45) adiuva 46) Thraſonem, ut gratior habeatur *) *ed.* priores partes 47) ſecum *) *edit. diſting. poſt* noſter 48) domine 49) Thais *) *edit.* Haut 50) loquendo 51) graviter loquitur.

---

*praeſidio munita ſit.* v. Gronov. ad Senecae conſolat. ad Marcum c. 24.

69. *parare amicos*] Bentlei. ex metri rationibus legit *parere amicos. Parere* idem eſt quod parare, acquirere in Andr. IV. 5. 2. *optavit parere hic divitias.* infra V. 2. 32. *ut ſolidum parerem hoc mihi beneficium.* Liv. XLII. 10. *acceſſiſſe ad vires eam, quae longo tempore pareret auctoritatem;* ubi v. Drakenb.

71. *priores partes habere*] i. e. tibi praeferri. Partes proprie in ſcena ſunt, quas quisque actorum ſub alterius perſona recitat. Hinc hiſtrionum alii primarum, alii ſecundarum, alii tertiarum partium dicuntur. Inde ad alia transfert Cic. pro Flacco c. 27. *ſervum primarum partium.* Liv. III. 10. *fabulam compoſitam Volſci belli Hernicos ad partes paratos*, ubi v. Drak. contra *poſteriores* omiſſa voce *partes* eſt in Ad. V. 4. 26. v. Victorii var. lection. III. 18. et Valeſ. in Mauſaci notas in Harpocrat. p. 293.

*hosce aliquot dies*] pronomen *hic* temporum nominibus adiunctum ſignificat tempus vel proxime elapſum vel proxime futurum. infra II. 3. 40. *his menſibus ſex, ſeptem.* Apud Graecos ἄτος eandem vim habet. v. Lamb. Bos exercitat. plilol. p. 75.

74. *vir es*] i. e. fortis es, audes aliquid. Frequens apud Livium et alios formula eſt *ſi vir es, ſi viri eſtis.* v. Drakenb. ad Liv. III. 67.

75. *at ego neſciebam*] rectiſſime e Mſſ. edidit Bentl. *at ego neſcibam.*

*quorſum tu ires*] i. e. quorſum tenderet oratio tua, quid dicere velles, in Ad. V. 3. 35. *iſtuc ibam* i. e. hac de re dicere volebam. Supra ſimiliter de ſermone tanquam itinere locutus eſt v. 44. *ſine me pervenire quo volo.*

Hinc 52) eſt abrepta: eduxit 53) mater 54) pro ſua.
Soror eſt dicta. Cupio abducere, ut reddam pro *) ſuis.
Nempe omnia haec nunc verba huc 55) redeunt. Denique *)
Ego excludor, ille 56) recipitur: qua gratia, 57)
Niſi illum plus amas quam me, et iſtam 58) nunc times,
Quae advecta eſt, ne illum talem praeripiat tibi? 58 a)
TH. Egone id timeo? PH. Quid te ergo aliud ſollicitat, cedo. 59)
Num ſolus ille dona dat? Nunc 60) ubi *) meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier? 61)
Nonne ubi mihi dixiſti, *) cupere te ex Aethiopia

52) ex Attica 53) nutrivit 54) mea *) *edit omitt.* pro, *quod mendoſe irrepſit ex praecedente verſu* 55) ut cum Thraſone ſis *) *edit. diſting. poſt* denique 56) Thraſo 57) hoc agis 58) puellam 58 a) *edit. non interrog.* 59) dic 60) dic *) *edit. iunctim* nuncubi, *quod nusquam inveniri putat Bentl.* 61) al. interclaudier. intercipi et reſtringi quin ſemper facerem quae voluiſti *) *edit* dixti.

---

80. *iſtam times, ne illum talem praeripiat tibi*] hoc dicitur pro times, ne iſta illum talem praeripiat tibi. Sic ſaepe in priore parte orationis ponitur accuſativus pro nominativo in poſteriore. infra V. 8. 5 *ſcisne me in quibus ſim gaudiis.* Cic. ad Div. IV. 1. *rem video quomodo ſe habeat.* Haec loquendi ratio ab utriusque linguae ſcriptoribus frequentatur in verbis ſciendi, videndi et ſimilibus. v. Gronov. ad Senec. de benefic. IV. 32. et Periz. ad Sanctii Minerv. II. 5. p. 188.

81. *talem*] i. e. virum tantum, tam egregium. Eſt per ironiam capiendum. *Talis* dicitur de illis, qui propter animi corporisque bona laude digni ſunt. in Ad. III. 1. 1. *talem, tali genere et animo.* Salluſt. in Iug. c. 63. *tamen is talis vir id locorum petere non audebat.* Sic *qualis* pro *quam excellens.* Ovid. Faſt. V. 460. *qui modo qualis eram* ubi v. Heinſ.

84. *in te claudier*] Bentl. legit *intercludier* v. notata ad Andr. III. 3. 45.

85. *ex Aethiopia ancillulam*] i. e. ancillulam Aethiopiſſam. Sic ap. Liv. I. 50. *Turnus ab*

Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quaeſivi? Porro eunuchum dixti velle te,
Quia ſolae his utuntur reginae, repperi 62)
Heri, *) minas 63) XX pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te haec 64) habui in memoria.
Ob haec facta 65) abs te ſpernor. 66) TH. Quid iſtuc *) Phaedria?
Quanquam illam 67) cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume, 68) Verum tamen,
Potius quam te 69) inimicum habeam, faciam uti 70) *) iuſſeris.
PH. Utinam iſtuc verbum ex animo ac vere diceres,
Potius quam te inimicum habeam. Si iſtuc crederem,

62) tibi unum *) *edit. diſting. poſt* repperi 63) mina ſive mna centum drachmas recipit. drachma tres denarios appendit 64) beneficia tibi collata 65) quae tibi feci bona 66) vel? *) *edit.* iſtic 67) puellam 68) ut detur mihi puella 69) illum *) *edit.* ut 70) ſicut.

---

*Aricia* eſt *Turnus Aricinus.* Virg. Georg III. 2. *paſtor ab Amphryſo* v. Buchner. de commutata ratione dicendi pag. 352. Meretrices etiam lautarum feminarum exemplo ancillis et eunuchis fuſcis ad miniſteria uti ſolebant. v. Tibull. eleg. II. 3. 55. et ibi Broukhuſ.

87. *velle te*] ſcilicet *habere.* Volo et nolo cum abſolute ponuntur, ſemper ſupplendum eſt verbum conveniens ſententiae. v. Duker. ad Flor. III. 1. p. 481.

88. *reginae*] ſunt matronae nobiles et opulentae, ut bene Donatus exponit; ita *rex* pro homine potenti in Phorm. II. 2. 24. ſed et clientes patronos divites et potentes vocabant *reges.* v. Horat. epiſt. I. 17. 43. Notanda vero h. l. enallage numeri. Nam cum dixiſſet *eunuchum* in ſingulari, ſubiicit *his* in plurali, cuius commutationis exempla v. apud. Ciceron. de offic. II. 11. et alios quos laudant Gronov. de pecunia II. 48. p. 76. et Burmann. ad Valer. Flacc. VIII. 178.

95. *ex animo ac vere*] i. e. ex animi ſententia, non ſimulate aut ficte. Catull. carm. 110. *id ſincere dicat et ex animo.*

Sincere dici, quidvis poſſem perpeti.
PAR. 71) Labaſcit, 72) victus uno verbo, quam cito! 73)
TH. Ego non 74) ex animo miſera dico, quam ioco? *)
Rem 75) voluiſti a me tandem, quin perfeceris. 76)
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum 77)
Saltem ut concedas ſolum? 78) PH. Si quidem biduum,
Verum, 79) ne fiant iſti 80) viginti dies.
TH. Profecto non plus biduum, aut. PH. Aut? nihil moror. 81)
TH. Non fiet hoc modo, 82) *) ſine 83) te exorem. 84) PH. Scilicet
Faciundum eſt quodvis. TH. Merito te amo. PH. Bene facis.
Rus ibo, ibi me hoc 85) macerabo biduum.

71) ſecum 72) molleſcit dominus meus 73) citiſſime 74) nonne plura. *) *praepoſtere ſignum interrogandi hic eſt poſitum. multo rectius in editis poſt* dico *et deleta diſtinctione poſt* ioco. *Male locum intellexit ſcholiaſtes* 75) ſtuprum 76) nulla mora fuit ut non perficeres 77) eſſet 78) vel; *atque ſine interrogatione edition.* 79) timeo 80) duo 81) fac quod vis 82) hac ratione *) *edit. diſt. poſt* fiet 83) permitte 84) ut te deprecer 85) amore tuo.

---

98. *labaſcit*] i. e. labi incipit, multum de conſtantia remittit, Plaut. in Rudente V. 3. 38. Metaphora ducta ab arbore quae multis ſuccifa ictibus ruinam minatur. v. Donat. ad Ad. II. 2. 31.

*victus uno verbo*] appoſite Propert. eleg. II. 5. 15. *quam facile irati verbo mutantur amantes.*

104. *biduum aut*] volebat addere triduum, ſed Phedria interrumpit.

*nihil moror*] eſt formula aliquid contemnentis, certe non magnopere deſiderantis. v. Plaut. in Moſtell. III. 2. 55.

106. *merito amo te. bene facis*] ſunt formulae gratias agentis. Cic. ad Att. I. 3. *te multum amamus quod ea abs te diligenter curata ſint.* infra III. 2. 2. *ecquid nos amas de fidicina iſthac.* Utraque formula iungitur. in Ad. V. 8. 22.

Ita facere certum eſt. 86) Mos gerundus eſt Thaidi. 87)
Tu, Parmeno, 88) huc fac illi 89) adducantur. PAR. Maxume. 90)
PH. In hoc biduum Thais vale. TH. Mi Phaedria
Et tu! 91) Num 92) quid 93) vis aliud? PH. Egone? *) quid velim?
Cum milite iſto praeſens, 94) abſens 95) ut ſies. 96)
Dies noctesque me ames, me deſideres,
Me ſomnies, me expectes, de me cogites,
Me ſperes, me 97) te oblectes, 98) mecum tota ſis,
Meus fac ſis poſtremo animus, quando 99) ego ſum tuus.
TH. 1) Me miſeram! Forſitan hic 2) mihi parvam habeat fidem,
Atque ex aliarum 3) ingeniis nunc me iudicet. 4)
Ego pol quae mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio.
Neque me finxiſſe falſi quicquam, 5) neque meo
Cordi eſſe quenquam cariorem hoc Phaedria,

86) decretum eſt a me 87) conſentiendnm eſt moribus eius 88) o Parmeno 89) eunuchus et puella videlicet aethiopiſſa 90) faciam 91) valeas 92) vel non 93) aliquid *) *edit. omitt. ſignum interrog. ſed ineſt ei aliqua emphaſis* 94) corpore 95) animo 96) volo 97) de me 98) delectes 99) ſiquidem 1) ſecum 2) Phaedria 3) meretricum 4) probabit ſimiliter habere malum ingenium et malam fidem 5) de his quae ei dixi.

---

111. *num quid vis aliud*] hac formula diſcedentes rogant, num quid ſibi mandari velint. v. infra II. 1. 7. et Plaut. in Aulular. II. 2. 85.

114. *Me ſomnies*] ſic Ovid. epiſt. XV. 123. *tu mihi cura Phaon te ſomnia noſtra reducunt.* v. Broukhuſ. ad Propert. eleg. I. 11. 5.

117. *forſitan hic mihi parum* *) *habeat fidem*] Bentlei. legit *forſan parvam hic habeat mihi fidem* ut in Phorm. V. 3. 27. *itane parvam mihi eſſe fidem apud te.* Sed videndum, an *parum fidem* defendi poſſit ex iis, quae notavit Burmann. ad Ovid. Metam. et ad Virg. Aen.

*) Eſt lectio Guyeti v. Weſterhov.

Et quicquid huius 6) feci, cauſa virginis
Feci; nam me eius 7) fratrem 8) ſpero propemodum
Iam repperiſſe, adoleſcentem adeo nobilem,
Et is hodie venturum ad me conſtituit domum.
Concedam 9) hinc intro, atque expectabo, dum venit.

## (Actus II. Scena I. PHAEDRIA. PARMENO.)

PHAEDR. 10) Fac ita, ut iuſſi, deducantur iſti. 11) PARM. Faciam. PH. At diligenter.
PAR. Fiet. PH. At mature. 12) PAR. Fiet. PH. Satine hoc mandatum eſt tibi? PAR. Ah.
Rogitare, quaſi difficile ſit! 13)
Utinam tam aliquid invenire facile poſſis, Phaedria,

6) Thraſonis nomine 7) virginis 8) Chremem 9) tranſeam 10) poſtquam cum Thaide venit ad domum eius iterumque ad ſuam eſt domum reverſus, praeciebat (praecipiebat) iſtud Parmenoni 11) puella et eunuchus 12) celerrime 13) hoc facere quod rogas.

---

122. *et quicquid huius feci*] ſcilicet *rei.* Pronomina quidquid, quidnam, quid, id, idem, aliquid, ſaepe cum genitivo generis conſtruuntur. v. interpretes ad Liv. XXXII. 37.

124. *adeo*] quidam explicant *valde, ſane,* ſed potius abundare videtur. v. Donat. ad h. l. et Duker. ad Flor. I. 18. p. 198.

125. *ad me domum*] ſic Latini ſaepe dicunt pro *domum meam.* infra III. 5. 28. *ad ſe abducit domum.* in Hec. V. 3. 24. *ad me confugere domum.*

*conſtituit*] conſtituere alicui vel cum aliquo eſt convenire cum aliquo de loco, tempore, et negotio, ubi, quando et quare coeatur. in Hec. I. 2. 120. *nam conſtitui, cum quodam hoſpite me eſſe illum conventuram,* ubi v. Don. Titinius ap. Non. Marcell. p. 146. *ſi rus cum ſcorto conſtituit ire.* Iuven. Sat. III. 12. *hic ubi nocturnae Numa conſtituebat amicae.* Huius verbi vim pulchre explicuit Gronov. obſervat. XI. 1.

Act. II. Scen. I.

3. *rogitare*] per ellipſin dicitur pro *an opus eſt rogitare.*

4. *invenire*] i. e. parare, acquirere, ut in Andr. I. 1. 39. *invenies laudem.*

Quam hoc peribit. [14]) PH. Ego quoque una pereo, [15]) quod mihi eſt carius,
Ne iſtuc [16]) tam iniquo patiare animo. [17]) PAR. Minime, quin effectum dabo. [18])
Sed numquid aliud imperas?
PH. Munus noſtrum ornato [19]) verbis, quod [20]) poteris, et iſtum aemulum, [21])
Quod poteris, ab ea pellito.
PAR. Au *) memini, tametſi [22]) nullus moneas. [23]) PH. Ego rus ibo, atque ibi manebo.
PAR. Cenſeo [24]) PH. heus tu! PAR. Quid vis? PH. Cenſen [25]) me poſſe obfirmare [26])
Et perpeti, ne redeam interea? [27]) PAR. Tene? [28]) Non ercle arbitror.
Nam aut iam revertere, [29]) aut mox noctu te adigent [30]) orſum [31]) inſomnia.

14) velociter fiet vel erit 15) ſimul pereo 16) iſtud 17) ſuſtineas quod ſolus deducis munera 18) inſuper completum reddam 19) honeſte proſequere 20) quantum 21) Thraſonem *) *edit. deeſt. repertum in codd. Bentleius mutavit in* ah 22) licet 23) pro moneat, pro tertia perſona ſecunda 24) iudico 25) an iudicas vel aeſtimas 26) animum 27) ad domum Thaidos per hoc biduum 28) an te 29) reverteris ad domum illius 30) agitabunt 31) ad hanc domum.

---

8. *munus noſtrum ornato verbis*] i. e. praeſtantiam muneris verbis augeto. Cic. de offic. II. 20. *neque vero verbis auget ſuum munus.* Plin. epiſt. I. 8. *qui benefacta ſua verbis adornant.* ubi v. Cortium. Iuſtin. XV. 1. *adiecto honore verborum.* Quintil. declam. 13. p. 287. *parvis munusculis adiicere commendationem.*

9. *quod poteris*] i. e. quantum poteris. Cic. ad Div. I. 1. *quod commodo rem facere poſſis.* ubi v. Graev. in Heaut. III. 17. *quod potero adiutabo ſenem.*

11. *cenſeo*] ironice eſt negantis, ſe cenſere, ut *audio* et ſimilia. v. Bentl. ad h. l.

*obfirmare*] ſupplendum *me* vel *animum*. *Obfirmare ſe* vel *animum* eſt perſiſtere in propoſito, pertinaciter propoſitum proſequi. in Heaut. V. 5. 8. *obfirmate.* Plaut. in Mercat. I. 1. 82. *ut ut animum obfirmo meum.*

13. *horſum*] i. e. huc verſum. in Hec. III. 4. 36. *horſum pergunt.*

PH. Opus faciam, 32) ut defetiger *) usque 33) ingratus 34) *) ut dormiam.
PAR. Vigilabis laſſus: hoc plus facies. 35) PH. Ah, nihil dicis, Parmeno!
Eiiciunda hercle haec eſt mollities animi. Nimis mihi 36) indulgeo.
Tandem non ego illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum? PAR. hui!
Univerſum triduum? vide quid agas. PH. Stat 37) ſententia.
PAR. Dii boni, quid hoc morbi eſt? adeon homines immutarier 38)

32) aliquid *) *edit.* defatiger, *improbante Bentl.* 33) valde 34) mihimet ipſi *) *edit.* ingratiis *prob. Bentl.* 35) plus cogitabis de illa 36) voluptati meae 37) fixa eſt 38) immutantur.

*inſomnia*] ſingulari numero feminini generis eſt defectus ſomni, vigiliae, graece ἀυπνία. Salluſt. Catil. c. 27. *neque inſomniis neque labore fatigari.* Inſomnia in plurali ſunt ſomnia. v. Broukhuſ. ad Tib. eleg. III. 4. 1. et Bentlei. ad h. l.

14. *opus faciam*] i. e. agrum colam. Opus per excellentiam dicitur de opere ruſtico Cic. de Senect. c. 7. Lactant. de ira Dei c. 13. *animalia facta eſſe partim ad veſtitum partim ad operis auxilia.* v. in Heaut. I. 1. 20. in Ad. IV. 1. 2. ſic et apud Graecos ſumuntur ἔργα et ἐργάζεσθαι. v. Graev. in lection. Heſiod.

14. *ingratiis*] i. e. invitus, contra voluntatem. Proprie eſt ablativus adverbialiter poſitus. v. interpretes ad Nepot. Themiſtocl. c. 4. Comici ſemper dicunt *ingratiis*, alii ſcriptores *ingratis*. Cic. in Verr. IV. 9. *dicent quae neceſſe erit ingratis.* v. Oudendorp. ad Apuleii metamorph. I. p. 80.

16. *me indulgeo*] antique pro *mihi*. Sic et in Heaut. V. 2. 35. v. Donat. ad h. l. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 2.

18. *vide quid agas*] hac formula aliquem monemus, ne rem difficilem et periculoſam ſuſcipiat. v. infra V. 4. 43.

*ſtat ſententia*] i. e. decrevi. Ov. Metam. I. 2. 43. *ſic ſtat ſententia.* v. Sigon. ad Liv. XXI. 29. Etiam *ſtat* abſolute ſic dicitur. Cic. ad Attic. III. 14. *neque adhuc ſtabat quo potiſſimum.* Eodem modo dicitur *conſilium ſedet.* v. Flor. II. 18. et Duker. in ind.

19. *homines*] praecedit *homines* et ſequitur *eundem.* De hu-

Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? 39) hoc 40) nemo fuit
Minus 41) ineptus, 42) magis ſeverus quisquam, 43) nec magis continens.
Sed quis hic eſt, qui huc pergit? Attat, hic quidem eſt paraſitus 44) Gnatho 45)
Militis. 46) ducit ſecum una virginem dono huic, 47) papae,
Facie honeſta. Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo 48)
Cum meo decrepito hoc eunucho. haec 49) ſuperat ipſam Thaidem.

39) qui fuit antequam amaret 40) Phaedria. 41) minus adverbium eſt, quando cum poſitivo iunctum contrariae ſignificationis comparativum demonſtrat, ut minus ſtultus pro prudentior et minus ineptus. Eſt tamen quando pro adverbio non ponitur, ut minus bonus pro malus 42) laſcivus 43) vel quicquam *Certe* quisquam *non convenit praecedenti* nemo 44) miniſter 45) proprium nomen 46) Thraſonis 47) Thaidi 48) manifeſtabo in hac domo 49) puella.

iusmodi mutatione numeri paulo ante diximus.

20. *nemo quisquam*] *quisquam* abundat. in Hec. I. 1. 10. *nemo illorum quisquam* ſic et dicitur *nemo unus.* v. Drakenborchium ad Livium III. 12.

24. *turpiter me dabo*] ſic dicitur, qui cum ludibrio et dedecore diſcedit.

*decrepito eunucho*] *decrepitus* eunuchus dicitur, quod eunuchi plerumque vultu ſimiles ſunt ſenibus, infra IV. 4. 21. eum vocat *veterem*, *veternoſum*, *ſenem*. De voce decrepitus. v. Feſtum et ibi Scaliger.

(Actus II. Scena II.) GNATHO. PARMENO.

GNATHO. 50) Dii immortales! homini homo quid praeſtat! 51) ſtulto intellegens
Quid intereſt hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi.
Conveni 52) hodie adveniens quendam mei loci hinc 53) atque ordinis 54)
Hominem haud impurum, itidem 55) patria qui abligurierat 56) bona.

50) ſecum dum veniret ad Thaidem. Paraſitus iſte, dum veniret ad Thaidem, miſſus a Thraſone milite, quatinus puellulam ei praeſentaret, obviavit hominem ſuicivem eiusdemque ordinis, qui bona ſua devorata habebat, iamque mendicus effectus fuerat. Tunc coepit eum redarguere, quare non eſſet aliquo officio occupatus, ut ita non eſſet egens, docuitque eodem officio fungi, quo ipſe fungebatur, adulatione videlicet victum quaerere. Paraſitus dicitur a parendo et aſſiſtendo, eo quod aſſiſtentes maioribus perſonis, illorum voluntati per adulationem obſequentes quaeſtum gulae captent. Quorum officium tale eſt, ut quicquid illi dicunt, laudent, id rurſum ſi negant, laudant id ipſum, negant illi, negant iſti, aiunt bene aliquid, aiunt et iſti ſimiliter. Dum ergo Gnatho paraſitus taliter hominem perdocuiſſet, coepit ſecum cogitare, veniendo ad Thaidem meretricem, quid diſtaret ſtultus a prudente 51) quantum excedit. multum 52) obviavi vel locutus ſum 53) ex Attica 54) mei 55) ſimiliter ſicut ego 56) devoraverat. abligurio parum deguſto. ſed hic aliter.

---

Act. II. Scen. 2.

1. *ſtulto intelligens quid intereſt*] i. e. quae eſt differentia inter ſtultum et ſapientem. Eadem conſtructione in Ad. I. 1. 51. *hoc pater ac dominus intereſt.* v. Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 3. p. 420.

3. *adveniens*] h. e. cum adveniſſem. Hoc Graeci clarius explicant per eorum participia et Latini per verba deponentia. v. Sanctii Minerv. I. 15. p. 132.

*mei loci atque ordinis*] locus tum de genere dicitur tum de ſorte, conditione, dignitate, in qua quis poſitus eſt. Salluſt. in Catil. c. 23. *natus haud obſcuro loco.* Cic. de amicit. c. 2. *loco, fortuna, fama ſuperiores*, ubi v. Graev. Sic etiam *ordo* accipitur. Plaut. in Aulul. II. 2. 55. *et meus me ordo irrideat.*

4. *haud impurum*] h. e. non improbum, non malum. in Heaut. IV. 1. 16. *anus haud impura.*

Video ſentum, 57) ſqualidum, 58) aegrum, 59) pannis annisque obſitum.
Quid iſtuc inquam ornati 60) eſt? Quoniam 61) miſer quod habui perdidi. Em.
Quo redactus ſum. Omnes noti me atque 62) inimici deſerunt.
Hic 63) ego illum contempſi prae me. 63 a) Quid homo inquam ignaviſſime?
Itan paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te ſiet? *) Tibi?
Simul conſilium cum re amiſiſti? †) Viden me ex eodem ortum loco?

57) aſperum 58) ſordidum 59) triſtem vel imbecillem 60) pro ornatus 61) ſcilicet reſpondit ille 62) tamquam 63) tunc 63 a) apud me. *alia manu* prae pro ad ponitur ut in hoc loco contempſi illum prae me id eſt ad comparationem mei *) *edit.* eſſet *improbante Bentl.* †) *edit.* amiſti.

---

*abligurierat bona*] i. e. per luxum abſumſerat. Cic. Catil. II. 5. *fortunas ſuas abligurierunt. Ligurire* proprie ſuaviſſima quaeque in coena carpere. v. infra V. 4. 14. et Donat. ad h. l.

5. *ſentum*] i. e. horrentem illuvie, incultum. Translatio deſumta eſt ab agris qui proprie dicuntur ſenti, cum ſentibus ſpiniſque obruti ſunt. Virgil. Aen. VI. 4. 62. *per loca ſenta ſitu.* ubi v. Servium.

*pannis annisque obſitum*] i. e. ſenem indutum vili centone. Nam *panni* proprie ſunt centones. in Heaut. II. 3. 53. *ancillula erat pannis obſita, neglecta.* Sueton. in Calig. c. 35. *pannis obſitum vicatim circumducit.* Annis obſitum dixit Terentius ut Virg. Aen. VIII. 307. *ibat rex obſitus aevo.* *Obſitus* proprie dicitur de agro, qui plenus eſt malarum herbarum, veprium et ſentium. v. interpretes ad Livium I. 14. et Burmann. ad Lucan. V. 627.

6. *ornati*] antique pro *ornatus.*

7. *noti*] active dicuntur, qui me norunt. Cic. in Verr. I. 7. *putabam non ſolum notis ſed etiam ignotis probatam meam fidem eſſe.* v. Burmann. ad Petron. c. 112. et interpretes ad auct. de B. Hiſp. c. 3.

9. *paraſti te*] i. e. rationes tuas inſtituiſti. in Hec. I. 1. 11. *ita parat ſe.* v. Bentl. ad Horat. epiſt. I. 1. 8. 11. 12.

10. *conſilium cum re*] ita dicitur pro *conſilium* et *res.* Cic. Tuscul. quaeſt. III. 18. *ſi cui ſimul animus cum re concidit.* Duker. ad Liv. XXXI. 36.

Qui color, nitor, veſtitus, quae habitudo 64) eſt corporis?
Omnia habeo neque quicquam habeo, Nihil cum eſt, 65) nihil deſit tamen.
At ego infelix, 66) neque ridiculus 67) eſſe neque plagas 68) pati
Poſſum. Quid *) tu 69) his rebus 70) credis fieri? Tota erras via.
Olim iſti fuit generi 71) quondam quaeſtus apud ſaeculum *) prius.
Hoc novum eſt aucupium. 72) Ego adeo hanc primus inveni viam.

64) corporis et ornamentorum 65) mihi 66) ex perſona illius 67) iocularis 68) quas ſolent ferre ioculares et adulatores *) *ſignum interrog. poſt* quid *poni iubet Bentl.* 69) ruſtice 70) iocularibus 71) iocularium *) ſeclum 72) deceptio adulationis quam modo teneo.

---

*nitor*] *nitor, nitere, nitidus* proprie dicuntur de corpore bene habito, quod pinguedine ſplendet. Horat. epiſt. I. 4. 15. *me pinguem et nitidum bene curata cute.* Phaedri fab. III. 7. 4. *unde ſic quaeſo nites* v. ibi interpret. et Broukhuſ. ad Tibulli eleg. II. 1. 21. ſed Bentl. legit *qui color, qui veſtitus* ut color et nitor ad veſtitum pertineant.

*habitudo corporis*] i. e. habitus corporis ſolidus et ſucci plenus, ut dicitur. infra II. 3. 26. nec nimis pinguis nec nimis macilentus. infra II. 3. 23. *paulo habitior* opponitur gracili. *Habitudinem* Cic. pro Caelio c. 24. vocat *habitum optimum.* v. Pricaeum ad Apul. metam. I. p. 51. Graeci ἕξιν dicunt Caſaub. ad Athenaeum I. 20.

12. *deſit*] i. e. deficit. Idem verbum eſt. in Phorm. I. 3. 10. et in Hec. V. 2. 1. v. Broukhuſ. ad Tibulli eleg. IV. 1. 100.

13. *neque ridiculus eſſe neque plagas pati*] Paraſitorum duplex genus erat, alii enim ſcurrilibus dictis victum ſibi quaerebant, alii alapis aliisque contumeliis patiendis.

15. *quondam*] i. e. aliquando, quam vocis ſignificationem exemplis illuſtrat Heinſ. ad Ovid. epiſt. XVII. 171.

16. *aucupium*] eſt ars decipiendi homines. Plaut. in Mil. IV. 1. 43. *viden tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus.*

*inveni viam*] invenire viam eſt rationem agendi invenire. Virg. Aen. IV. 478. *inveni ger-*

Eſt genus hominum qui eſſe ſe primos omnium rerum 73) volunt,
Nec ſunt. hos conſector, 74) hisce ego non paro me, ut rideant. 75)
Sed his ultro arrideo et eorum ingenia ammiror ſimul.
Quicquid dicunt, laudo. Id rurſum ſi negant, laudo. *) Id quoque
Negat quis, nego. Ait, Aio. Poſtremo imperavi egomet mihi
Omnia aſſentari. 76) His *) quaeſtus nunc eſt multo uberrimus.
PAR. 77) Scitum 78) hercle hominem. Hic homines prorſum ex ſtultis inſanos facit.
GN. Dum haec loquimur, interea loci 79) ad macellum ubi advenimus,

73) officium paraſitorum 74) adhaereo adulando 75) de me *) *edit. diſting. poſt* quoque *neque aliter Scholion ſupra v. Nr.* 50. 76) omnibus adulari *) *edit.* is 77) ſecum 78) aſtutum 79) interim

---

*mana viam*, ubi v. Servium. Juſtin. I. 10. *ipſi viam invenerunt, qua de ſe iudicum religioni committerent.*

17. *primos omnium rerum*] i. e. primos omnium hominum. Nam *res* etiam ad perſonas transfertur ut πραγμα apud Graecos. Seneca epiſt. 95. *homo ſacra res.* Frequens apud poetas *pulcherrime rerum* pro pulcherrime hominum. Gronovii obſerv. IV. 15.

21. *imperavi mihi*] ſic dicitur is, qui quod libenter non agit, tamen agere conſtituit. Coel. Cicer. ad Div. VIII. 9. *amabo te, impera tibi hoc.* Curt. V. 7. *imperaverunt ſibi ut crederent.* Seneca de ira II. 12. *quodcunque ſibi imperavit animus obtinuit.*

22. *omnia*] adverbialiter pro *per omnia.* Sen. de conſolat. ad Marciam c. 25. *tramites omnia plani*, ubi v. Gronov. Sic dicitur *cuncta*, *caetera*, *alia.* v. Heinſ. ad Claudian. de Stilichone I. 29. et Bentlei. ad Horat. epiſt. I. 13. 1.

24. *macellum*] eſt locus ubi carnes et omne obſoniorum genus venduntur; ea qui vendunt *macellarii* dicuntur. v. Sueton. in Caeſ. c. 26. edit. Caſaub.

Concurrunt laeti mihi *) obviam cuppedinarii **) [80]) omnes,
Caetarii, [81]) lanii, [82]) coqui, fartores, [83]) piſcatores, aucupes, *)
Quibus et re ſalva et perdita profueram et proſum ſaepe.
Salutant, ad cenam vocant, adventum gratulantur.
Ibi **) ubi miſer famelicus videt me eſſe ***) tanto honore,
Et tam facile victum quaerere, ibi homo [84]) coepit me obſecrare,
Ut ſibi liceret diſcere id. *) Conſectari **) iuſſi
Si potis eſt. tamquam philoſophorum habent diſciplinae ex ipſis [85])

*) *edit.* mi **) *edit. Zeun.* cupedinarii 80) *nota marginal.* cupido eſt cupiditas inde cotiones, aliique quam plurimi ut ſunt thelonearii et mercibus inſiſtentes cupedenarii vocantur 81) *nota marg.* cetarii, cetus eſt genus marinae beſtiae. ab hoc genere abuſive piſcatores coetarii vocantur et qui tractant ea, quae ex piſcibus fiunt, ut ſunt liquaminarii qui ex corporibus piſcium humorem liquant 82) lanii idem ſunt qui et laniſtae a laniendis carnibus dicti. idem etiam dicuntur marcellarii a mactandis carnibus 83) ſunt coqui a farciendis cibis ita nuncupantur *) *edit. deeſt iudice Bentl. recte* **) *edit.* ille ***) *edit. deeſt ſed reſtituit Bentl.* 84) memoratus *) *edit. add.* de me. *quod additur, gloſſa eſt in MS. noſtro* **) *edit.* ſectari 85) philoſophis. a Platone Platonci.

25. *cetarii*] ſunt qui piſces grandiuſculos et ſalſamenta vendunt. Cete enim dicitur omnis piſcis magnus. v. Don. ad h. l.

*fartores*] ſunt qui aves farciunt et ſaginant. v. Columell. de re ruſtica VIII. 7. et Burmann. ad Petron. c. 79.

29. *in tantum honorem*] pro in tanto honore. Nam veteres ſaepe accuſativum pro ablativo ponunt. v. Gellium I. 7. Sic Cicero promiſcue dicit *eſſe in poteſtatem* et eſſe *in poteſtate.* Hirt. de B G. VIII. 8. *in conſpectu hoſtium exercitum adducit.* ubi v. Daviſ. Livius XXX. 10. *in animum habere.* v. Bergerum de natural. pulchritudine orationis et interpretes ad Liv. II. 14.

31. *ſectari*] ſcilicet ut diſcipulus magiſtrum unde *ſectatores* diſcipuli ſaepe dicuntur a Gellio.

32. *diſciplinae*] exquiſite ponitur pro ſecta. Cic. de nat.

Vocabula, paraſiti itidem *) 86) ut Gnatonici 87) vocentur.
PAR. 88) Viden otium et cibus quid facit *) alienus? GN. Sed ego ceſſo 89)
Ad Thaidem hanc 90) deducere, et rogare ad coenam ut veniat? *)
Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video.
Rivalis 91) ſervum. Salva res eſt. Nimirum homines frigent. 92)
Nebulonem hunc 93) certum eſt eludere *) PAR. Hiſce **) 94) hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem eſſe. GN. Plurima ſalute Parmenonem
Summum 95) ſuum impertit 96) Gnatho. 97) quid agitur? PAR. Statur. GN. Video.

*) *ed.* item 86) ſimiliter 87) a meo nomine 88) ſecum *) *ed.* faciat 89) tardo 90) puellam *) *ſignum interrog. edit. deletum eſt in cod.* 91) Phedriae. Rivalis dicitur qui ex eodem fonte amoris potat 92) i. e. ceſſant 93) in domo Thaidis ſtultum Parmenonem. nebulo mendax, ſed hic pro ſtulto accipitur *) *edit.* ludere **) *edit.* haec. *In MS. literae* h *ſuperſcripta eſt figura aſpirationis index* 94) illi 95) amicum 96) ſalutat 97) ego.

---

Deor. I. 7. *tres trium diſciplinarum principes conveniſtis.* Lactant. II. 8. ut *Epicurus nomine ſuo conſtitueret diſciplinam.* Bentl. e Mſſ. legit *tanquam philoſophorum habent diſcipuli ex ipſis vocabula* quod praeferendum videtur.

37. *frigent*] h. e. parum gratia valent, ut vigens amor et gratia calori, ſic eadem langueſcens et remiſſa frigori aſſimilatur. Hor. Serm. II. 1. 61. *ne quis amicus frigore te feriat* i. e. gratiam tuam exſtinguat. Sueton. in Aug. c. 66. *ex levi frigoris ſuſpicione*, ubi vid. interpr. Sic lege 32. §. 12. Pandect. de donationibus inter virum et uxorem, *friguſculum* eſt amor remiſſus inter virum et uxorem, de qua voce v. Duker. de latinit. veter. Iurisconſultor. p. 405. Sic *frigere* etiam dicuntur oratores, muſici et actores, qui non placent audientibus. v. Cic. in Bruto c. 50.

40. *ſummum ſuum*] ſcilicet amicum. Eadem elipſis in Ad. III. 2. 54.

Num quidnam hic quod nolis vides? PAR. Te. GN. Credo, at numquid aliud?
PAR. Qui dum? 98) GN. Quia triſtis es. 99) PAR. Nihil quidem. *) GN. Ne ſis. 99a) Sed quid videtur
Hoc tibi mancupium? 1) PAR. Non malum hercle. GN. 2) Uro hominem. 3) PAR. Ut falſus 4) animo *) eſt.
GN. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare 5) eſſe? PAR. Hoc 6) nunc dices *)
Eiectos hinc 7) nos. Omnium rerum heus viciſſitudo 8) eſt.
GN. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam.
Ne ſurſum deorſum curſites, neve ad lucem usque vigiles.
Et quid *) beo te? 9) PAR. 10) Men? papa. GN. Sic ſoleo amicos. 11) PAR. Laudo. 12)
GN. Detineo te. fortaſſe tu profectus alio 13) fueras.

98) quomodo 99) triſtis mihi videris *) *edit.* equidem 99a) triſtis 1) quaſi manucaptum 2) ſecum 3) meis verbis Parmenonem 4) ut falſus id eſt deceptus id eſt quemadmodum deceptus eſt iſte Gnatho adulationi deditus; et eſt participium *) *edit.* animi 5) arbitraris o Parmeno 6) munere *) *edit.* dicis 7) a Thaide 8) recompenſatio eſt omnium rerum *) *edit.* ecquid 9) beo. beatum reddo quietum reddendo te 10) ſecum metuendo 11) deludere 12) yronicos 13) ad alium locum.

---

42. *quid videtur hoc tibi mancipium*] i. e. quale. in Andr. IV. 2. 19. *quis tibi videor.* Cic. ad Div. IX. 21. *quid tibi ego in epiſtolis videor.* v. Virg. Aen. IV. 10. et 47. et ibi Servium.

43. *uro hominem*] i. e. moleſtia ac dolore afficio, vexo. infra III. 1. 48. *te ut male urat.* Sueton. in Tib. v. 66. *urebant anxiam mentem varia convicia.* Florus II. 6. 2. *urebat nobilem populum ablatum mare.* ubi v. Duker.

*ut falſus animi eſt*] i. e. fallitur, pro quo in Andr. IV. 1. 23. dicitur *falſus es.* Genitivus *animi* per graecismum ponitur pro *animo.* v. interpretes ad Liv. VI. 10.

PAR. Nusquam. GN. Tum [14]) tu igitur paululum da mihi operae. [15]) Fac ut ammittar
Ad illam. PAR. Age modo. Nunc tibi patent fores hae, quia *) iſtam [16]) ducis.
GN. Num quem [17]) evocari hinc vis foras? PAR. Sine, biduum hoc praetereat.
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Ne *) [18]) tu iſtas [19]) faxo [20]) calcibus, ſaepe inſultabis [21]) fruſtra. [22])
Etiam [23]) nunc hic ſtas Parmeno? Eho. numnam hic relictus [24]) cuſtos,
Ne quis forte internuntius clam a milite [25]) ad iſtam curſitet? *)
PAR. Facete [26]) dictum. Mira [27]) vero militi [28]) quae placeant [29])
Sed videon *) herilem filium minorem [30]) huc advenire?

14) deinde 15) obſequii *) *ſuperpoſitum* tu *quaſi ſit pars textus* 16) puellam 17) aliquem *) *edit.* nae 18) ne forte 19) fores 20) faciam 21) feries. pulſabis 22) quia non poteris intrare 23) adhuc 24) es 25) Thraſone domino meo *) *edit.* curſet. *Cum MS. conſentiunt omnes codd. Bentl.* 26) pulchre 27) ammirabilia ſunt 28) Thraſoni ea 29) praeter Thaidem *) *edit.* video *et absque ſigno interrog. poſt* advenire 30) Chaeream domini mei filium fratrem Phaedriae.

---

50. *nusquam*] hic de motu ad locum dicitur, in Ad. II. 2. 38. *nusquam abeo.*

*da mihi operae*] *dare operam alicui* ſignificat alicui officium praeſtare, aliquem adiuvare, in Phorm. I. 2. 37. *operam dabamus Phaedriae* i. e. una aderamus, et qua re poteramus, adiuvabamus. v. Gronov. in lectionib. Plautinis. p. 69.

53. *uno digitulo*] i. e facillime. v. Trabeam ap. Tusc. quaeſt. IV. 31. Duker. ad Flor. IV. p 688.

54. *iſtas inſultabis fruſtra*] Verba, quae cum praepoſitione *in* compoſita ſunt, plerumque duplici modo conſtruuntur, vel cum accuſat. vel cum ablat. De verbo *inſilire* cum accuſ. v. Heinſ. ad Ovid. Metam. VIII. 142.

Miror quid 31) ex Pireo 32) abierit. Nam ibi cuſtos 33) publice 34) eſt nunc.
Non temere eſt. 35) et properans venit. neſcio quid circumſpectat.

(Actus II. Scena III.) CHAEREA. PARMENO.

CHAEREA. 36) Occidi 37)
Neque virgo eſt usquam, neque ego qui illam e conſpectu amiſi meo.
Ubi quaeram, 38) *) ubi inveſtigem, quem perconter, aut quam inſiſtam viam,
Incertus ſum. Una haec ſpes eſt, ubi ubi eſt, diu celari non poteſt.
O faciem pulchram! Deleo omnes dehinc ex animo mulieres.
Taedet cotidianarum 39) harum formarum. PAR. Ecce autem alterum. 40)

31) ut quid 32) Pireus nomen loci ubi conventus erat iuvenum, ſive ad ludos, ſive ad iudicandas cauſas vel etiam ad commeſſationem 33) puerorum 34) alii ſub ilice. *Haec V. L. in editionib non notatur* 35) non ſine cauſa eſt 36) proſequens adoleſcens Chaerea, frater Phaedriae, puellam, quam paraſitus Gnatho deducebat, nimium triſtis, ſecum iſtud loquebatur, cum ab oculis illius remota eſſet 37) perii 38) neſcio *) *interrogationes, quas edit. ponunt poſt* qu. inv. percont. viam *ſuae editioni abeſſe iuſſit Bentl. qui non aliter interpungit ac codex noſter* 39) mulierum 40) alteram cauſam neutraliter.

---

59. *cuſtos publice*] excubias agebat in Piraeo adverſus praedonum incurſus. v. Don. ad h. l. et notata ad Andr. I. 1. 24. *Publice* eſt publica auctoritate. Cic. Verr. II 47. Liv. IV. XLII. 1. 33. ubi v. Gronov.

60. *non temere eſt*] non ſine gravi cauſa. Eſt elegans formula et frequens apud Comicos. Plaut. Aulul. IV. 3. 1. Heinſ. ad Virg. Aen. IX. 375.

Act. II. Scen. III.

2. *neque ego*] ſcilicet usquam ſum. Eſt exclamatio deſperantis.

5. *faciem*] Donatus accipit de toto corporis habitu et ſpecie. Plaut. Aſin. II. 3. 19. Cic. pro Roſcio comoedo c. 10. *facies non erat, ars erat pretioſa.* v. Broukhuſ. ad Propert. IV. 4. 21.

6. *quotidianarum formarum*] i. e. vulgarium, quae quotidie

Neſcio quid de amore loquitur. O infortunatum ſenem.
Hic 41) vero eſt, qui ſi occeperit 42) amare *) ludum iocumque dices **)
Fuiſſe illum alterum 43) prae 44) ut 45) *) huius rabies quae dabit.
CH. Ut illum di deaeque ſenem **) omnes †) perdant, qui me hodie remoratus eſt.
Meque 46) adeo qui reſtiterim. 47) Tum autem qui illum 47 a) flocci fecerim. 48)
Sed eccum Parmenonem. Salve. PAR. Quid tu 49) es triſtis? quidve *) alacris?

41) puer 42) inchoaverit *) *edit. omitt.* amare **) *edit.* dicet. *Bentl. accedit magis noſtro, legendo* dicas 43) meum dominum 44) amore iſtius 45) ut ammirantis adverbium eſt ſive ſyllabica adiectio eſt *) *edit. una voce* praeut **) *edit.* ſenium †) *edit. omitt. praeter Bentl.* 46) perdant 47) vel? 47 a) *ſuperpoſitum* non 48) parvi penderim 49) medius erat inter triſtitiam et laetitiam *) *edit. add.* es.

---

occurrunt. Cic. ad Div. IX. 21. *quotidianis verbis.* Propert. eleg. I. 4. 9. vocat *leves figuras.* Notandum, vera puella exquiſite dici *forma* vel *figura.* Propert. II. 28. 53. v. Burmann. ad Quintil. declamat. XV. p. 307.

*ecce autem alterum*] propria formula in rebus improviſis. in Ad. V. 1. 5. *ecce autem hic adeſt ſenex.* Liv. VII. 35. *ecce autem aliud minus dubium* ubi v. interpretes.

*ludum iocumque dices fuiſſe illum alterum*] h. e. illius amorem levem fuiſſe, ſi cum huius furore comparetur. Liv. XXVIII. 42. *nae tibi ludus et iocus fuiſſe Hiſpaniae tuae videbuntur.* Valer. Maxim. V. 1. *quae tibi relata ſunt quae de te locuturi eramus, ludus ac iocus fuiſſent.* v. Gronov. obſervat. IV. 10. 159. et Graev. ad Juſtin. XXIX. 3. Haec elegantia a graeco fonte fluxit. v. Caſaub. ad Athen. I. 25. p. 76.

10. *ut*] *ut* ponitur pro utinam, in Heaut. IV. 6. 6. *ut te quidem omnes Di Deaeque* etc. Ovid. epiſt. XIII. 161. *quod ut videam canis albere capillis.*

11. *qui illum flocci fecerim*] i. e. qui eum tanti fecerim quanti floccum, qui ullam eius rationem habuerim. Flocci facit, qui aliqua ex parte contemnit, non vero, qui plane pro nihilo habet v. Rivium ad h. l.

12. *alacris*] i. e. incitatus, commotus.

Unde is? 50) CH. Ego *) neſcio hercle, neque unde eam, 51) neque quorſum eam.
Ita prorſus *) ſum oblitus mei. 52)
PAR. Qui 53) quaeſo? CH. Amo. PAR. Hem. CH. Nunc Parmeno te oſtendes qui vir ſies.
Scis te mihi ſaepe pollicitum eſſe, 54) Chaerea, aliquid inveni 55)
Modo quid ames; in ea re utilitatem ego faciam ut cognoſcas meam.
Cum in cellulam 56) ad te patris penum 57) omne congerebam 58) clanculum 59)
PAR. Age, inepte. CH. hoc hercle factum eſt. fac ſis, nunc promiſſa 60) appareant.
PAR. *) Si **) adeo digna res 61) eſt, ubi tu nervos intendas tuos.

50) venis *) *edit.* egone? 51) veniam *) *edit.* prorſum 52) prae amentia amoris 53) quomodo 54) in haec verba 55) inveſtiga tibi. imperative 56) tuam 57) ſubſtantiam illius 58) comportabam 59) furtim 60) qualia promittebas mihi et eſt eclipſis (ellipſis) *) *edit. Chaereae tribuunt haec verba, recte, iudice Bentl.* **) *edit.* ſive 61) puella pulchra.

---

13. *unde is*] i. e. unde venis. in Ad. III. 3. 7. *Syrum ire video.* Virgil. Aen. II. 375. *nunc primum a navibus itis.*

17. *utilitatem*] utilitas eſt opera, quae alteri praebetur. Cic. ad Div. XVI. 3. *utilitatibus tuis poſſum carere* ubi v. Manut.

18. *cellulam*] cellae et cellulae dicuntur habitationes ſervorum. v. Sueton. in Calig. c. 57. in Vitell. c. 16.

19. *hoc factum eſt*] Formula de re vera et minime dubia. Petron. c. 166. *factum eſt fabula.* Quintil. declamat. IX. p. 224. *certum eſt, factum eſt, eripi non poteſt.* ubi v. Burmann.

*appareant*] i. e. re ipſa praeſtentur.

20. *ubi nervos intendas*] i. e. in qua omnibus viribus nitaris. Quint. Cic. de petit. conſulat. c. 14. *plane ſic contende omnibus nervis et facultatibus.* Nervi metaphorice dicuntur, qui maximam vim habent, quoniam robur corporis in nervis ſitum eſt; hinc *exſecare, incidere, praecidere nervos* ſignificat vires infringere. v. interpret. ad Liv. VIII. 39. Caeterum ſimul in

CH. Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto [62]) pectore ut graciles ſient.
Si qua eſt habitior [63]) paulo pugilem [64]) eſſe aiunt. Deducunt [65]) cibum,
Tametſi bona eſt natura [66]) reddunt curatura [67]) iunceas.
Itaque ergo amantur. PAR. Quid [68]) tua iſtaec? CH. Nova figura oris. [69])

62) faſciato 63) groſſior 64) virilem 65) abſtrahunt illis 66) illarum 67) ſua tam graciles ut iuncus 68) tua qualis eſt 69) faciei in illa quam amo.

---

hac locutione ad ſignificationem obſcoeniorem alludi videtur. v, Caſaub. ad Athen. I. 5.

22. *demiſſis humeris*] i. e. molliter deductis, non extantibus. Veteres luxuriantem humerorum habitum in puellis faſciis caſtigare ſolebant. v. Scalig. ad Varron. de lingua lat. IV. p. 56.

*vincto pectore*] ſcilicet faſciis. Veteres non amabant virgines mammoſas, itaque ſtrophio vel faſciis pectoralibus papillarum tumorem cohibebant. Martial. XIV. 134. *faſcia creſcentes dominae compeſce papillas.* v. Scaliger. l. c. et Lindenbrog. ad h. l. et Heinſ. ad Ovid. art. amator. III. 274.. Aliis tamen tumidae papillae placuerunt v. quae annotavimus ad Iul. Rufin. p. 258.

*gracilae*] ſic legendum eſt ex antiquis grammaticis non *graciles*. v. Bentl. ad h. l. Multa adiectiva ſimul exeunt in *us* et *is*, ut imbellus, is, hilarus, is etc.

23. *habitior*] i. e. plenior, corpulentior. v. notata ad II. 2. 21.

*deducunt cibum*] h. e. demunt aliquid de cibo quem dare ſolent. Sic apud Cicer. de offic. I. 18. *addendo deducendoque videre quae reliqui ſumma fiat* et apud Liv. VI. 15. *deducere de capite.*

24. *curatura*] i. e. nimia cura et diligentia. Veteres grammatici *cura* dicunt eſſe mentis, *curatio* medicinae, *curatura* diligentiae, quod diſcrimen non perpetuum eſt. Nam *cura* et *curatio* ſaepe de corpore dicitur. v. Gronov. obſerv. I. 23. et Bentl. ad Horat. epiſt. I. 1. 94.

*iunceas*] i. e. tenues, graciles inſtar iunci.

25. *itaque ergo*] hae particulae per pleonasmum ſaepe iunguntur. v. Gronov. ad Liv. III. 31.

*quid tua iſtaec*] i. e. qualis eſt ea quam amas.

PAR. Pape. CH. Color verus. 70) corpus ſolidum et ſucci plenum. 71) PAR. Anni? 72) CH. Anni? ſedecim. 73)
PAR. Flos ipſe. CH. Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario
Fac tradas, mea nil refert 74) dum potiar modo.
PAR. Quid? virgo cuia 75) eſt? CH. Neſcio hercle. PAR Unde eſt? CH. Tantundem. 76) PAR. Ubi habitat?
CH. Ne id quidem. 77) PAR. Ubi vidiſti? CH. In via. PAR. Qua ratione amiſiſti? *)
CH. Id equidem 78) adveniens mecum ſtomachabar 79) modo,
Neque ego quemquam hominem eſſe arbitror, cui magis bonae

70) non mentitus fuco 71) viride 72) quot ſunt 73) ſunt 74) genus locutionis, ut nil mea intereſt et nil mea refert i. e. nihil intereſt quocunque modo illa utar 75) cuius 76) et ipſum ignoro 77) ſcio *) *ed.* amiſti 78) propter hoc 79) indignabar quare illam dimiſi.

---

*nova figura oris*] i. e. non vulgaris, ſed mira, inuſitata. Sic *novus* in utramque partem dicitur in Ad. IV. 7. 4. *nova flagitia.* in Phorm. V. 7. 79. *novo modo facere contumelias*

26. *corpus ſolidum*] i. e. cuius carnes firmae ſunt, non flaccidae, quale deſcribit auctor dial. de orat. c. 21. Elegans eſt locus Lucilii ap. Non. Marcell. p. 391. *hic corpus ſolidum invenies, hic ſtare papillas pectore marmoreo.* Ovid. epiſt. IX. 60. Herculi tribuit ſolidos toros. Solido corpori opponitur flaccum ap. Tacit. Hiſtor. II. 32.

*ſucci plenum*] i. e. bono habitu. Succus proprie eſt humor in corpore, quem bene valentes ex alimentis trahunt. v. Donat. ad h. l.

27. *vi, clam, precario*] i. e. quocunque modo. Formula deſumta eſt ex Iure Civili, ubi haec tria ſaepe iunguntur v. Briſſon. de verbor. ſignificatione.

31. *ſtomachabar*] i. e aegre ferebam. Cic. ad Attic. XIV. 21. *amariorem me ſenectus facit, ſtomachor omnia.* Stomachus metaphorice eſt patientia hominis vel animus in rebus aut probandis aut faſtidiendis. Cic. ad Div. II. 16. *ut ſcires me tamen in ſtomacho ſolere videre*, ubi v. Manut.

Felicitates omnes adverſae ſient. [80])
PAR. Quid hoc ſceleris eſt? CH. Perii. PAR. Quid factum eſt? CH. Rogas?
Patris cognatum atque aequalem [81]) Archidemidem [82])
Noſtin? PAR. Quidni? CH. Is [83]) dum hanc [84]) ſequor, ſit mihi obviam.
PAR. Incommode [85]) hercle. CH. Immo enimvero infeliciter. [86])
Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.
Illum liquet [87]) mihi delirare, *) [88]) his menſibus
Sex, ſeptem, prorſum non vidiſſe proxumis,
Niſi nunc cum minime vellem, minimeque opus fuit.
Eho. Nonne hoc monſtri [89]) ſimile eſt? Quid ais? PAR. Maxume. [90])

80) quam mihi 81) coaevum ac per hoc ſenem 82) nomen ſenis 83) ſenex 84) puellam 85) non bono omine evenit 86) plus eſt infelicitatis malum quam incommoditatis 87) manifeſtum eſt *) *edit.* deierare. *Error MS. notandus* 88) et liquet *ex nota patet ſcholiaſten lectionem* delirare *pro vera habuiſſe* 89) inſolitam et inopinam infelicitatem et infortunium monſtrum notat 90) ita eſt.

---

34. *ſceleris*] *ſcelus* h. l. eſt infelicitas. Martial. epigr. VII. 14. *accidit infandum noſtrae ſcelus, Aule, puellae.* v. Bentlei. ad h. l. ſic *ſceleratum frigus* pro noxio. ap. Virg. Georg. II. 256. *ſceleſta plebs* pro infelice ap. Hor. Carm. II. 4. ſic campus, vicus, porta ſcelerata. v. Duker. ad Flor. I. 12. 102.

39. *liquet mihi deierare*] i. e. liquido deierare poſſum. v. not. ad Andr. IV. 3. 14. *Deierare* eſt valde, ſancte iurare. Nam *de* in compoſitis vim auget, ſic *deamare* eſt valde amare, *demirari* valde mirari, in Hec. V. 2. 5. *Bacchis deierat perſancte.* v. Broukhuſ. ad Prop. Eleg. IV. 3. 42.

40. *ſex ſeptem*] eleganter pro *ſex aut ſeptem.* Cic. ad Attic. X. 8. *ſex, ſeptem diebus.* v. Lambin. ad Horat. epiſt. I. 1. 57.

42. *monſtri ſimile eſt*] i. e. res eſt miranda. Cic. pro Ligar. c. 4. *prodigio ſimile eſt, quod dicam.* v. Duker. ad Flor. III. 4. p. 514.

CH. [91] Continuo occurrit ad me quam longe quidem
[92] Incurvus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.
Heus heus tibi dico Chaerea inquit. Reſtiti [93]
Scin, quid ego te volebam? dic. Cras eſt mihi
Iudicium. Quid tum? Ut diligenter nunties
Patri advocatus mane mihi eſſe ut meminerit.
Dum haec loquitur, *) abiit hora. [94] Rogo, [95] nunquid velit [96]
Recte inquit. [97] abeo. [98] Cum huc reſpicio ad virginem,
Illa ſeſe interea commodum [99] huc adverterat
In hanc noſtram plateam. PAR. [1] Mirum ni hanc dicit modo

91) graviter atque hoſtiliter ſenem irridet 92) deſcriptio ſenis 93) fixi gradum *) *edit.* dicit, *improbante Bentl.* 94) tranſit tempus 95) interrogo illum 96) aliquid 97) dixit 98) vel habeo. *atque ſic forte olim lectum fuit huicque lectioni convenit nota* aliquid tibi dicere 99) continuo 1) ſecum.

43. *quam longe*] i. e. valde longe. *Longe* dicitur pro e longinquo.

48. *advocatus*] *Advocati* Terentii et Ciceronis tempore dicebantur amici, quos qui iudicio periclitarentur ad ſe vocabant, ut ſe conſilio, gratia, ſupplicando, aut alia quavis opera iuvarent et praeſentiam ſuam commodarent. Qui autem cauſas orabant, *patroni cauſarum* vocabantur. v. Aſcon. Pedian. in Cicer. divination. in Caecil. c. 14. Sed poſtea etiam illi, qui cauſas agebant, advocati dicti ſunt.

49. *rogo num quid velit*] eſt formula abeuntis v. Donat. ad h. l. Hunc locum imitatur. Hor. Serm. I. 9. 6. *cum affectaretur, num quid vis? occupo.*

50. *recte*] Elegantiſſima formula reſpondendi, qua vel gratias agimus, oblato beneficio non utentes, vel comiter et urbane aliquid recuſamus in Heaut. III. 2. 7. *quid tu iſthic? recte* i. e. nihil. ubi v. Bentl. in Ad. IV. 5. 19. *quid eſt? nihil, recte, perge.* Pro *recte* Horat. *benigne* dixit epiſt. I. 7. 16. v. Gronov. ad Plauti Captiv. II. 2. 19. et Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 14. nota 25. Graeci dicunt καλλιστα vel καλῶς εἶπες. v. Caſaub. in Lectionib. Theocriteis c. 16. et Kuſter. ad Ariſtoph. Ranas v. 511.

51. *commodum*] ut adver-

Huic 2) quae data eſt dono. CH. Huc cum advenio, nulla erat.
PAR. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?
CH. Verum paraſitus 3) cum ancilla. PAR. Ipſa eſt ſcilicet. *)
Deſine iam. 4) conclamatum eſt. CH. Alias res agis.
PAR. Iſtuc equidem ago. CH. noſtin quae ſit? dic mihi
Aut vidiſtin? PAR. Vidi, novi, ſcio quo abducta ſit.
CH. Eho Parmeno mi noſtin? PAR. Novi. CH. Et ſcis ubi ſiet?
PAR. Huc deducta eſt ad meretricem Thaidem, ei dono data eſt.
CH. Quis is eſt tam potens, 5) cum tanto munere hoc? PAR. Miles Thraſo,
Phaedriae 6) rivalis. CH. Duras partes fratris praedicas.
PAR. Immo enim ſi ſcias quod donum huic dono contra comparet, 7)

2) Thidi (*l.* Thaidi) 3) erat *) *edit.* ilicet *probante Bentl.* 4) quaerere illam 5) qui tantum munus dare potuit 6) fratris tui 7) aſſimilet.

---

bium ponitur pro hoc ipſo tempore. in Phorm. IV. 3. 9. *cum hoc agebam commodum.* Eo ſaepe utitur. Cic. v. Victor. ad Cic. epiſt. ad Div. VII 23.

53. *nulla erat*] i. e. nusquam erat v. in Ad. II. 2. 19. et 38.

55. *verum*] i. e. omnino v. in Heaut. V. 3. 11.

56. *conclamatum eſt*] i. e. nulla ſpes ſupereſt. Locutio ducta eſt a funeribus. Solebant enim veteres, cum quis exſpiraſſet ingentem clamorem tollere cuius rei cauſas tradunt Lamb. ad Lucret. III. 4. 69. et alii.

61. *potens*] i. e. opulentus, dives. Horat. Carm. II. 18. 12. *nec potentem amicum largiora flagito.* Phaedr. fab. I 24. *inops potentem dum vult imitari* ubi v. inrerpretes.

62. *duras partes*] i. e. difficilem ſortem, conditionem. Anton. Ciceroni inter Cicer. epiſt. ad Attic. X. 8. *quod iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe.*

63. *quod donum huic dono contra comparet*] i. e. quod donum huic dono tanquam par opponat. Loquendi ratio e ludo gladiatorum ducta eſt, ubi paria gladiatorum deliguntur h. e. ubi conſtitutum, quis cum quoque contendat. Sueton. in Calig. c. 35.

Tum magis id dicas. CH. Quodnam quaeſo hercle? PAR. Eunuchum. CH. Illumne obſecro
Inhoneſtum 8) hominem, quem mercatus eſt heri *) ſenem mulierem? 9)
PAR. Iſtunc ipſum. CH. Homo quatietur 10) certe cum dono foras.
Sed iſtam Thaidem non ſcivi nobis vicinam. PAR. Haud diu eſt.
CH. Perii. Numquamne etiam me illam vidiſſe? 11) Ehodum dic mihi
Eſtne 12) ut fertur forma? 13) PAR. Sane. 14) CH. At nihil ad noſtram hanc. 15) PAR. Alia res eſt. *) 16)
CH. Obſecro hercle Parmeno, fac ut potiar. 17) PAR. Faciam ſedulo, ac
Dabo operam, 18) adiuvabo. Numquid 19) me aliud? CH. Quo nunc is? PAR. Domum.

8) turpem *) *edit.* here *improbante Bentl.* 9) hoc eſt effinatam. (*lege* effeminatam) 10) excutietur. expelletur. 11) putaſſe 12) Thais 13) bona 14) eſt 15) convenit *) *edit. omitt.* eſt 16) pulchrior eſt Thais 17) fruar illa puella. 18) ſtudium 19) vis *et ex litura poſt* numquid *veriſimile ſit, a prima manu in contextu adfuiſſe.*

---

*hunc in arenam deductum Thraci comparavit. Contra* eſt viciſſim ut contra vociferari, contra intueri. v. Drak. ad Liv. IV. 53.

65. *inhoneſtum*] i. e. deformem, turpem ut *honeſtus* pro pulchro. in Andr. I. 1. 96.

*ſenem, mulierem*] ita dicit eunuchum, quod eunuchi multa communia habent ſenibus et mulieribus. Bentleius coniungit ſenem mulierem, ut mulier meretrix.

66. *quatietur*] i. e. cum vi et iniuria extrudetur. Horat. Carm. III. 9. 19. *ſi flava excutitur Chloe.* v. Bentl. ad Hor. Carm. III. 15. 9.

69. *nihil ad noſtram hanc*] h. e. non eſt pulchra, ſi cum noſtra comparetur. Praepoſitio *ad* eleganter inſervit comparationi. Plaut. in Captiv. II. 2. 24. *ad ſapientiam huius nimius ille nugator fuit,* ubi v. Lambin. Liv. XXII. 22. *homini non ad caetera Punica ingenia callido.* infra IV. 4. 14. et Gronov. obſervat. IV. 6.

*alia res*] dicitur de illis, quae inter ſe comparavi non poſſunt

Ut mancipia haec ita uti iuſſit frater deducam. CH. Quo? PAR. Ad Thaidem. *)
CH. O fortunatum iſtum eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.
PAR. Quid ita? 20) CH. Rogitas? Summa 21) forma. 22) *) Semper conſervam domi
Videbit, colloquetur, aderit una 23) in unis aedibus,
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter 24) dormiet.
PAR. Quid ſi nunc tute 25) fortunatus 26) fias? CH. Qua re 27) Parmeno?
Reſponde. PAR. Capias tu illius veſtem. CH. Veſtem. *) quid **) poſtea?
PAR. Pro illo te deducam. †) CH. Audio. PAR. Te illum eſſe dicam. CH. Intelligo.
PAR. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo.
Cibum una capias, aſſis, tangas, ludas, propter dormias,

*) *pro* deducam *usque* ad Thaidem *edit.* ducam ad Thaidem, *et codices variare in* deducam *et* ducam, *praetereaque nihil annotant editores.* 20) ut quid haec dicis 21) optima 22) eſt *) *edit. non diſting. poſt* forma 23) ſimul 24) iuxta 25) tam 26) ſicut ille 27) ut et ego fortunatus fiam *) *edit. interrogant* **) *edit.* quid tum †) *edit.* ducam.

---

ut contra *una res.* ap. Plaut. in Captiv. III 1. 28.

75. *in unis aedibus*] h. e. in una eademque domo. Liv. I. 51. *ea cum una nocte perfecta eſſent.* ubi v. Drak.

76. *propter*] i. e. iuxta, prope. in Ad. IV. 2. 37. *angiportum propter eſt.* Cic pro Roſcio Amer. c. 23. *filii propter (patrem) cubantes.* v. interpret. ad Livii epitom. XLIX.

*dormiet*] honeſtius dicitur de concubitu. Ovid. de arte amator I. 601 ubi v. Burmann.

79. *audio*] hic ſignificat aſſentior, fateor haec fieri poſſe. v. in Phorm. II. 1. 6. Aliter eſt in Andr. III. 3 20. ubi v. Notata.

81. *tangas ludas*] *tangere* et *ludere* ſunt verba nequam. v. infra IV. 2. 10. et interpret. ad Petron. c. 11.

Quandoquidem illarum [28]) neque te quisquam novit, neque ſcit, qui ſies.
Praeterea forma et aetas ipſa eſt, [29]) facile ut pro eunucho probes. [30])
CH. Dixti pulchre. Numquam vidi melius conſilium dari.
Age, eamus intro. Nunc iam orna me, [31]) abduc, duc quantum potes.
PAR. Quid agis? Iocabar equidem. CH. Garris. PAR. Perii. quid ego [32]) egi miſer?
Quo trudis? [33]) perculeris iam tu me. tibi equidem dico. [34]) mane. [35])
CH. Eamus. PAR. Pergin? CH. Certum eſt. PAR. Vide ne nimium callidum [36]) hoc ſit modo.

28) puellarum 29) quia imberbis et ephebus exiſtis 30) probari poſſis 31) veſtimentis eunuchi 32) dicens tibi hoc 33) quo impellis me ad malum quid? 34) o Chaerea 35) expecta 36) quia illud quod nimis callidum ſolet fieri, frequenter ſolet infatuari.

---

82. *illarum quisquam*] Veteres Latini imitatione Graecorum qui τις utroque genere dicunt, *quisquam*, *aliquis* communi genere dixerunt. infra IV. 4. 11. *hunc oculis ſuis noſtrarum nunquam quisquam vidit.* v. Gronov. ad Gell. II. 23. et quae annotavimus ad Jul. Rufinian. p. 262.

83. *forma et aetas ipſa eſt*] Bentl. legit *forma et aetate ipſa es*, ſed nihil mutandum apparet ex Hec. I. 1. 19. *cur non aut iſtaec mihi aetas et forma eſt* v. Burmann. ad Sueton. in Galba c. 14.

*ut pro eunucho probes*] *probare ſe pro eunucho* ſignificat, efficere ut pro eunucho habeatur, perſuadere aliis, ſe eunuchum eſſe. Cic. in Verr. V. 30. *ſuppoſitum in eius locum quem pro illo probare vellet.* v. quae notavimus ad Rutil. Lup. I. p. 15.

85. *orna me*] *ornare* ſignificat omnia neceſſario apparatu inſtruere, etiam veſtibus. infra IV. 4. 16. *varia veſte exornatus fuit,*

87. *perculeris me*] i. e. humi me ſternes trudendo. *Percellere* proprie eſt evertere, ſubvertere, affligere. Ennins ap. Macrob. Saturn. VI. 2, *percellunt magnas quercus.* v. Donat. ad h. l. Gronov. ad Liv. III. 30.

88. *callidum*] i. e. temerarium, praeceps. Cic. de offic. I. 24. *periculoſa et callida conſilia.*

CH. Non eſt profecto. Sine. PAR. At enim iſtaec in me cudetur faba. 37) ah. *)
PAR. Flagitium facimus. 38) CH. An id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam
Deducar, 39) et illis crucibus 40) quae nos noſtramque adoleſcentiam
Habent deſpicatam, 41) et quae nos ſemper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam, 42) atque eas 43) itidem fallam, ut ab his 44) fallimur?
An potius haec pati? 45) aequum eſt fieri, ut a me ludatur dolis, *)

37) fabula. flagitium hoc in me revertetur *) *in edit. tribuitur Chaereae* 38) vel facinus. *Lectionem citat Weſterh ex cod. Lipſ.* 39) a te 40) cruciatibus 41) deſpectum 42) vicem. yronicos quaſi non faciam 43) meretrices 44) meretricibus 45) alii patri. *quae lectio eſt in edit. absque ſigno interrog. ſed vide Bentl. qui plane aliter locum effinxit* *) *edit. cum ſigno interrogandi.*

---

Liv. XXII. 24. *agitabantur pro ingenio ducis conſilia callidiora.* v. Drak. ad Sil. Italic. XV. 337. Graeci eodem ſenſu θερμὸν dicunt. v. Victor. var. lection. XXXIII. 6.

89. *at enim*] idem eſt quod *aut* vel *enimvero.* in Ad. II. 1. 14.

*in me cudetur faba*] h. e. hoc malum in me recidat. Rationem proverbii explicavit Donatus ad h. l. et Erasmus in adagiis. p. 186.

91. *crucibus*] i. e. quae nos excruciant, malis afficiunt. Plaut. in Aulul. III. 5. 48.

92. *habent deſpicatam*] i. e. contemnunt. *Deſpicatus* eſt ab inuſitato verbo deſpicor pro deſpicio. Saepe autem *habere* cum participio ponitur. Ovid. epiſt. XXI. 234. *neglectam queritur teſtis habere fidem* Liv. XXXIX. 16. *necdum omnia in quae coniuraverant edita facinora habebant.* Val. Max. II. 6. 7. *clauſas portas habet.* v. Bachner. de commutata rat. dic. XXI. 1.

93. *referam gratiam*] i. e. par pari referam et ulciscar. Gratiam ſaepe dicitur in deteriorem partem. Sen. de clement. c. 7. ubi v. Gronov. infra V. 3. 2. *qui referam illi ſacrilego gratiam,* v. Graev. ad Cic. pro Sulla c. 16.

94. *an potius etc.*] legendum *an potius hoc patri aequum eſt fieri* i. e. an potius aequum eſt,

Quod qui reſciverint, **) culpent. 46) illud merito factum 47) omnes putent.
PAR. Quid iſtic? Si certum eſt facere, 48) facias. 49) Verum ne poſt conferas 50)
Culpam in me. CH. Non faciam. PAR. Jubesne? 50 a) CH. Jubeo, immo *) cogo atque impero.
PAR. Numquam diffugiam **) auctoritatem. ſequere. PAR. Dii vertant bene.

(Actus III. Scena I. THRASO. GNATHO. PARMENO.)

THR. Magnas vero agere gratias Thais mihi? 51)
GN. Ingentis. 53) TH. 54) Ain tu laeta eſt? GN. Non tam ipſo quidem
Dono, quam abs te datum eſſe, id vero ſerio
Triumphat. PAR. 55) Huc proviſo, ut ubi tempus fiet *)

**) *edit.* reſcierint 46) meretricem 47) a me 48) definitum eſt apud te quod dicis 49) ſac 50) ne retorqueas 50 a) ut te ducam *) *edit. omitt.* immo *probante Bentl.* **) *edit.* defugiam 51) ſcilicet ſe dixit 53) accuſativ. graec. 54) Gnathone paraſito revertente a Thaide ad Thraſonem coepit eum percunctare Thraſo, qualiter placuiſſet puella Thaidi, quam ei miſerat 55) ſecum *) *edit.* ſiet.

---

hoc a me fieri adverſus patrem, ut eum dolis fallam. v. Tanaquill. Fabrum et Bentl. ad h. l.

98. *nunquam defugiam auctoritatem*] h. e. nunquam negabo, hoc me auctore et impulſore factum. Auctoritas eſt eorum omnium, qui aliquid ſe feciſſe aut fieri iuſſiſſe profitentur. Cic. pro Sulla c. 11. *quam ego defugiam auctoritatem conſulatus mei.* v. Muret. ad h. l. et in operib. p. 721. Vict. var. lection. V. 22. *Defugere* pro recuſare, vitare; exempla illuſtrant viri docti ad Caeſ. de B. C. I. 83.

Act. III. Scen. I.

4. *triumphat*] Paraſitus ſtudio captat locutiones a re militari, ut placeat militi glorioſo. Eſt autem *triumphare* magnopere laetari, quoniam Imperatorum triumphantium publicum

Deducam. 56) Sed eccum militem. TH. Eſt iſtuc datum
Profecto, 58) ut grata 59) *) ſint quae mihi facio omnia.
GN. Advorti 60) hercle animum. TH. Vel 61) rex ſemper mihi maximas 62)
Agebat, quicquid feceram, 63) aliis non item.
GN. Labore alieno magnam partam 64) gloriam
Verbis ſaepe in ſe transmovet, 65) qui habet ſalem
Qui 66) in te eſt. TH. habes. 67) GN. Rex te ergo in oculis. 68) TH. Scilicet. 69)

56) eunuchum et puellam 58) eſt mihi 59) accepta *) *edit. add.* mihi *poſt grata et deinceps omitt.* 60) Themeſis. (Tmeſis) animadverti. ita eſt ut dicis 61) etiam 62) gratias 63) in Caria cum eſſem 64) praeparatam 65) transfert 66) vel quod 67) intelligis 68) volebat 69) interruptio.

---

erat gaudium. in Heaut. IV. 2. 5. Cic. ad Attic. IX. 16.

5. *eſt iſtuc datum mihi*] h. e. id mihi datum eſt natura, hoc mihi innatum eſt. Mart. Epigr. I. 4. 6. Non cuicunque datum eſt habere naſum. Hanc formulam pulchre illuſtrat Bentl. ad Horat. epiſt. I. 2. 45.

6. *ut grata mihi ſint*] i. e. ut gratiam mihi afferant apud omnes. in Heaut. II. 8. 21. Contra in Heaut. V. 1. 61. Cic ad Div. V. 5. *ſin autem ingrata eſſe ſentiam.* v. Graev. ad Cic. pro Milone c. 37.

7. *vel rex*] particula *vel* idem valet, ac ſi dixiſſet: ex hoc uno ſatis apparet ut dicere de aliis non opus ſit. Hec. I. 1. 3. *vel hic Pamphilus iurabat quoties.* Cic. ad Attic. IV. 16. *occupationum mearum vel hoc ſignum erit.* v. Broukhuſ. ad Tibulli Eleg. I. 8. 53. et Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 2. p. 534. Rex per eminentiam dicitur rex Perſarum.

10. *ſalem*] h. e. ſapientiam. Catull. Carm. LXXXVII. 4. *nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.* v. Serv. ad Virg. Aen. I. 35. hinc *ſalſus*, facetus, urbanus *inſulſus*, fatuus, ineptus. Bentl. *qui ſal habet, quod in te eſt.* Nam *ſal* et maſculini et neutrius generis dicitur. Forte melius eſt legere ut pleraeque editiones habent *qui habet ſalem, quod in te eſt.* Nam ſaepe pronomen *quod* reſpicit totam phraſin, in Heaut. II. 3. 123. *in tempore ad eam veni quod rerum omnium eſt primum.* Plinius in Panegyr. c. 59. *eſſe denique (conſules), quod concupierunt.* ubi v. Schwarzium.

11. *in oculis geſtare*] i. e.

GN. Geſtare? 70) TH. Verum *) credere 71) omnem exercitum 72)
Et *) conſilia. 73) GN. Mirum. 74) TH. Tum ſicubi eum ſatietas
Hominum aut negotii ſi quando odium ceperat,
Requieſcere ubi volebat quaſi noſtin. 75) GN. Scio,
Quaſi 76) ubi 77) illam exſpueret miſeriam 78) ex animo. TH. Tenes? *)
Tum me convivam ſolum abducebat ſibi. GN. Hui
Regem elegantem narras. TH. Immo ſic. 79) *) homo eſt

70) vel geſtire *ut habent edition. et ſine interrogat.* geſtare, geſtibus oculorum aliquid innuere *) *edit.* vero 71) credebat mihi 72) ſuum *) *edit. omitt.* et 73) committebat mihi 74) mira res 75) ſicut noſti et eſt interruptio 76) ideo 77) in te 78) ſecreta tibi incommoda tibi pandebat *) *edit. non interrog.* 79) ſicut ego dico *) *edit. non diſting. Lectio Bentl. haud multum abeſt a lectione codicis.*

---

magni facere, amare. Cic. ad Attic. VI. 2. *publicanis in oculis ſumus.* Similis locutio in Ad. IV. 5. 75. *hiccine non geſtandus in ſinu eſt.*

12. *vero*] i. e. omnino Eſt formula affirmandi. v. in Ad. III. 4. 23. et Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 532. Bentl. edidit *verum* ut eſt ſupra II. 3. 55.

*credere omnem exercitum*] i. e. ſummam belli committere, ut loquitur Juſtin. I. 6.

13. *ſatietas*] *ſatias*, vel *ſatietas* eſt taedium, faſtidium. v. infra V. 5. 3. in Phorm. V. 5. 6. et Drak. ad Sil. Italic. IV. 110.

14. *odium*] i. e. taedium. infra V. 5. 2. *neque agri neque urbis odium me unquam percipit.* in Hec. II. 1. 22. *cepiſſe odium tui Philumenam.*

16. *exſpueret miſeriam*] i. e. eiiceret. Vile verbum eſt exſpuere, quod paraſitus ſtudio captavit; ſic Propert. Eleg. IV. 5. 66. de anicula contemptiſſima *atque animam in tegetes putrem exſputare paternas,* ubi v. Broukhuſ. *Miſeria* eſt moleſtia ut in Ad. V. 4. 13. et Hec. III. 4. 6. Sic *miſerum habere* pro moleſtia afficere ap. Cicer. ad Div. XIV. 7.

18. *elegantem*] i. e. eligere ſcientem. infra III. 5. 18. *elegans formarum ſpectator.* Sic *eleganter* pro intelligenter ſive cum delectu. Cic. de invent. II. 3. *ſatis eleganter aliquid ſecuti*

Perpaucorum hominum. 79a) GN. Immo nullorum 80) arbitror
Si tecum 81) vivit. TH. Invidere 82) omnes mihi,
Mordere 83) clanculum, ego *) flocci pendere. 84)
Illi invidere miſere. Verumtamen unus
Inpenſe 85) elephantis quem Indicis praefecerat 86)
Is ubi moleſtus 87) magis eſt, quaeſo inquam Strato, 88)
Eone 89) es ferox, quia habes imperium in belluas?
GN. Pulcherrime hercule 90) dictum, et ſapienter. Pape.
Iugularas 91) hominem. quid ille? 92) TH. Mutus ilico.

79a) ſibi adhaerere quia delectatur in paucis, ſicut oſtenſum eſt ſuperius, eum fatigari praeſentia multorum 80) patiens eſt 81) praeter te. Si tu praeſens es illi regi, non delectatur alium quemlibet praeter te habere 82) invidebant 83) mordebant *) *edit. add.* non, *quod reſpuit Eugraphius in nota apud Zeun.* 84) pendebam 85) diligenter 86) rex 87) mihi 88) o Strato. nomen magiſtri elephantum. 89) propterea 90) vel pulchre mehercle *ut habent editi.* iuramentum integrum 91) amaritudine verbi 92) egit

---

*videbimur.* Liv. LV. 4. v. Erneſt. in Clave Cicer. in h. v.

19. *perpaucorum hominum*] i. e. faſtidioſius quam paucis familiariter utitur; imitatur Horat. Sermon. I. 9. 44. *paucorum hominum ut mentis bene ſanae,* facete Cic. ap. Macrob. Saturn. II. 12.

20. *ſi tecum vivit*] i. e. ſi tuus amicus, tuus ſodalis eſt. Horat. Sermon. I. 3. 57. ubi v. Bentl.

21. *mordere*] i. e. obtrectari, moleſtia afficere. infra v. 55 *quod eam mordeat.* Cic. ad Attic. XIII. 12. *me epiſtolae momorderunt.* Hinc morſus famae ap. Sil. Italic. VII. 271.

23. *impenſe*] h. e. valde, ac vehementer. Plaut. in Epid. IV. 1. 39. *impenſe improbus* pro intenſe. infra III. 5. 39. dicitur impendio.

25. *belluas*] belluae vocantur omnes immanes beſtiae, ſed per eminentiam elephanti. v. Graev. ad Flor. II. 6. p. 348.

27. *iugularas hominem*] i. e. ad ſilentium redegeras. Cic. in Verr. II. 35. *poſtquam tam multis eam factis decretisque iugulaſſet.*

GN. Quidni eſſet? 93) PAR. 94) Di veſtram fidem. 95) hominem perditum 96)
Miſerumque, et illum ſacrilegum. 97) TH. Quid illud 98) Gnatho?
Quo pacto Rhodium 99) tetigerim in convivio,
Numquam tibi dixi? GN. Nunquam. Sed narra obſecro
1) Plus milies iam audivi. TH. Una 2) in convivio
Erat hic quem dico Rhodius adoleſcentulus.
Forte habui ſcortum. cepit ad id 3) ludere, *)
Et me irridere. quid ais inquam homo impudens?
Tute lepus es et pulpamentum quaeris? 4) *) GN. Ha, ha, he.
TH. Quid eſt? GN. Facete, 5) laute, 6) lepide, 7) nihil ſupra 8)
Tuumne obſecro te hoc dictum 9) erat? Vetus credidi.

93) mutus 94) ſecum 95) interpellam (interpellabo) 96) Thraſonem 97) Gnathonem 98) videtur 99) quidam adoleſcens 1) ſecum hoc tacite 2) ſimul 3) ſcortum *) *ed.* alludere 4) proverbium eſt. Idem: lepus cum ſis quaeris condimentum, id eſt, adoleſcens cum ſis, ardes amore et ludis cum meretrice. aliter: quare, inquit, cum ſis femina, cum meretrice ludere vis? *) *edit. absque interrog. quacum tamen proferunt Weſterh. et Bentl.* 5) pulchre eſt dictum 6) polite 7) eloquenter 8) nihil excellentius 9) proverbium de lepore.

---

30. *tetigerim*] *tangere* eſt aculeato dicto perſtringere. v. Muret. ad Catulli Carm. XXI. 8. et Victorii Variar lection. IX. 19.

34. *alludere*] i. e. amorem ſuum oſtendere viſu, motu, tactu manus aut pedis. Lactant. III. 10. de animalibus: *colloqui videntur, dum aut homini alludunt ut ſuis quisque coniugibus.* v. Burmann. ad Phaedr. III. 19. 12.

35. *Pro irridere*] Bentlei. eleganti coniectura legit *irritare.*

36. *Lepus tute es et pulpamentum quaeris*] h. e. cum ipſe cinoedus ſis, ſcortum quaeris. Latet in hoc proverbio aliquid obſcoeni v. Donat, ad h. l. et Caſaubon. ad Atten. III. 3.

TH. Audieras? GN. Saepe, et fertur in primis.[10]) TH. Meum eſt.
Dolet[11]) dictum,[12]) imprudenti adoleſcenti et libero.[13])
PAR.[14]) At te Di perdant. GN. Quid ille[15]) quaeſo? TH. Perditus.[16])
Riſu omnes qui aderant emoriri,[17]) Denique
Metuebunt omnes iam me. GN. Non iniuria.
TH. Sed heus tu purgen[18]) ego me de iſtac[19]) Thaidi,
Quod eam me amare ſuſpicata eſt? GN. Nihil minus.[19a])
Imo auge[20]) magis ſuſpicionem. TH. Cur? GN. Rogas?
Scin? Si quando illa mentionem Phaedriae[21])
Facit, aut ſi laudat,[22]) te ut male urat?[23]) TH. Sentio.
GN. Id ut ne fiat, haec res ſola eſt remedio.

10) dicitur antiquis vel in primis proverbiis iſtud eſt primum 11) poenitet 12) a me 13) ingenuo 14) ſecum 15) adoleſcens dixit 16) eſt 17) emortui ſunt prope ridendo 18) vel purgon *atque ſic in edit* 19) virgini (virgine) quam ei miſi 19 a) non facies 20) augebis 21) amatoris ſui tuique rivalis 22) Phaedriam 23) interruptio.

---

39. *fertur inprimis*] i. e. in omnium ore eſt, circumfertur ut elegans et venuſtum. Sueton. in Caeſ. c. 20. *ut vulgò mox ferentur hi verſus.* v. Schulting. ad Sen. controverſ. II. p. 120.

40. *imprudenti*] imprudens hic in laude ponitur, ut adoleſcentes imperiti, verum educti libere. in Andr. V. 4. 8. v. Bentl. ad h. l. Minus recte h. l. accepit Schulting. ad Sen. controverſ. I. p. 152.

42. *riſu emoriri*] i. e. vehementer ridere. Locutio fluxit ab Homeri Odyſſ. Σ. 99. γέλω ἔκθανον, *emoriri* antique dicitur pro emori

44. *de iſtac*] i. e. propter iſtanc. infra III. 2. 3. *ecquid nos amas de fidicina iſtac.* Cic. in Verr. III. 3 *flebit uterque non de ſuo ſupplicio.*

48. *male urat*] i. e. valde. in Ad. IV. 1. 7. *rus male odi.*

Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo. Si quando illa 24) dicet Phaedriam
Intromittam 25) comeſſatum, 26) Pamphilam *) 27)
Cantatum provocemus. Si laudabit haec 28)
Illius 29) formam, tu huius 30) contra. Denique
Par pro pari referto, 31) quod eam mordeat.
TH. Si quidem me amaret, tum iſtuc prodeſſet Gnatho. 32)
GN. Quando illud quod tu das expectat 33) atque amat,
Iam dudum te amat, iam dudum illi facile fit
Quod doleat, metuet *) ſemper quem ipſa nunc capit
Fructum, 34) ne quando iratus tu alio conferas.
TH. Bene dixti, at mihi iſtuc non in mentem venerat.
GN. Ridiculum. 35) non enim cogitaras. Ceterum
Idem tute hoc melius quanto inveniſſes Thraſo? *) 36)

(Actus. III. Scena. II.) THAIS. THRASO. GNATHO. PARMENO.

THAIS. 37) Audire vocem viſa ſum modo militis
Atque eccum. Salve mi Thraſo. 38) THR. O Thais mea

24) Thais 25) intromittamus 26) ad convivandum *) *edit. praemittit* tu 27) tu dices iſtam puellam 28) Thais 29) Phaedriae 30) Pamphilae 31) ei 32) o Gnatho 33) ammiratur *) *edit.* metuit 34) coitum vel munera 35) res riſu digna *) *deletum eſt ſignum interrog.* 36) ſi cogitaſſes 37) Thraſone veniente cum paraſito ad domum Thaidis, illius vocem recognovit Thais eique gratulabunda obviam proceſſit 38) o Thraſo.

52. *comiſſatum*] i. e. ad computationem poſt coenam commiſſam. Formatur e graeco κωμαζειν et ideo rectius per ſimplex m ſcribitur v. Voſſ. de etymolog.

55. *par pari referto*] in nonnullis ſcribitur *par pro pari* v. Bentl. ad h. l.

Meum ſuavium. 39) quid agitur? 40) et quid *) 41) nos amas
De fidicina iſtac? 42) PAR. 43) Quam venuſte, 44) quod dedit
Principium adveniens? THA. Plurimum merito tuo.
THR. Eamus ergo ad cenam. quid ſtas? PAR. Em. Alterum
Ex homine hunc 45) natum dicas. 46) THA. Ubi vis. 47) Num moror? *)
PAR. Adibo atque aſſimulabo quaſi nunc exeam.
Ituran 48) Thais quopiam 49) eſt? THA. Hem. Parmeno
Bene pol feciſti. 50) hodie itura. 51) PAR. Quo? THA. Quid? hunc 52) non vides?
PAR. Video, et me taedet. Ubi vis dona aſſunt tibi
A Phaedria. THR. Quid ſtamus? Cur non imus hinc?
PAR. Quaeſo hercle ut liceat nobis *) pace 53) quod fiat tua,

39) baſium 40) tecum *) *edit.* ecquid 41) ecce quantum 42) quam tibi miſimus 43) ſecum loquebatur 44) allocutus eſt eam. yronicos. 45) Thraſonem 46) alteram cauſam quam per viam dixiſſet quia non ita ſublimis eſt. *non liquet ſenſus huius notae* 47) eamus *) *edit.* non moror 48) an itura 49) ad aliquem locum 50) quia veniſti 51) ſum 52) Thraſonem *) *ed. omitt.* nobis 53) pax tua.

---

Act. III. Scen. 2.

4. *quod dedit principium*] i. e. quam inficete ſermonem ſuum orſus eſt commemorando munere, quod dedit. *Dare* pro facere frequens eſt Comicis. *Principium* eſt prooemium apud rhetores. v. Schulting. ad Senec. controverſ. II. p. 123.

7. *ex homine hunc natum dicas*] Interpretes haec per interrogationem capiunt hoc ſenſu: an credas hunc eſſe hominis progeniem, adeo ruſticus et ſtupidus eſt. Sed mire blanditur praeclara et digna tali ingenio Bentleii emendatio *abdomini hunc natum dicas* quod recte dicitur de paraſito, qui de ventre ſolo cogitat. Cic. in Piſon. c. 17.

13. *pace quod fiat tua*] i. e.

Dare huic [54] quae volumus, convenire [55] et colloqui. [56]
THR. Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.
PAR. Res indicabit. heus iubete iſtos foras
Exire quos iuſſi [57] ocius. [58] Procede tu huc. [59]
Ex Aethiopia eſt usque [60] haec. THR. Hic ſunt tres minae.
GN. Vix. PAR. Ubi tu es Dore? [61] Accede huc. hem. eunuchum tibi.
Quam liberali facie, quam aetate integra.
THA. Ita me Di ament. honeſtus. PAR. Quid tu ais Gnatho?
Numquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraſo? [62]
Tacent, ſatis laudant, fac periclum [63] in literis,
Fac in palaeſtra, in muſicis, quae liberum
Scire aequum eſt adoleſcentem; ſolertem dabo.
THA. Ego illum [64] eunuchum ſi opus ſciet, *) [65] vel ſobrius [66]
PAR. Atque haec qui miſit non ſibi ſoli poſtulat

54) Thaidi 55) eam 56) ei 57) vel; 58) vel? 59) Aethiopiſſa 60) valde 61) eunuchus 62) dicis 63) approbationem 64) amo *) *edit.* ſiet 65) quod dicis. *Nota favet lectioni MS. ex aliis libris non erutae.* 66) ſi ſobrius eſt amo.

cum bona venia tua, te non invito. Cic. ad Div. VIII. 17. *pace tua dixerim.* Petron. c. 2. *pace veſtra liceat dixiſſe*, ubi v. interpretes.

16. *res indicabit*] i. e. non opus eſt verbis; cum dona videris, qualia ſint iudicare poteris. Expreſſit graecam formulam αὐτὸ δείξει de qua v. cl. Valkenar. ad Euripid. Phoeniſſ. v. 626.

23. *in literis*] literae ſunt artes liberales omnes, ut apud Cicer. de Orat. III. 34 et Nepot. in Attic. c. 1. Iungit vero literas, palaeſtram, muſicam, quod Graeci has artes inprimis pueros docebant. v. Periz. ad Aeliani var. hiſt. VII. 15.

25. *ſolertem dabo*] h. e. rebus ipſis oſtendam eum peritiſſimum harum artium. Plaut. in Milit. III. 1. 56. *plus dabo quam praedicabo ex me venuſtates tibi.* v. Schulting. ad Sen. controverſ. III. p. 214. *Solers* opponitur rudi, inerti v. Donat. ad h. l.

Te vivere, et ſua cauſa excludi caeteros.
Neque pugnas narrat neque cicatrices ſuas
Oſtentat, neque tibi obſtat,[67] quod quidam facit.[68]
Verum ubi moleſtum non erit, ubi tu voles,
Ubi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur.[69]
THR. Apparet ſervum hunc eſſe domini pauperis,
Miſerique. GN. Nam hercle nemo[70] poſſet ſat ſcio
Qui[71] haberet, qui pararet alium,[72] hunc perpeti.[73]
PAR. Tace tu, quem ego eſſe infra infimos omnes puto
Homines. nam qui huic[74] animum aſſentari
Induxeris, e flamma[75] te cibum petere poſſe arbitror.

67) contradicit 68) Thraſo 69) Phaedria 70) dominus 71) quomodo 72) ſervum 73) habere. Si, inquit, ipſe dominus ſervum meliorem prae paupertate haberet, nequaquam hunc ante oculos ſuos pati potuiſſet 74) Thraſoni 75) ex omni periculo.

---

30. *quidam*] *quidam* veteres dicunt non ſolum per contemtum, ſed etiam ne offendant praeſentem, ut h. l.

32. *ſat habet*] i. e. contentus eſt. Caeſar de B. C. III. 46. *qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere.* Nep. in Epamin. c. 8. ut *Lacedaemonii ſatis haberent ſi ſalvi eſſe poſſent.* v. Drakenb. ad Liv. V. 21.

35. *qui pararet alium*] *qui* ponitur pro *ut*, ut ad Andriam notavimus. *Parare* eſt comparare, emere. Catull. Carm. X. 20. *non poſſem octo homines parare rectos.* ubi v. Muret. Caeſ. de B. G. IV. 2. *quae impenſo parant pretio.* v. Buchner. de commutata ratione dicendi p. 13. et Gron. ad Senec. de ben. IV. 12.

36. *infra infimos*] i. e. abiectim, contemtim. Ovid. Triſt. V. 8. 1. *non adeo cecidi quamvis abiectus ut infra Te quoque ſim, inferius quo nihil eſſe poteſt.*

38. *de flamma etc*] i. e adeo famelicum et impudentem te eſſe arbitror, ut ex medio igne vel cum capitis periculo cibum petere poſſis. Alludere videtur ad cilicernium vel coenam funebrem, quae ad buſta mortuorum coquebatur a pauperibus deripi-

THR. Iamne imus? THA. Hos 76) prius introducam et quae volo
Simul imperabo, poſtea *) continuo exeo.
THR. 77) Ego hinc abeo. tu 78) iſtam opperire. 79) PAR. Non *) convenit
Una ire cum amica imperatorem in via.
THR. Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es.
GN. Ha, ha, he. THR. Quid rides? GN. Iſtuc quod dixti modo,
Et illud de Rhodio 79 a) dictum in *) mentem venit.
Sed Thais exit. THR. Abi, praecurre, *) ut ſint domi
Parata. GN. Fiat. THA. 80) Diligenter Pythias 81)
Fac cures, ſi Chremes huc forte advenerit,
Ut ores primum ut maneat, ſi id non commodum eſt,
Ut redeat. Si id 82) non poterit, ad me adducito. 83)
PYTH. Ita faciam. THA. Quicquid *) aliud volui dicere?
Ehem, curate iſtam diligenter virginem,

76) Parmenonem et alios *) *edit.* poſt *improbante Bentl.* 77) Gnathoni ſuo paraſito dicit 78) o Gnatho 79) expecta *) *edit.* haut 79 a) quem ſimiliter illuſiſti *) *edit.* cum in **) *edit.* abi prae, curre 80) ut 81) ancillae nomen. ancilla illius erat procuratrix domus 82) redire 83) alii adducito. *V. L. in editis non memoratur.* *) *edit.* quid? quid.

---

enda. v. interpret. ad Catulli carm, LX. et Victorii var. lection. XXI. 9.

48. *fac cures*] periphraſis pro *cura* ut mox v. 53. *adſitis facite* pro adeſte, in Hec. II. 2. 2, *faciam ut concedam* pro tibi concedam. Cic. ad Div. X. 17. *fecit ut mitteret* pro miſit. Liv. XXXVI. 29. *non facturum ut inſultet* pro non inſultaturum.

49. *ſi id non commodum eſt*] eſt formula venuſtae humanitatis ſimillis illi ſupra v. 31. ubi *moleſtum non erit* et Cic. ad Div. I. 1. *quod commode facere poſſis* ubi v. Graev.

Domi ut ſitis **) 84) facite. THR. Eamus. TH. 85) Vos me ſequimini.

(Actus III. Scena III.) CHREMES. PYTHIAS.

CHR. 86) Profecto quanto magis magisque cogito,
Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.
Ita me ab ea aſtute video labefactarier. 87)
Iam hem cum primum iuſſit me ad ſeſe arcerſirier *)
Domum, roget quis. 88) Quid tibi cum ea? *) Ne noram quidem.
Ubi veni, cauſam 89) ut ibi manerem repperit.

**) *edit.* adſitis 84) adſitis 85) ad pediſſequas loquitur 86) iſte eſt Chremes nobilis adoleſcens, cuius ſoror puella erat, quam Thraſo Thaidi dederat. Sed antequam ei dediſſet, frequenter vocabat Thais eum ad ſe, promittens, ei gaudium maximum ſe conlaturam. Dum ergo ea rogante veniſſet ad domum illius eamque inveniſſet cum Thraſone in domo eius eſſe, iratus cur fruſtra toties veniret, coepit iſta loqui, quaſi illuſus eſſet ab ea, cum omnino id non eſſet. Ob hoc ſiquidem ſaepe vocabat eum Thais, ſororemque illius cum tanto ſtudio reddere ei volebat, ut illius amicitia et ope iuvaretur, quae advenerat. Sat enim nobilis Chremes habebatur 87) deludier pro nihilo duci *) *edit.* arceſſier 88) ſi forte interroget aliquis me *) *edit.* illa 89) celebraturam.

---

Act. III. Scen. 3.

1. *magis magisque*] frequens haec geminatio. Liv. VIII. 39. *quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hoſtes cernebant* ubi v. Drak.

2. *nimirum*] i. e. certe, ſine dubio Horat. epiſt. I. 14. 11. *cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors* v Donat. ad h. l.

3. *labefactarier*] *Labefacere* proprie eſt aliquid ad labem, ad ruinam adducere. metaphorice aliquem de propoſito, de priſtina conſtantia demovere, a pudicitia pellicere ad amores. Cat. Carm. LXX. 3. *non ſi illam raro labefactas munere veſtis.* v. Victor. var. lection. III. 22. Sic mutaturi conſilium labare vel labaſcere dicunt, ut ſupra I. 2. 98.

5. *quid tibi cum illa*] ſupplendum: negotii eſt. Cic. ad Div. XV. 10. *ſi mihi tecum minus eſſet quam eſt cum tuis omnibus.* Nep. in Alcib. c. 10. *quae regi eſſent cum Lacaedemoniis.* v. Schulting. ad Sen. controverſ. I. p. 119.

Ait rem divinam 90) feciſſe ſe, et rem ſeriam 91)
Velle agere mecum. Iam tum erat ſuſpicio
Dolo malo haec fieri omnia. 92) Ipſa accumbere 93)
Mecum, mihique ſeſe dare, 94) ſermonem quaerere. 95)
Ubi friget, 96) huc evaſit, 97) quam pridem 98)
Pater mihi et mater mortui eſſent. dico, iam diu.
Rus Sunii 99) *) ecquod 1) *) habeam; **) et quam longe a mari. 2)

90) ſacram 91) certam cauſam ſine riſu. 92) ad illam me ſaepius recurrere 93) pro accumbebat 94) pro dabat 95) pro quaerebat 96) ubi refrixit amor vel accubitus 97) devenit loquendo 98) dudum 99) proprium nomen villae 1) ecce quantum *ſecundum illam notam pertinent haec verba ad ſermonem Chremetis ad Thaidem* *) *ſed ſecundum lectionem edit.* ecquid *interrogat Thais* **) *edit.* haberem. *Recte ſenſum comice cepiſſe videtur auctor ſcholii. Nam paulo poſt Chremes ait rus Thaidi placuiſſe, placere autem non poterat, niſi antea edocta fuiſſet, Chremem ibi rus habere.* 2) interrogabat.

---

7. *rem divinam feciſſe*] i. e. ſacrificaſſe. Hec. I. 2. 109.

*rem ſeriam*] i. e. gravem et maximi momenti. Inter *ſerius* et *ſeverus* hoc diſcrimen eſt, ut prius fere dicatur de rebus, poſterius de hominibus. Nep. in Pelop. c. 3. *in craſtinum differo res ſerias.* v. Duker. ad Liv. XXIII. 7.

10. *ſeſe dare*] *dare ſe alicui* dicuntur, qui faciunt quod alter cupit, qui ei grati eſſe laborant omni obſequii genere in Ad. V. 3. 52. *da te hodie mihi.* Nep. in Att. c. 9. *qui adverſariis eius ſe dabant.* Cic. ad Div. II. 8. *da te homini* ubi v. Manut.

*ſermonem quaerere*] eſt undecunque colloquendi occaſionem captare, ut Don. ad h. l. Pro eo Petronius c. 37. dicit *fabulas arceſſere* ubi v. Burmann.

11. *ubi friget*] i. e. loquendi materia exhauſta eſt, ubi nihil amplius quod dicat inveniri poteſt. Similiter ap. Cicer. ad Div. III. 8. imminutus ſermo hominum dicitur *refrigeratus* ubi v. Manut.

*huc evaſit*] i. e. ad has quaeſtiones ſermonem retulit. Salluſt, in Iug. c. 14. *huccine beneficia evaſere* ubi v. Cort.

*pater et mater mortui*] *mortui* in maſculino genere dixit non mortuae, ut Liv. XXI. 50. *rex regiaque claſſis una profecti et ſic centum alii.*

Credo ei placere. hoc *) 3) ſperat ſe 4) a me avellere.
Poſtremo 5) ec qua 6) inde 7) parva periiſſet ſoror. 8)
Ec quis *) cum ea una, quid habuiſſet cum periit.
Ec quis eam poſſet noſcere. Haec cur quaeritet, 9)
Niſi ſi *) illa forte quae olim periit parvula
Soror, hanc ſe intendit eſſe, ut eſt audacia. 10)
Verum ea 11) ſi vivit, annos nata eſt ſedecim,
Non maior, Thais 12) quam ego ſum maiuſcula eſt.
Miſit porro orare, ut venirem ſerio. 13)
Aut dicat quid vult, aut moleſta ne ſiet.
Non hercle veniam tertio, heus, heus. 14) PY. Ecquis hic eſt? *)
CH. Ego ſum Chremes. PY. O capitulum 15) lepidiſſimum. 16)

*) *edit. diſtig. poſt* hoc 3) meum rus 4) ſuo amore 5) quaerebat 6) ecce quae *) *edit.* ecqua *neque aliter legere potuit MS. quia ipſe ſupplevit* quaerebat 7) de Sunio 8) mea *) *edit.* ecquis *et ſic paulo poſt* 9) neſcio *et vi huius gloſſae ſignum interrogat. in MS. deeſt* *) *edit.* ſit 10) mulierum 11) ſoror 12) iſta 13) certe. in veritate 14) ad oſtium ſtabat *) *edit. omitt.* eſt 15) capitulum diminutivum a capite et blandiendo hoc dixit pro dulciſſimum caput 16) dulciſſimum.

---

14. *avellere*] pro avulſuram, praeſens pro futuro. v. not. ad Andr. I. 5. 3.

19. *intendit*] h. e. contendit. Cic. ad Div. I. 2. *Lupus intendere coepit:* Geſnerus in theſ. ling. lat. *intendit* explicat per: probare vult; quo ſenſu verbum hoc uſitatum eſt iureconſultis.

*ut eſt audacia*] ſcilicet mulieris, vel in ablativo pro ut eſt audacia praedita. in Ad. III. 3. 36. *ut eſt dementia* v. Donat.

22. *miſit orare*] hoc Graecorum more dicitur pro miſit oratum. v. Voſſ. de conſtruct. c. 51. Mittere ſimpliciter eſt nuntium vel legatum vel literas mittere. Cic. ad Div. V. 20. *ſi ad me miſiſſes.* ubi v. Manut. Iuſtin. V. 3. *ſtatim igitur Athenas mittit.* v. Gronov. ad Liv. VIII. 33. et Duker. ad Thucydid. IV. 93.

23. *quid vult*] pro quid velit. Similia exempla indicativi pro ſubiunctivo ſupra vidimus.

CH. Dico ego mihi inſidias fieri [17]) PY. Thais [17 a]) maximo
Te orabat opere, ut cras redires. CH. Rus eo.
PY. Fac amabo. [18]) CH. Non poſſum inquam. PY. At tu apud nos hic mane
Dum redeat ipſa. [19]) CH. Nihil minus. PY. Cur mi Chremes?
CH. Malam in *) rem hinc ibis. [20]) PY. Si iſtuc ita certum eſt tibi
Amabo, ut illuc tranſeas ubi illa eſt. [21]) CH. Eo. [22])
PY. Abi cito Dorias. [23]) hunc [24]) deduc ad militem.

(Actus III. Scena IV.) ANTIPHO.

Heri aliquot adoleſcentuli coiimus [24]) *) in Piraeo, [26])
In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus. Chaeream ei rei [27])

17) a Thaide domina tua 17 a) domina mea 18) redi cras 19) Thais *) *edit. omitt.* in *et interrogant* 20) maledixit illam 21) rogabat *ſcilicet Pythias* 22) quo dicis 23) alia ancilla 24) Chremem 25) convenimus *) *edit.* coimus 26) Piraeus locus eſt, apud quem adoleſcentuli convenerant, ut de ſymbolis ederent i. e. de collatione comederent, cui prandio praefecerunt Chaeream. Sed ille, intermiſſo officio prandii, proſecutus eſt puellam, ſicut iam ſupra diximus. Tum ſequenti die miſerunt illi adoleſcentes unum ex ſuis, nomine Antiphonem, ut quaereret, ubinam eſſet Chaerea, qui, dum incederet per viam, ſecum hoc loquebatur 27) commeſſationi.

26. *maximo te orabat opere*] pro magnopere, ſummopere. Saepe diviſim legitur magno opere, ſummo opere. v. Drak. ad Liv. I. 17. aliquando alia quoque vox interponitur ut h. l. Cic. ad Div. XIII. 7.

30. *malam rem hinc ibis*] ſic e libris antiquis edidit Bentl. Dicitur autem malam rem ire eo modo quo domum ire.

Act. III. Scen. 4.

1. *coiimus*] *coire* eſt convenire. Virg. Aen. VII. 582. *undique collecti coeunt.* v. Heinſ. ad Oid. epiſt. VII. 123.

*Piraeo*] alii ſcriptores hunc portum ſemper dicunt Piraeeum. v. Gron. obſerv. I. 3.

2. *Chaeream ei rei praefecimus*] i. e. magiſtrum convivii vel arbitrum bibendi, ut Horat.

Praefecimus. dati [28] anuli. [29] locus, tempus [30] conſtitutum eſt,
Praeteriit tempus, quo in loco [31] dictum [32] parati nihil eſt.
Homo [33] ipſe nusquam eſt, neque ſcio quid dicam, aut quid coniectem. [34]
Nunc mihi hoc negotii caeteri dedere, ut illum quaeram.
Ibo ad eum, *) viſam ſi domi eſt. Sed **) quisnam hinc a Thaide [35] exit?
Is eſt annon eſt? Ipſus eſt. quid hoc hominis eſt? *) qui hic ornatus? [36]
Quid illud mali eſt? Nequeo ſatis mirari, neque coniicere.
Niſi quicquid eſt, procul [37] hinc libet prius [38] quid ſit ſciscitari. [39]

28) ſunt ei 29) ut mos eſt, miniſtris 30) prandii 31) oportune 32) eſt 33) Chaereas 34) coniiciam. aeſtimem *) *edit.* idque adeo, *probante Bentl.* **) *edit. omitt. ſed male iudice Bentl.* 35) a domo Thaidis *) *edit. om.* eſt 36) eſt, *textui inſerunt edit.* 37) de longe 38) priusquam ad eum veniam 39) interrogare.

---

dicit, creavimus. v. Salmaſii obſ. in ius Attic. p. 69.

3. *dati annuli*] ſcilicet pro pignore ſe ad convivium venturos.

4. *parati nihil*] pro paratum nihil. Sic apud Liv. IX. 16. XXXI. 7. *nihil parati.* Sic alibi *quid integri*, *hoc ſigni* etc. v. Gronov. ad Liv. XXXI. 37.

7. *ſi domi eſt*] *ſi* ponitur pro *an*, ut *ει* apud Graecos. Propert. Eleg. II. 29. 23. *volui, ſi ſola quieſceret illa, Videre.* Cic. ad Div. IX. 26. *cum ille, ſi quis quidquam quaereret, dixiſſet.* v. Duker. ad Flor. III. 3. 496.

10. *procul*] procul etiam dicitur de ſpatio breviore. Sic in Hec. IV. 3. 1. *procul ſermonem accipere* dicitur, qui tam prope adeſt, ut ſermonem audire poſſit. v. Perizon. ad Sanctii Minerv. I. 16. p. 155.

(Actus III. Scena V.) CHAEREA. ANTIPHO.

CHAER. 40) Num quis hic eſt? Nemo eſt. Num quis hinc me ſequitur? Nemo homo eſt.
Iamne erumpere 41) hoc licet mihi gaudium? Pro Iuppiter 42)
Nnnc eſt profecto 43) interfici cum perpeti me poſſum.
Ne 44) hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua.
Sed neminem *) hic curioſum intervenire nunc mihi, 45)
Qui me ſequatur, quique iam *) rogitando 46) obtundat, 47) enecet, 48)
Quid geſtiam, aut quid laetus ſim, quo pergam, unde emergam, 49) ubi ſiem
Veſtitum 50) hunc nactus, quid mihi quaeram, ſanus ſim, anne inſaniam.
ANT. Adibo, atque hanc gratiam ab eo 52) quam video velle, inibo. 53)

40) Adoleſcens iſte nimio gaudio reſolutus, eo quod voluptatem haberet expletam in puella, loquebatur ſecum, et egrediens a cellula interrogabat quis ibi eſſet, ſibique diſſolute reſpondebat 41) manifeſtare 42) exclamatio eſt 43) illud tempus 44) ſ. utinam *) *edit.* neminemne 45) video *) *edit.* quoquo eam *probante Bentl.* 46) interrogando 47) hebetet 48) cruciet 49) de qua fovea exeam 50) eunuchi. 52) Chaerea 53) interrogabo.

---

Act. III. Scen. 5.

1. *nemo homo*] abundat homo ut in Ad. II. 3. 6. Cic. ad Dic. XV. 10. *eſſe hominem, qui ignoret, arbitror neminem.*

2. *erumpere gaudium*] i. e. gaudium, quod quis diu continuit, cum impetu efferre, erumpere. Erumpere ſaepe active dicitur. Cic. ad Attic. XVI. 3. *ne in me ſtomachum erumpat.* v. Gronov. ad Liv. XXXVI. 7.

3. *nunc eſt profecto*] ſcilicet tempus. Liv. VII. 32. *fuit cum hoc dici poterat.* Petron. c. 127. *nunc erat a torua ſubmittere cornua fronte.* v. Sanctii Minerv. IV. 4. p. 645.

5. *curioſum*] hic in deteriorem partem ſumitur pro eo, qui

Chaerea [54]) quid eſt quod ſic geſtis, aut *) quid ſibi hic veſtitus quaerit?
Quid eſt quod laetus ſis? Quid tibi vis? Satin ſanus es? **) Quid me aſpectas?
Quid taces? CHAE. O feſtus dies [55]) hominis. Amice ſalve,
Nemo eſt omnium *) quem ego nunc magis cuperem videre, quam te.
ANT, Narra iſtuc quaeſo quid ſiet. CH. Immo ego te obſecro hercle ut audias.
Noſtin hanc [56]) quam amat frater? [57]) ANT. Novi. Nempe [58]) opinor Thaidem.
CH. Iſtam ipſam. ANT. Sic commemineram. [59]) CH. Hodie quaedam eſt ei dono data [60])
Virgo, quid *) eius nunc tibi faciem praedicem aut laudem Antipho,
Cum me ipſum noris [61]) quam elegans [62]) formarum ſpectator ſiem?
In hac [63]) commotus. [64]) ANT. Ain tu? CH. Primam [65]) dices ſcio [66]) ſi videris.

54) o Chaerea *) *edit. omitt.* aut **) *edit.* ſatine ſanus. *Bentl. cum eliſione* ſanu's *contracte pro* ſanus es. 55) mihi *) *edit.* hominum *reprobante Bentl.* 56) Thaidem 57) meus 58) *ſuperſcript.* ut *forte a prima manu, ut legendum ſit* ut opinor 59) ita ſperabam 60) a Thraſone *) *ed. add.* ego 61) pro noveris 62) prudentiſſimus 63) puella 64) *additum ſupra* ſum, *ſicut* ut *notae* 58. 65) optimam 66) illam.

---

alienas res noſſe curat. Plaut. in Sticho II. 1. 44.

12. *o feſtus dies hominis*] ex vulgata editione nullus idoneus ſenſus elicitur. Bentl. coniicit *o feſtus dies! o meus amicus! ſalve.* Feſtus dies blandientis dictum eſſe planum eſt ex Plauto. in Aſina. I. 1. 49. *ſine amabo te amari meus feſtus dies.* Gesner. in theſ. lat. v. Feſtus et cl. Oudendorp. putabant *o feſtus dies, o meus amicus* ſcil. dies. Poetae diem meum diem fauſtum vocant. v. Gronov. in diatriba Statiana c. 43.

18. *ſpectator*] qui iudicat, qui probat. Sic *ſpectare* pro probare. in Andr. I. 1. 64.

19. *in hac commotus ſum*] Poetae latini, cum de amore loquuntur, ablativo potius utuntur

Quid multa verba? Amare coepi. Forte fortuna 67) domi
Erat quidam eunuchus quem mercatus frater 68) fuerat Thaidi,
Neque is 69) deductus etiam tum 70) ad eam. 71) Summonuit 72) me Parmeno
Ibi ſervus quod ego arripui. AN Quid id eſt? CH. Tacitus 73) citius audies,
74) Ut veſtem cum illo 75) mutem et pro illo iubeam me illoc deducier. 76)
AN. Pro eunuchon? CH. Sic eſt. AN. Quid ex ea re tandem 77) ut caperes commodi.
CH. Rogas? Viderem 78) audirem, 79 eſſem una 80) quacum 81) cupiebam Antipho.
Num parva cauſa aut parva ratio eſt? Traditus ſum mulieri. 82)

67) caſu fortuito 68) meus Phaedria 69) eunuchus 70) *edit.* dum 71) fuerat 72) id eſt ſubtiliter ammonuit me Parmeno fratris mei phaedriae ſervus 73) ſi tacueris 74) ſummonuit 75) eunucho 76) monuit 77) dic 78) illam 79) illam 80) ſimul 81) cum qua 82) Thaidi pro eunucho.

---

quam accuſat. Ovid. art. amator. I. 731 Metam. VII. 22. *quid in hoſpite regia virgo Ureris.* v. Heinſ. ad Virg. Aen. VII. 621. et Broukhuſ. ad Propert. eleg. III. 6. 28.

*primam*] i. e. praecipuam, omnium pulcherrimam. Primus ſaepe non ad ordinem, ſed ad laudem refertur. in Heaut. V. 2. 10 *ſuavia in praeſentia quae eſſent prima habere.* v. Burmann. ad Petron. c. 40.

20. *quid multa verba*] ſcilicet dicam, ut plene eſt III. 243.

23. *arripui*] i. e. cupide amplexus ſum. Cic. pro Murena c. 30. *haec* (*Stoicorum placita*) *Cato arripuit.* ad Attic. XVI. 15. *id non perinde atque ego putarem arripere viſus eſt* ubi v. Victorium.

26. *eſſem una*] verecunda locutione exprimit rem obſcoenam. Cic. pro Caelio c. 19. *cum hac ſi quis adoleſcens forte fuerit.* Ovid. art. amator. III. 664. *mecum non ſemel iſta fuit.* v. Broukhuſ. ad Tibulli Eleg. IV. 7. 10.

27. *non parva etc.*] veriſſime Bentleius legit *non parva cauſa aut prava ratio eſt.*

Illa [83] ilico ubi me accepit, laeta vero ad ſe abducit domum,
Commendat [84] virginem. ANT. Cui? tibin? CH. Mihi. AN. Satis tuto [85] tamen.
Edicit [86] ne vir quisquam ad eam [87] adeat, et mihi ne abſcedam imperat,
In interiore parte ut maneam ſolus cum ſola. Annuo [88]
Terram intuens modeſte. ANT. Miſer. [89] CH. Ego inquit [90] ad coenam hinc eo,
Abducit ſecum ancillas. Paucae quae circum illam [91] eſſent manent
Noviciae puellae. Continuo hae *) adornant, ut lavet. [92]
Adhortor ut *) properent. [93] Dum apparatur, [94] virgo in conclavi ſedet
Spectans [95] tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura haec. [96] Iovem
Quo pacto Danae miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id [97] ſpectare coepi. Et quia [98] conſimilem luſerat

83) Thais 84) mihi 85) fideli. yronicos 86) praecipit 87) puellam 88) conſentio 89) congaudendo 90) Thais 91) virginem *) *edit.* haec 92) illa puella *) *edit. omitt.* ut 93) vel praeparent ſcilicet balnea 94) aqua 95) ſubtiliter intendens 96) huius fabulae meminit Horatius 97) illam tabulam 98) in eo ludo i. e. ſtupro.

---

31. *in interiore parte*] i. e. in gyneconitide ubi Graecorum more mulieres vivebant, v. Nepot. in praefat.

32. *terram intuens*] terram intueri eſt pudoris et pudicitiae ſignum. Cic. Catil. III. c. 5. *ſic obſtupuerant ſic terram intuebantur.* v. Cort. ad Salluſt. Catilin. c. 31.

33. *circum illam eſſent*] circum eſſe vel addito caſu circa aliquem eſſe dicuntur omnes quorum quis vel conſuetudine vel miniſterio utitur. Liv. I. 41. *Tarquinium moribundum cum qui circum erant excepiſſent,* ubi v. Drakenb.

38. *luſerat ludum*] *ludere,* frequens eſt de concubitu. Petron.

Iam olim ille 99) ludum, impendio 1) magis animus gaudebat mihi,
Deum ſeſe in hominem convertiſſe, et per *) alienas tegulas
Veniſſe clanculum 2) per impluvium, 3) fucum factum mulieri.
At quem Deum? 4) qui templa coeli ſumma ſonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? 5) ego illud vero ita feci ac lubens. 6)

99) Iupiter 1) ſtudioſe. diligenter *) *edit.* atque in *improbante Bentl.* 2) in gremium virginis 3) ſimulationem 4) arbitror hoc feciſſe 5) quod ille dignatus eſt facere 6) multum libens.

---

c. 11. *ludentem me cum fratre invenit.* v. Graev. ad Sueton. Neron. c 29.

40. *in hominem*] atqui Iupiter non ſe in hominem convertit, ſed in aurum. Bentleius igitur audaci coniectura legit: *Deum ſeſe in pretium convertiſſe.* ut Horat. Carm. III. 16. *converſo in pretium Deo* Sed Oudendorp ad Sueton. Caeſar. c. 1. vulgatam lectionem ſic defendit, ut hominem capiat pro affectum humanum Hoc ſenſu Iupiter humanum ingenium ſibi induit. Sic *pater* dicitur pro animo paterno, mater pro materno. v. Heinſ. ad Ovid. Metamorph. VI. 629.

41. *fucum*] fucus eſt color factitius, quo mulieres genas oblinentes pulchritudinem naturalem mentiuntur, hinc ad fraudem et ſimulationem transfertur. *Factum* in ſupino eſt faciendi cauſa, ut faceret.

41. *impluvium*] eſt locus ſubdivalis in mediis aedibus, in quem aqua de tectis confluit. v. Asconium ad Ciceronis actionem 2dam in Verrem I. c. 23.

42. *at quem Deum*] Terentium imitatus eſt. Cic. ad Div. IX. 20. *at quem virum.* Eſt autem formula laudantis et admirantis.

*templa coeli*] poetica circumlocutione dicitur coelum ſaepe. Sic loquitur Ennius cuius parodia eſt hic locus ut Donatus annotat. v. Columnam ad Ennii Fragmenta p. 35.

*ſonitu concutit*] Bentleio magis placet *nutu concutit.* Sic Ovid. Metam. II. 849. *qui nutu concutit orbem.* Sed *ſonitus* capiendum pro tonitru. Propert. Eleg. II. 16. 48. *vidiſtin moto ſonitus praecurrere coelo* ubi v. Broukhuſ.

43. *ego homuncio etc.*] Hic verſus eſt veriſſima Bentleii emen-

Dum haec mecum reputo, accerſitur *) lavatum interea virgo.
Iit, lavit, rediit, deinde eam in lectum illae collocant.
Sto expectans, ſi quid mihi imperent. 7) Venit una, heus tu inquit Dore, 8)
Cape hoc flabellum, et *) ventulum huic ſic facito dum lavamus. 9)
Ubi nos laverimus, ſi voles lavato. Accipio triſtis. 10)
ANT. Tum equidem iſtuc os tuum 11) impudens videre nimium vellem,
Qui eſſet ſtatus, flabellum tenere te, aſinum tantum. 12)
CH. Vix elocuta eſt 13) hoc, foras ſimul omnes proruunt ſe,
Abeunt lavatum. Perſtrepunt, ita ut fit, domini ubi abſunt.

*) *edit.* arceſſitur 7) utpote novitius 8) o Dore. nomen eunuchi ſumſerat *) *Edit. omitt.* et 9) nos 10) ſimulavi triſtitiam 11) faciem tuam 12) quantus tu eras propter luxurioſum 13) illa una famularum.

---

datione ſic legendus: *ego homuncio hoc non fecerim. Ego vero illud fecerim ac lubens.* Nam futurum tempus requiritur, non praeteritum.

47. *cape hoc flabellum*] Veteres lecti, cum non pannis obducti eſſent, ut noſtri ditiores ſomnum meridianum capturi, ſervos adſtare iubebant, qui ventulum facerent refrigerandi cauſa et muscas culicesque abigerent. v. Caſaubon. ad Sueton. Auguſt. c. 82.

48. *laverimus*] Activo et paſſivo ſimul uſus eſt Terentius, ut utrumque bonis ſcriptoribus uſitatum, ſed paſſivum frequentius. v. Bentl. ad Horat. Serm. I. 5. 24.

50. *te aſinum tantum*] tantus refertur ad corporis magnitudinem. Apuleji Metam. I. p. 13. v. quae annotavimus ad Rutil. Lup. p. 94.

51. *proruunt ſe*] i. e. celeriter ſe proripiunt. Verbum vero *proruere* conſtruitur cum accuſat. ut paulo ante erumpere.

Interea ſomnus virginem opprimit. Ego limis [14]) aſpecto,
Sic, per flabellum clanculum, ſimul alia circumſpecto,
Satin [15]) explorata ſint. Video eſſe. [16]) peſſulum oſtio obdo.
ANT. Quid tum? CH. Quid. quid tum? [17]) fatue. AN. Fateor. CH. An ego occaſionem
Mihi oſtentatam tantam tam brevem, tam optatam, tam inſperatam
Amitterem? Tum pol is ego eſſem vere, qui aſſimulabar *) [18])
ANT. Sane hercle ut dicis, [19]) ſed interim de ſymbolis quid actum eſt?
CH. Paratum eſt. ANT. Frugi es. [20]) Ubi? [21]) domin? CH. Immo apud libertum Diſcum [22])
ANT. Perlonge eſt, ſed tanto ocius properemus. muta veſtem.
CH. Ubi mutem? Perii. Nam domo [23]) exulo. [24]) Nunc *) metuo fratrem
Ne intus ſit. Porro autem [25]) pater ne rure redierit iam.
ANT. Eamus ad me, [26]) ibi proximum eſt ubi mutes. CH. Recte dicis:

14) tectis oculis et transverſis a limine in transverſo poſito 15) ſatisne 16) omnia vacua 17) fuit *) *ed.* ſimulabar 18) eunuchus eſſem, niſi hoc feciſſem 19) eſſet 20) parcus 21) eſt paratum 22) apud domum liberti noſtri paratum eſt 23) extra domum 24) ſolus ſum *) *edit. diſting. poſt* nunc 25) timeo 26) ſcilicet ad meam manſionem.

---

53. *limis*] ſcilicet oculis. Limi oculi ſunt transverſi, indices vel invidiae vel cupidtatis. Ovid. amor. III. 1. 33. *limis ſubriſit ocellis* Apulei. II. p. 27. *ad me converſa limis et morſicantibus oculis* ubi v. Pricaeum.

57. *oſtentatam*] *Oſtentare* ſaepe dicitur pro oſtendere et contra *oſtendere* pro oſtentare. v. Duker. ad Flor. III. 5. p. 521.

58. *occaſionem amitterem*] i. e. praetermitterem. Cic. pro Caecina c. 5. v. Drak. ad Liv. VII. 34.

60. *frugi et frugi eſſe*] dicitur

Eamus. Et de iſtac [27]) ſimul quo pacto porro poſſim
Potiri, conſilium volo capere una tecum. ANT. Fiat.

(Actus IV. Scena I.) DORIAS. [28])

Ita me Dii [29]) bene ament, quantum ego illum [30]) vidi, Nonnihil [31]) timeo miſera [32])
Ne quam [33]) ille hodie inſanus turbam [34]) faciat, aut vim Thaidi.
Nam poſtquam iſte advenit Chremes adoleſcens, frater virginis,
Militem rogat [35]) ut eum ammitti [36]) iubeat. Ille continuo iraſci, [37])
Neque negare audere. [38]) Thais porro inſtare [39]) ut hominem invitet.
Id faciebat [40]) retinendi illius [41]) cauſa, quia illa quae cupiebat
De ſorore eius indicare, [42]) ad eam rem tempus non erat.
Invitat [43]) triſtis. [44]) Manſit ibi. *) Illa cum illo [45]) ſermonem incipit. *)
Miles vero ſibi putare [46]) adductum ante oculos aemulum.. [47])

27) puella 28) ancillula iſta Thaidis, Pythia praecipiente, Chremetem adoleſcentulum dum deduxiſſet ad domum Thraſonis, ubi domina ſua Thais erat, iamque reverſa eſſet, interrogata eſt a Pythia quae eam miſerat, ſi vidiſſet Thraſonem. Tunc nimia ira commota imprecabatur ſibi iſtud 29) imprecatur ſibi 30) Thraſonem 31) ſed multum. litotes 32) de domina mea 33) aliquam 34) turbationem 35) Thais 36) vel admitti 37) pro iraſcebatur 38) audebat 39) inſtabat 40) Thais 41) Chremetis 42) illi 43) illum 44) moeſtus *) *edit. diſtinguit poſt* manſit 45) Chremete *) *edit.* occipit 46) putabat 47) rivalem.

---

qui utilis eſt ſibi vel aliis. v. in Ad. V. 9. 2. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 4. p. 559. ſubintelligit idoneus vel natus.

Voluit facere contra 48) huic 49) aegre. 50) heus inquit 51) puer Pamphilam
Accerſe, 52) *) ut delectet hic nos. 53) Illa 54) exclamat, Minime gentium, 55)
In convivium illam? miles tendere, 56) inde adiurgium. 57)
Interea aurum 58) ſibi clam mulier 59) demit, dat mihi ut auferam.
Hoc eſt ſigni. Ubi primum poterit, ſe illinc ſubducet 60) ſcio.

## (Actus IV. Scena II.) PHAEDRIA. 61)

Dum rus eo coepi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit ubi quid in animo eſt moleſtiae,
Aliam rem ex alia cogitare, 62) et ea omnia in

48) e contrario 49) Thaidi 50) triſte 51) hoc hortatus cum fuerat Gnatho 52) vel arcerſe *) *edit.* arceſſe 53) ut delectationem nobis inferat. 54) Thais 55) nequiſſime omnium. *male intellexit auctor ſcholii* 56) contendere 57) cepit (coepit) 58) inaures 59) Thais 60) ſubmovebit 61) egreſſus a Thaide Phaedria ut ſicut ſupra dixerat acturum, dum iret in rus ſuum, ubi maceraret, per illud triduum quo abſens eſſet a Thaide, coepit hoc ſecum dicere. 62) de amore Thaidis.

---

Act. IV. Scen. 1.

11. *minime gentium*] abundat *gentium* ut in *nusquam gentium*. in Ad. IV. 2. 1.

12. *in convivium illam*] Apud Graecos tibicines et meretrices conviviis adhiberi ſolebant, non mulieres honeſtiores v. Nep. in praefatione.

*tendere*] i. e. inſtare, pertinaciter contendere. Liv. XXIII. 14. *ſi propalam tenderent* ubi v. Gronov.

13. *aurum*] i. e. aurea capitis ornamenta.

14. *ſubducet*] *ſubducere ſe* eſt clam et furtim decedere. infra IV. 7. 25. *cum eo clam te ſubduxti mihi* Nep. in Alcib. c. 4. *clam ſe cuſtodibus ſubduxit.*

Act. IV. Scen. 2.

1. *inter vias*] h. e. in via, dum eo. *Inter* ſaepe donotat temporis durationem, per quam interim aliquid ſimul fit. Sic

Peiorem partem. [62a]) quid opus eſt verbis? Dum haec reputo, *)
Praeterii imprudens [63]) villam, longe iam abieram,
Cum ſenſi. Redeo rurſum. Male vero me habens,
Ubi ad ipſum veni diverticulum [64]) conſtiti.
Occoepi [65]) mecum cogitare. hem. Biduum hic [66])
Manendum eſt ſoli ſine illa. [67]) Quid tum? Poſtea *)
Nihil eſt. quid nihil? Si non tangendi copia eſt,
Eho, ne videndi quidem erit? Si illud non licet,
Saltem hoc licebit. Certe extrema [67a]) linea
Amoris, [68]) haud nihil [69]) eſt. Villam praetereo ſciens

62 a) cogitare *) *edit.* puto 63) inſcius 64) vel deverticulum. diverſorium meum 65) coepi 66) in domo mea 67) Thaide *) *edit. ponit ſignum interrogationis poſt* poſtea 67 a) minima 68) vel amare. i. e. videre 69) aliquid eſt.

---

*inter tumultum, inter coenam, inter pocula.* Sueton in Domit. c. 4. *inter ſpectacula muneris.* v. Gronov. obſervat. IV. 20. et Duker. ad Flor. III. 21. p. 690.

4. *puto*] h. e. conſidero, cogito. Plaut. in Caſina III. 2. 25. *cum eam mecum rationem puto.* Virgil. Aen. VI. 332. *multa putans.* ubi v. Serv. in Ad. V. 3. 10. *rem ipſam putemus.*

6. *male me habens*] i. e. moleſtia affectus. v. not. ad Andr. II. 6. 5.

7. *divorticulum*] eſt ubi iter de via flectitur. *Deverticulum* eſt in via domicilium ad quod de itinere devertendum eſt. *Divertit* qui a via regia diſcedens ſemitam inde in diverſa tendentem incedit; *devertit,* qui de via deflectens hoſpitium ſubit. Sic horum verborum differentiam conſtituit Drak. ad Liv. XLIV. 42.

12. *extrema linea amare*] i. e. e longinquo amare, non adire amicam aut tangere. Donat. obſervat veteres dixiſſe *longis lineis quid fieri* quod fit e longinquo. Valer. Maxim. I. 7. 8. Metaphora ducta a lineis ſtadii, in quibus curſores inſiſtebant ut ex aequo percurrerent. Sed alii aliunde metaphoram repetunt v. Salmaſ. in exercitat. Plinian. p. 648. et Heinſ. ad Ovid. amor. Eleg. III. 2. 19.

Sed quid hoc eſt *) quod tumida **) ſubito egreditur Pythias? [70])

### (Actus IV. Scena III.) PYTHIAS. PHAEDRIA. DORIAS.

PYTH. [71]) Ubi ego illum ſceleroſum [72]) miſera atque impium inveniam? aut [73]) ubi quaeram?
Hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum? [74]) Perii *) PH. [75]) Hoc quid ſit vereor.
PY. Quin etiam inſuper ſcelus, [75 a]) poſtquam ludificatus eſt [76]) virginem,
Veſtem omnem miſerae *) diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit.
PH. Hem. PY. Qui nunc ſi detur mihi, [77])

*) *editt. omitt.* eſt **) *edit.* timida 70) a domo Thaidis 71) Pythias ancilla procuratrix Thaidis cognoſcens vitiatam puellam a Chaerea, quam ei domina commendaverat, illumque fugiſſe, egrediebatur a domo ſecum quaeritans 72) Chaeream quem putabam eunuchum 73) an 74) putarem *) *edit. tribuit* perii *Phaedriae* 75) ſecum ignorans factum 75 a) Exclamatio 76) deluſit *) *edit.* miſere *improbante Bentleio* 77) ille eunuchus.

---

Act. IV. Scen. 3.

1. *ſceleroſus*] *ſceleroſus* plus eſt, quum ſceleratus. Nam Gellius IV. 9. obſervat adiectiva in *oſus* exeuntia exceſſum quendam denotare. Voce *ſceleroſus* utitur etiam Lucret. I. 84. ubi v. Lambin. De aliis huius formae adiectivis v. Cortium ad Salluſt. p. 66.

3. *ludificatus*] i. e. corrupit, vitiavit, pro quo in Hec. I. 2. 74. *ludibrio habere*, apud Tacit. Annal. VII. 2. v. Heinſ. ad Sil. Italic. VIII. 642.

4. *conſcidit*] pro illius capillum conſcidit. Rara et inſolens conſtructio. Gronov. obſerv. IV. 13. comparat illud Juſtin. I. 10. *lacerari toto corpore*.

5. *ſi detur mihi*] ita ſaepe loquuntur irati in Ad. III. 2. 13. *nihil eſt quod malim, quam totam familiam dari mihi obviam.*

Ut 78) ego unguibus 78 a) *) illi in oculos involem 79) venefico. 80)
PH. Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi.
Adibo. Quid iſtuc, quid feſtinas, aut quem quaeris Pythias? 81)
PY. Ehem Phaedria 82) egon, *) quem quaeram? 83) I hinc 84) quo dignus es, *) cum donis tuis
Tam inlepidis. **) 85) PH. Quid iſtuc eſt rei?
PY. Rogas me? Eunuchum 86) quem dediſti nobis quas turbas 87) dedit.
Virginem quam erae 88) dono dederat miles 89) vitiavit. PH. Quid ais?
PY. Perii. PH. Temulenta es. PY. Utinam ſic ſint, qui mihi male volunt.
DORIAS 90) Au Obſecro mea Pythias. quid iſtucnam monſtri fuit? 91)
PH. Inſanis. qui 92) iſtuc facere eunuchus potuit? PY. Ego illum neſcio

78) quemadmodum 78 a) cum unguibus *) *edit. add.* ſacile *ſuperſcriptum recenti ut videtur manu* 79) transvolem 80) ſcelerato. 81) o Pythias 82) o Phaedria *) *edit.* ego *ſine diſtinctione* 83) interrogas 84) execrando *) *edit. omitt.* es **) *edit.* lepidis 85) impuris. inhoneſtis 86) vel eunuchus 87) turbationes 88) Thaidi 89) Thraſo 90) ancilla alia 91) quod eunuchus potuit vitiare puellam. 92) quomodo.

---

6. *in oculos involem*] i. e. cum vi irruam. infra V. 2. 20. *quin involem in capillum.* Ovid. Metam. XIII. 560. *involat et digitos in perfida lumina condit,* ubi v. Heinſ.

7. *abſente nobis*] pro abſente me. Sic veteres aliquando loquebantur ad ſenſum magis, quam ad verba attendentes. Catull. Carm. CVIII. 5. *inſperanti nobis* Tibull. Eleg. III. 7. 24. 55. *nec merito nobis inimica merenti*, ubi v. Broukhuſ.

13. *utinam ſic ſint qui mihi male volent*] Sic veteres, quae a ſe remota vellent, hoſtibus imprecari ſolebant in Heaut. V. 3. 13. Plaut. in Aſinar. V. 2. 13. v. Lambin. ad Horat. Carm. III. 27. 21. *Male velle alicui* eſt aliquem odiſſe, *bene velle alicui*

Qui *) fuerit. hoc quod ſecit, res ipſa indicat.
Virgo ipſa lacrumat

Lacuna unius folii in medio quaternione quam ex textu editionis Zeunianae ſupplemus.

neque cum rogites, quid ſit, audet dicere.
Ille autem bonus vir nusquam apparet: etiam hoc miſera ſuſpicor,
Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. PH. nequeo mirari ſatis,
Quo ille abire ignavos poſſit longius; niſi ſi domum
Forte ad nos rediit. PY. Viſe amabo num ſit. PH. Iam faxo ſcies.
DO. Perïi! obſecro tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.
PY. At pol ego amatores mulierum eſſe audieram eos maximos.
Sed nihil poteſſe. verum miſerae non in mentem venerat:
Nam illum aliquo concluſiſſem, neque illi commiſiſſem virginem.

### Actus IV. Scena IV. PHAEDRIA. DORUS. PYTHIAS. DORIAS.

Exi foras, ſceleſte: at etiam reſtitas,
Fugitive? Prodi, male conciliate. DO. obſecro. PH Oh!

*) *edit.* quid.

---

favere in Heaut. V. 2. 6. *Tibi bene ex animo volo.* v. Burmann. ad Petron. c. 38.

22. *mea tu*] *mea* et *tu* ſolum ſunt formulae blandiendi in Ad. III. 1. 2. *modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.*

Act. IV. Scen. 4.

1. *etiam*] eleganter inſervit obiurgationi. Plaut. in Perſa II. 4. 4. *ſcelerate etiam reſpicis.* Petron. c. 25. *etiam dormire* ubi v. Burmann.

2. *male conciliate*] i. e. care

Illud vide, os ut ſibi diſtorſit carnufex!
Quid huc reditio eſt? quid veſtis mutatio?
Quid narras? paululum ſi ceſſaſſem, Pythias,
Domi non offendiſſem: ita iam ornarat fugam.
PY. Habesne hominem, amabo? PH. Quidni habeam? PY. factum bene.
DO. Iſtuc pol vero bene. PY. Ubi eſt? PH. Rogitas? non vides?
PY. Videam? obſecro quem? PH. Hunc ſcilicet. PY. Quis hic eſt homo?
PH. Qui ad vos deductus hodie'ſt. PY. hunc oculis ſuis
Noſtrarum nunquam quisquam vidit, Phaedria.
PH. Non vidit? PY. An tu hunc credidiſti eſſe, obſecro,
Ad nos deductum? PH. Nam quem? alium habui neminem. PY. Au!

---

emte, magno pretio comparate Cic. ad Attic. II. 4. *mihi placet ea, quae male emta ſunt, reddi.* ubi v. Graev. Ovid. Amor. El. I. 10. 44. *pro male conducto gratia nulla thoro.* Contra *bene emere* eſt vili pretio emere. Cic. ad Attic. XII. 23 *bene emitur quod neceſſe eſt.* v. Drakenb. ad Sil. Italic. IV. 756. *Conciliare* eſt emere. Plaut. in Epidic. III. 4. 36. in Pſeudolo I. 2. 1. *ite ignavi male habiti et male conciliati* v. Donat. ad h. l.

4. *quid huc reditio eſt, quid veſtis mutatio*] i. e. cur huc rediiſti, cur veſtem mutaſti. Saepe verbalia cum verbo *ſum* ponuntur pro ipſis verbis unde ducuntur, habentque caſum verbi ſui in Ad. III. 3. 67. *hi mihi ne corrumpantur cautio eſt.* Plaut. in Trucul. II. 7. 62. *quid tibi hanc eſt notio.* Poterat Terentius etiam ſcripſiſſe *quid veſtem mutatio eſt.* v. Voſſium de analogia III 9.

6. *iam ornarat fugam*] i. e. parabat et inſtruebat ſe ad fugam. Sic Plautus in Epid. V. 1. 9. *adornare viaticum ad fugam.* Cic. pro Quint. c. 30. *ornare convivium.* v. Cortium ad Salluſt. Iugurth. c. 90.

10. *oculis ſuis vidit*] ſaepe Latini dicunt oculis videre, auribus audire, ſed hoc ſemper fit emphaſis cauſa, quae ubi nulla eſt, vitioſum hoc loquendi genus eſſe docet Quintilian. VIII. 3. *Quisquam* dicitur pro *quaequam.* de quo archaismo diximus.

Nec comparandus hic quidem ad illum'ſt: ille erat
Honeſta facie et liberali. PH. ita viſus eſt
Dudum, quia varia veſte exornatus fuit:
Nunc tibi videtur foedus, quia illam non habet.
PY. Tace obſecro; quaſi vero paulum interſiet.
Ad nos deductus hodie adoleſcentulus
Quem tu videre vero velles, Phaedria.
Hic eſt vietus, vetus, veternoſus, ſenex,
Colore muſtellino. PH. hem, quae haec eſt fabula?
Eo redigis me, ut, quid egerim, ego neſciam.
Eho tu! emin' ego te? DO. emiſti. PY. iube mihi denuo
Reſpondeat. PH. roga. PY. veniſtin hodie ad nos? negat.
At ille alter venit, annos natus ſedecim

---

14. *ne quidem*] editiones quaedam vitioſe habent *nec quidem* ut apud alios etiam perperam ſcribitur; ſed ſemper legendum eſſe *ne quidem*, interpoſitae voces docent. Bentl. ad h. l. et Duker. ad Flor. II. 5. 279.

16. *varia veſte*] i. e. varii coloris. Ovid. epiſt. XV. 37. *et variis albae iunguntur ſaepe columbae.* Eugraphius ad h. l. dicit eunuchos veſte uſos eſſe verſicolore, ſed is ſine teſte loquitur.

21. *vetus*] i. e. ſenex. Horat. Epod. VIII. 3. *et rugis vetus frontem ſenectus exaret.* v. Broukhuſ. ad Tib. I. 10. 18. Eunuchi vero cito ſeneſcebant. Petron. c. 23. *molles, veteres Deliaci manu reciſi*, ubi v. interpretes.

*vietus*] i. e. languens, curvus per ſenectutem; proprie vietus eſt flexilis a *viere*, vincire, ligare, unde etiam *vietores* et *vimen* dicuntur. v. Donat. ad h. l.

*veternoſus*] i. e. ſenio tardus et ignavus. *Veternus* proprie eſt immodica dormiendi cupiditas, unde translate dicitur pro torpore animi et ignavia. v. Servium ad Virgil. Georg. I. 123. Sed *veternoſus* etiam accipi poteſt pro hydropico. v. Donat. ad h. l. et Bentl. ad Horat. epiſt. I. 8. 10.

22. *colore muſtellino*] i. e. ſublivido qualem habent muſtelae. v. Donat. ad h. l. at Bentl. erudite legit *colore ſtellionino* i. e. inſtar ſtellionis. Rationes apud ipſum videte.

23. *quid egerim*] Nihil verius lectione quam Bentleius revocavit *quid emerim*. *Quid* eleganter dicitur de homine.

Quem ſecum adduxit Parmeno. PH. agedum, hoc mihi expedi
Primum: iſtam quam habes, unde habes veſtem? taces?
Monſtrum hominis! non dicturu's? DO. venit Chaerea.
PH. Fraterne? DO. Ita. PH. quando? DO. hodie. PH. quam dudum? DO. modo.
PH. Quicum? DO. cum Parmenone. PH. norasne eum prius?
DO. Non. nec, quis eſſet, unquam audieram dicier.
PH. Unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas? DO. Parmeno
Dicebat eum eſſe: is dedit mihi hanc. PH. occidi.
DO. Meam ipſe induit: poſt una ambo abierunt ſoras.
PY. Iam ſatis credis ſobriam eſſe me, et nihil mentitam tibi?
Iam ſatis certum'ſt, virginem vitiatam eſſe? PH. Age nunc, bellua,
Credis huic quod dicat? PY. quid iſti credam? res ipſa indicat.
PH. Concede iſtuc paululum: audin? etiam nunc paululum. ſat eſt.
Dic dum hoc rurſum: Chaerea tuam veſtem detraxit tibi?
DO. Factum. PH. et ea'ſt indutus? DO. factum. PH. et pro te huc deductus'ſt. DO. ita.
PH. Iuppiter magne! o ſceleſtum atque audacem hominem! PY. Vae mihi!

---

27. *expedi*] i. e. dic, expone. infra V. 5. 20. *iſtuc, quicquid eſt, primum expedi.* Salluſt. in Iug. c. 5 *priusquam huius rei initium expediam.* Juſtin. XLIII. 1. ubi v. Graev.

40. *veſtem detraxit*] h. e. exuit Sueton. in Caeſ. c. 84. *veſtem detractam ſibi iniicere flammae* in Heaut. I. 1. 72. *ſoccos detrahunt.*

Etiam nunc non credis, indignis nos eſſe irriſos modis?
PH. Mirum, ni tu credas, quod iſte dicat. quid agam, neſcio.
Heus! negato rurſum: poſſumne ego hodie ex te exſculpere
Verum? vidiſtin' fratrem Chaeream? DO. non. PH. non poteſt ſine
Malo fateri, video: ſequere hac: modo ait, modo negat.
Ora me. DO. Obſecro te vero Phaedria. PH. In' intro nunc iam? DO. oi. ei.
PH. Alio pacto honeſte quo modo hinc abeam neſcio:
Actum'ſt ſiquidem. tu me hic etiam, nebulo, ludificabere?
PY. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere.
DO. Sic eſt. PY. Inveniam pol hodie, parem ubi referam gratiam.
Sed nunc quid faciendum cenſes Dorias? DO. De iſtac rogas
Virgine? PY. Ita; utrum taceamne an praedicem? DO. tu pol, ſi ſapis,
Quod ſcis, neſcis, neque de eunucho, neque de vitio virginis:

---

45. *exſculpere*] i. e. vi et minis extorquere. Plaut. in Ciſtell. II. 2. 6. *in quaeſtione vix exſculpſi ut diceret.*

46. *ſine malo*] i. e. ſine verberibus ut ad Andriam explicuimus.

49. *quo modo hinc abeam*] i. e. quomodo me hinc expediam in Heaut. IV. 2. 5. *ſcilicet me latere tecto abcedere* in Phorm. V. 8. 58. *pulchre diſcedo.*

51. *technam*] Vox graeca ſignificat fallaciam et dolum, *tam* eſt tam certe. Plaut. in Aulul. III. 6. 12. Burmann. ad Petron. c. 75.

54. *utrum taceamne an praedicem*] *utrum* et *ne* eleganter per pleonasmum iunguntur in Ad. III. 3. 28. *utrum ſtudione id ſibi habet an laudi putat fore.* Cic. de nat. Deor. II. 34. *utrum ea*

Hac re et te omni turba evolves et illi gratum feceris.
Id modo dic, abiſſe Dorum. PY. Ita faciam. DO. Sed videon' Chremem?
Thais iam aderit. PY. Quid ita? DO. Quia cum inde abeo, iam tum inceperat
Turba inter eos. PY. Aufer aurum hoc: ego ſcibo ex hoc quid fiet.

## Actus IV. Scena V. CHREMES. PYTHIAS.

Atat! data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum quod bibi.
Ac dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulchre ſobrius.
Poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit.
PY. Chremes. CH. quis eſt? ehem Pythias: vah! quanto nunc formoſior
Videre mihi quam dudum! PY. certe tu quidem multo hilarior.
CH. Verbum hercle hoc verum eſt, ſine Cerere et Libero friget Venus.

---

*fortuitane ſint an eo ſtatu* etc. ubi v. Daviſ.

56. *te turba evolves*] h. e. te expedies, te liberabis rixa. in Phorm. V. 4. 5. *ego poſſum nullo remedio me evolvere ex his turbis.*

58. *inceperat*] ponitur pro inchoata erat. Cic. in Verr. V. 10. *cum roſam videret, tum incipere ver arbitrabatur.* v. Duker. ad Liv. VIII. 38.

59. *ſcibo*] antique pro ſciam, ut aliis locis.

Act. IV. Scen. V.

3. *neque pes neque mens ſuum officium facit*] i. e. neque incedere poſſum, neque cogitare, ut decet. Terentium imitatur Ovid. Art. amator. I. 590. *officium praeſtent mensque pedesque ſuum.* v. Schulting. ad Sen. controverſ. I. p. 121.

5. *dudum*] i. e. paulo ante. Nam ſaepe *dudum* dicitur de tempore non longo. v. Broukhuſ. ad Tibull. Eleg. III. 6. 63.

6. *verbum hercle hoc verum*

Sed Thais multo ante venit? PY. An abiit iam a milite?
CH. Iam dudum: aetatem. lites ſunt inter eos factae maxumae.
PY. Nihil dixit ut ſequerere ſeſe? CH. Nihil, niſi abiens mihi innuit.
PY. Eho nonne id ſat erat? CH. At neſciebam id dicere illam, niſi quia
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extruſit foras.
Sed eccam ipſam: miror ubi ego huic anteverterim.

## Actus IV. Scena VI. THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

Credo equidem illum iam adfuturum eſſe, ut illam a me eripiat: Sine veniat!
Atqui ſi illam digito attigerit uno, oculi illico effodientur.
Usque adeo ego illius ferre poſſum ineptias et magnifica verba,

---

*eſt*] Bentlei. e. Mſſ. bene edidit *erit* pro *eſt*. Nam veteres verbo *erit* cum praeſentia tum praeterita confirmare ſolent. v. in Heaut. V. 3. 12. ſecundum lectionem Bentl. in Phorm. V. 3 18. interpretes ad h. l. et Giſanium in obſervat. ling. lat. p. 171.

*ſine Cerere et Libero friget Venus*] Sic Horat. Carm. III. 18. 6. crateram vocat Veneris ſodalem, Apulei. Metam. II. p. 115. Liberum Veneris hortatorem et armigerum, ubi v. Pricaeum.

8. *aetatem*] i. e. diu, longo tempore. v. in Heaut. IV. 3. 38. et Duker. ad Flor. III. 13. p. 614. intelligitur praepoſitio *per*.

Act. IV. Scen. VI.

1. *a me eripiat*] frequentius eſt *mihi eripiat*; ſed alii quoque praepoſitionem huic verbo addunt, ut Liv. XII. 14. *iuſſit coloniam ex hoſtibus eripere* ubi v. Duk.

2. *digito attigerit uno*] h. e. ſi illam leviter attigerit. Cic. Tuſc. quaeſt. V. 19. *Laelius, ſi digito quem attigiſſet, poenas dediſſet.* v. Pricaeum ad Apulei Metam. IX. p. 188.

Verba dum ſint: verum enim ſi ad rem conferentur, vapulabit.
CH. Thais, ego iam dudum hic adſum. TH. o mi Chremes, te ipſum exſpectabam.
Scin' tu, turbam hanc propter te eſſe factam? et adeo ad te attinere hanc
Omnem rem? CH. Ad me? qui? quaſi iſtuc. TH. quia dum tibi ſororem ſtudeo
Reddere et reſtituere, haec atque huiusmodi ſum multa paſſa.
CH. Ubi ea eſt? TH. Domi apud me. CH. hem! quid eſt?
TH. Educta ita, uti teque illaque dignum'ſt. CH. quid ais? TH. id quod res eſt.
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa quicquam abs te pretii.
CH. Et habetur et refertur, Thais, a me, ita uti merita es, gratia
TH. At enim cave, ne prius, quam hanc a me accipias, amittas Chreme.
Nam haec ea'ſt, quam miles a me vi nunc ereptum venit.
Abi tu, ciſtellam, Pythias, domo effer cum monumentis.

---

4. *magnifica verba*] i. e. plene iactantia. Tibull. Eleg. II. 6. 11. *magna loquor ſed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clauſae fortia verba fores*, ubi v. Broukhuſ.

*verba ſi ad rem conferentur*] i. e. ſi quae iactat exequi voluerit.

7. *qui quaſi iſtuc*] Recte Bentl. legit e libris ſuis *qui quaeſo iſtuc*.

10. *id quod res eſt*] i. e. verum, infra V. 5. 9. *quod res eſt*.

12. *et habetur et refertur gratia*] *habere gratiam* eſt memorem ſe officiorum praeſtare. *referre gratiam* rebus ipſis beneficia penſare. v. Cort. ad Salluſt. in Iug. c. 110.

15. *monumentis*] monumenta plerique interpretes explicant crepundia vel alia ſigna, cum quibus infantes exponi ſolebant, ut meliore tempore agnoſcerentur quae Graeci vocant γνωρισματα. v. Lindenbrog h. l. et quos laudat cl. Albertus ad Heſychium in hac voce. Enimvero haec puella

CH. Viden' tu illum Thais? PY. Ubi ſita'ſt? TH. In riſco. odioſa ceſſas?
CH. Militem ſecum ad te quantas copias adducere!
Atat! TH. Non fomidoloſus, obſecro, es mi homo? CH. Apage ſis
Ego formidoloſus? nemo'ſt hominum, qui vivat, minus.
TH. Atque ita opus 'ſt. CH. Hau! metuo, qualem tu me eſſe hominem, exiſtumes.
TH. Imo hoc cogitato; quicum

Hactenus lacuna. Sequitur textus MS.

res tibi eſt, 1) peregrinus eſt,
Minus potens quam tu, minus notus, minus amicorum hic 2) habens.
CH. Scio iſtuc. Sed tu quod cavere poſſis, ſtultum ammittere 3) eſt.
Malo ego nos proſpicere, quam hunc 4) ulciſci, accepta iniuria.
Tu abi, atque obſera oſtium intus, dum ego hinc transcurro ad forum.
Volo ego hic adeſſe advocatos nobis in turba hac. TH. Mane, 5) mane *)
CH. Melius eſt. 6) TH. Mane. 7) CH. Omitte, iam adero. TH. Nihil opus eſt iſtis 8) Chremes!

1) certamen tibi 2) eſt 3) permittere 4) militem 5) expecta *) *edit. omitt. alterum* mane 6) ut eam 7) expecta 8) advocationibus.

---

non eſt expoſita, ſed a praedonibus rapta et mox vendita. Sunt igitur monumenta vel ſigna, quod infra vocat, veſtes, ornamenta vel aliud quodlibet quod puella tum, cum raperetur, ſecum habebat. Huc referendum ſupra III. 3. 16. *ecquis cum ea una quid habuiſſet, cum perit.*

16. *in riſco*] riſcus eſt vimenia ciſtula pellibus contexta. v. Pollucem X. 31. et Cuiacii obſervat. VIII. 1.

26. *transcurro*] i. e. celeriter

Hoc modo dic ſororem eſſe illam tuam, et te parvam virginem
Amiſiſſe. Nunc cognoſſe, 9) *) ſigna, oſtende. PY. Aſſunt *) 10) TH. Cape 11)
Si vim faciet, 12) in ius ducito hominem. Intellextin? CH. Probe.
TH. Fac, animo haec ut praeſenti 13) dicas. CH. Faciam. TH. Attolle pallium. 14)
Perii, huic ipſi opus eſt patrono, quem defenſorem paro.

(Actus. IV. Scena. VII.) GNATHO. THRASO. THAIS.

THR. 15) Hanccine ego ut 16) contumeliam, tam inſignem 17) in me accipiam, Gnatho?

9) pro cognoviſſe *) *edit. non diſting. poſt* ſigna **) *edit.* adſunt 10) ſigna 11) illa ſigna 12) Thraſo 13) forti 14) praepara te ad reſiſtendum. Quia comoedia Athenienſes habet perſonas, dixit pallium. Sunt enim et togatae, quae Romanas habent perſonas 15) Miles Thraſo ad domum Thaidis concurrens cum ſuis, cum Gnathone, et cum alio, qui vocabatur Sanga, eo quod ſanguiſuginarius eſſet, unde et peniculum ferebat in manu i. e. ſpongiam ad extergenda vulnera militum. Donax quoque lolarius i. e. coriarius illum proſequebatur et alii quam plures volentes vi puellam eripere a Thaide. Loquebatur autem cum Gnathone in eundo paraſito 16) vacat 17) magnam.

---

curro in Hec. III. 4. 17. *in arcem transcurſo opus eſt.*

31. *animo praeſenti*] i. e. intrepido, nihil turbato in Phorm. V. 7. 64. *animo virili praeſentique ut ſis.* Cic. de offic. I. 23. *praeſentis animi uti conſilio.* Contrarium eſt *non apud ſe eſſe.* Andr. II. 4. 5.

*attolle pallium*] Sic enim expeditius currere poterat. Plaut. in Capt. IV. 1. 2. *coniiciam in collum pallium primo ex me hanc rem ut audiat.*

Act. IV. Scen. 7.

1. *ut accipiam*] intelligendum: *an patior* vel ſimile quid. Eadem ellipſis in interrogatione in Andr. I. 5. 28. *eine ego ut advorſer* III. 5. 12. *tibi ego ut credam.* v. Perizon. ad Sanctii Minerv. I. 13. p. 94.

Mori me ſatius [18]) es, *) Simalio, [19]) Dorax, [20]) Siriſce, [21]) ſequimini.
Primum aedes expugnabo. GN. Recte. THR. Virginem eripiam. GN. Probe.
THR. Male mulcabo ipſam.[22]) *) GN. Pulchre. THR. In medium huc agmen [23]) cum vecti [24]) Dorax *) [25])
Tu Simalio [26]) in ſiniſtrum cornu, tu Siriſce [27]) in dextrum.
Cedo [27 a]) alios. ubi centurio [28]) eſt Sanga, [29]) et manipulus [30]) furum? [31]) GN. *) Sanga eccum adeſt.

18) melius *) *edit.* eſt 19) o Simalio 20) o Dorax *) *edit.* Donax 21) o Siriſce 22) verberibus afficiam Thaidem *) *ed.* mulctabo 23) inrumpe 24) fulte 25) o Dorax eſt *) *edit.* Donax 26) o Simalio 27) o Siriſce 27 a) i. e. dic nomina aliorum 28) magiſter 29) proprium nomen 30) XXX milites 31) conductorum *) *ed.* SA. *et omitt.* Sanga.

---

2. *ſequimini*] Donatus ad h. l. erudite annotat, huiusmodi militiam per tumultum repente ſuſceptam vocari evocationem, ubi Dux ita alloquitur cives *qui rem publicam ſalvam vultis me ſequimini.* Qui ſic ad arma vocati erant, proprio verbo dicebantur *evocati.* Cic. ad Div. III. 6. Graevius ad Flor. III. 17. p. 633.

4. *mulcabo*] *mulcare* proprie eſt mollire, diſſolvere, hinc verberare, pulſare et quovis modo male accipere in Ad. I. 2. 10. *rem familiarem mulcavit usque ad mortem* ubi. v. Donat. Phaedr. Fab. I. 3. 9. *male mulcatur graculus.* Tacit. Annal. I. 32. *poſtratos verberibus mulcant* ubi v. Lipſ. Hoc verbum ſaepe confunditur cum *mulctare* i. e. poenam pecuniariam imponere, ut critici ſaepe monuerunt. v. Gronov. ad Liv. XXVIII. 30. Duker. ad Liv. III. 11. et interpretes ad Sueton. Caeſar. c. 17.

*vecti*] vectis eſt inſtrumentum portis effringendis aptum *vecti* in ablat. dicitur pro vecte. v. Bentlei. ad Horat. Serm. I. 5. 72. et Drakenb. ad Sil. Italic. VII. 368.

6. *manipulus furum*] manipulus in militia Romana eſt certus numerus militum extractus centuriis. Fures ſunt ſervi, quorum furacitas ſaepe notatur. Virg. Ecl. III. 16. et ibi Serv.

THA. Quid ignave. 32) peniculon. 33) *) Pugnare quis 34) *) iſtunc 35) huc portes cogitas?
SANGA. Egone? imperatoris virtutem noveram et vim militum,
Sine ſanguine hoc non poſſe fieri, qui abſtergerem vulnera?
THR. Ubi 36) alii? SANGA. Qui malum 37) alii? ſolus Sannio ſervat domum.
THR. Tu 38) hoſce inſtrue 39) hic. *) ego vero **) poſt principia. 40) inde omnibus ſignum 41) dabo.
GN. 42) Illuc 43) eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit. 44) ipſe *) ſibi cavit loco.
**) Idem hoc iam Pyrrhus 45) factitavit. CHR. Viden-tu Thais, quam hic 46) rem agit?
Nimirum conſilium illud rectum eſt de occludendis aedibus.
TH. Sane quod tibi 47) nunc vir videatur eſſe hic, *) nebulo 48) magnus eſt.

32) tu piger 33) an peniculo ſpongia pugnabis *) *edit. diſtingu. poſt* pugnare 34) vel qui *) *ed.* qui 35) peniculum 36) ſunt 37) comicum verbum 38) Gnatho 39) ordina *) *edit. diſting. poſt* inſtrue **) *edit.* ero 40) ero 41) ſono bucinae 42) yronicos 43) illud 44) ad proelium *) *edit.* ipſus **) *edit. tribuunt quae ſequuntur Thraſoni, probante Bentl.* 45) filius Achillis 46) Thraſo 47) o Chreme *) *edit. diſting. poſt* eſſe 48) piger.

7. *peniculo*] peniculus eſt ſpongia oblonga ſanguini ſiſtendo a caudae ſimilitudine ſic dicta. Veteres caudam penem vocabant quod nomen in obſcoenis haeſit. A *penis* duplex eſt deminutivum peniculus et penicillus. v. Feſtum in hac voce et Lindenbrog. ad h. l.

10. *ſervat domi*] h. e. cuſtodit ea, quae ſunt domi. Eadem eleganti brevitate Plautus in Aulul. I. 2. 3. *redi num iam intro atque intus ſerva.* v. Gronov. in lection. Plautin. pag. 122.

11. *poſt principia*] principia in acie Romana ſunt prima ſigna primi ordinis, frons aciei, quae omne diſcrimen excipit. Qui igitur poſt principia ſtat, tutus eſt, propugnatores habet. v. Gronov. obſervation. IV. 10. p. 157.

12. *ſibi cavit loco*] i. e. de loco. Praepoſitio *de* ſaepe omittitur.

15. *quod tibi nunc vir*] vulgata lectio obſcura et inepta, ſed

Ne metuas. THR. Quid videtur? GN. Fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Ut tu illos 49) procul hinc ex occulto 50) caederes, facerent fugam. 51)
THR. Sed eccam Thaidem ipſam video. GN. Quam mox 52) irruimus? THR. Mane 53)
Omnia prius experiri, quam armis 54) ſapientem decet.
Qui 55) ſcis an quae iubeam ſine vi faciat? 56) GN. Di veſtram fidem. 57)
Quanti 58) eſt ſapere. Nunquam accedo, quin 59) abs te abeam doctior.
THR. Thais 60) primum hoc mihi reſponde. cum tibi do iſtam virginem,
Dixtin hos dies mihi ſoli dare te? THA. Quid tum poſtea? 61)
Rogitas, quae mihi ante oculos coram 62) amatorem 63) adduxiſti tuum?
THA. Quid cum illoc 64) *) agas? 65) THR. Et cum eo clam te ſubduxti mihi.

49) Thaidem et Chremem 50) ubi conſiſtis 51) ceteri 52) quare non celeriter 53) expecta 54) pugnare 55) quomodo 56) Thais 57) teſtor 58) quanti pretii 59) ut non 60) o Thais 61) dicerem 62) in praeſentia 63) Chremetem 64) cum illo amatore *) *ed.* illo 65) agis.

clara et perſpicua, quam e Manuſcriptis revocavit Bentl. *qui tibi nunc vir videtur eſſe, hic nebulo magnus eſt.*

19. *armis*] ſcilicet experiri. Sed dura eſt ellipſis et duplex in eadem locutione conſtructio. Placet igitur quod Bentleius e veteris codicis veſtigiis reponit *omnia prius experiri, quam arma, ſapientem decet. Experiri arma* dicitur ut experiri vires ap. Ovid. Art. amator. II. 180.

22. *do*] pro dedi, praeſens pro praeterito ut ſaepe. v. Perizon. ad Sanctii Minerv. I. 13. p. 97.

23. *tum poſtea*] *tum* et *poſtea* iunguntur per pleonasmum, ut *poſt deinde, olim quondam, repente ſubito, tandem denique.* v. Voſſium de conſtructione c. 63. et Broukhuſ. ad Propert. II. 2. 14.

25. *quid cum illo ut agas*] h. e. quid cum illo agis niſi quod

THA. Libuit. THR. Pamphilam 66) ergo huc redde, niſi ſi *) vi mavis eripi. 67)
CHR. Tibi eam reddat, aut tu eam tangas. Omnium. 68) GN. Ah. Quid 69) ais? 70) Tace.
CHR. Quid tu tibi vis? THR. Ego non tangam meam? CHR. Tuam autem furcifer? 71)
GN. Cave ſis. 72) Neſcis cui nunc maledicas viro? CHR. Non tu hinc abis?
Scin tu ut tibi res ſe habeat? Si quicquam hodie hic turbae 73) feceris, *)
Faciam ut huius loci dieique meique ſemper memineris.
GN. Miſeret tui me, 74) qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
CHR. Diminuam 75) ego caput tuum hodie, niſi abis. GN. Ain vero canis? 76)
Sic *) agis? THR. Quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa 77) rei tibi eſt?
CH. Scibis. Principio 78) eam eſſe dico liberam. THR. Hem. CHR. Civem Atticam. 79) THR. Hui.
CHR. Meam ſororem. THR. Os durum 80) CHR. Miles, nunc adeo 81) edico tibi,

66) quam tibi dedi *) *edit.* niſi 67) ut eripiam 68) peſſume 69) o Chremes 70) vel agis 71) furcifer dicebatur olim qui ob leve peccatum cogebatur ab hominibus ignominiae magis quam ſupplicii cauſa furcam circa viam portare praedicando peccatum ſuum 72) ſi vis 73) turbationis *) *edit.* coeperis 74) doleo de te 75) frangam 76) ſupplicium canum minaris, quod ipſe canem eum voces *) *edit.* ſiccine 77) puella 78) inprimis 79) eſſe 80) impudens 81) multum.

meretricis eſt, venerem cum eo exerceas. Haec verba Thraſonis ſunt, non Thaidis, cui in editionib. tribuuntur. v. Bentl. ad h. l.

28. *autem*] *autem* in reſponſione, quae fit interrogando, habet vim indignandi in Ad. II. 1. 31. *egon debacchatus ſum autem.*

31. *faciam etc.*] Sic minantes loquuntur. Liv. XXXI. 18. ubi v. Gronov.

36. *os durum*] *os durum* di-

Ne vim facias ullam in illam. THA. *) Ego eo ad Sophronam
Nutricem, 82) ut eam adducam et ſigna oſtendam haec. 83 TH. Tun me prohibeas,
Meam ne tangam? CHR. Prohibebo *) inquam. GN. Audin tu? Hic 84) furti ſe alligat. 85)
CHR. Satis hoc tibi eſt? THR. Idem tu hoc ais Thais? THA Quaere qui reſpondeat. 86)
GN. *) Quid nunc agimus, quin redeamus? iam haec 87) tibi 88) aderit ſupplicans 89)
Ultro. THR. Credin? 90) GN. Immo certe. novi ingenium mulierum.
Nolunt ubi velis, ubi nolis cupiunt ultro. THR. bene putas.
GN. Iam dimitto exercitum. 91) THR. Ubi vis. 92) GN. Sanga, ut fortes decet
Milites, domi 93) ſocique fac viciſſim ut memineris.

*) *edit.* Thais, *ſunt ergo verba Chremetis ad Thaidem* 82) puellae 83) quae in ſe habeat *) *edit.* prohibeo 84) Chremes 85) obligat. obnoxium ſe facit 86) tibi quia ego non reſpondebo *) *ed.* THR. *et ponit interr. poſt* agimus *et* GN. *ante* quin 87) Thais 88) o Thraſo 89) tibi 90) hoc 91) centuriam et manipulum 92) ſtatim volueris 93) genitiv.

---

citur pro homine impudenti. Cic. pro Quintio c. 24. *mihi videri ore duriſſimo eſſe* pro quo Sueton. in Nerone c. 2. *os ferreum* dixit, ubi v. interpretes et *os* ſolum pro impudentia dicitur. Cic. ad Div. V. 10. *ſi Appici os haberem*, ubi v. Mauut. Contra *mollis frontis* dicuntur qui ſunt reverentes, ut Donatus annotat.

39. *furti ſe alligat*] i. e. plagii ſe reum facit. Plaut. in Poen. III. 4. 27. Supplendum eſt crimine vel ſcelere, ut ſaepe ap. Cicer. alligari et obligari ſcelere. v. Erneſti in clavi Ciceron. his vocibus.

40. *quaere qui reſpondeat*] Elegans formula, qua utuntur qui alium vix dignum iudicant, cui reſpondeatur. Similis illa apud Ovid. Amor. III. 11. 28. *quaere alium pro me qui queat iſta pati.* v. Burmann. ad Petron. I. 80.

41. *quin redeamus*] Recte Bentlei. edidit *quin redimus.* Nam *quin*, ubi ſententiam inchoat, ſemper cum indicativo iungitur.

SANGA. Iam dudum animus eſt in patinis. 94) GN. Frugi es. 95) SANGA *) vos hac me ſequimini.

(ACTUS V. SCENA I. THAIS. PYTHIAS.)

THAIS. 96) Pergin ſceleſta 97) mecum perplexe 98) loqui?
Scio, 99) neſcio, abiit, 1) audivi 2) ego non afſui.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es? Quicquid eſt, 3)
Virgo conſciſſa veſte lacrumans obticet. 4)
Eunuchus abiit. Quamobrem? quid eſt factum? taces?
PYTHIAS. Quid tibi ego dicam miſera? illum eunuchum 5)
Fuiſſe negant. THA. Quis fuit igitur? PYT. Iſte Chaerea.
TH. Qui 6) Chaerea? PY. Iſte ephebus, 7) frater Phaedriae.

94) in vasculis ciborum 95) yronicos, quia iam animum in patinis habes *) *ed.* THR. 96) Pythia volente humiliter ſe excuſare ad dominam, ob hoc quod Chaerea puellulam violaſſet, irata Thais eo, quod mentita ei fuerat, dicebat: o ſceleſta an pergis mecum ſupplex eloqui, dicis mihi, ſcio, neſcio 97) o Pythia 98) involute vel obſcure 99) dicis mihi 1) adoleſcens 2) illum 3) vel quidquid eſt 4) tacet 5) qui adductus eſt 6) qualis 7) puer inberbis.

---

46. *animus eſt in patinis*] i. e. nil niſi coenam cogito. v. Victorii var. lection. VII. 12. et cl. Toupii emendation. in Suid. II. p. 126.

ACT. V. SCEN. I.

1. *perplexe loqui*] i. e. dubie et obſcure. Liv. XXXIII. 34. *nihil iam perplexe, ut ante, ſed aperte pronuntiatum.* Mox v. 3. contrarium eſt *aperte dicere.* v. Burmann. ad Petron. c. 134. et cl. Valkenarium ad Euripid. Phoeniſſ. p. 181.

TH. Quid ais venefica? [8] PY. Atqui [9] certe [10] comperi.
TH. Quid [11] is [12] obſecro ad nos? aut quam ob rem adductus eſt? PY. Neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilam. TH. Hem miſera, occidi, [13]
Infelix, [14] ſiquidem tu iſtaec vera praedicas.
Num id lacrumat uirgo? PY. Id opinor. TH. Quid ais ſacrilega?
Iſtuccine interminata [15] ſum hinc abiens tibi?
PY. Quid facerem? Ita ut iuſſiſti, *) ſoli [16] credita eſt.
TH. Sceleſta ovem lupo commiſiſti. [17] dis, [18] pudet [19]
Sic mihi data eſſe verba, [20] quid illuc *) hominis [20 a] eſt?
PY. Era mea [21] tace, tace, *) obſecro. Salvae ſumus,
Habemus hominem ipſum. TH. Ubi is eſt? PY. Hem ad ſiniſtram.
Viden? THA. Video. PY. Comprehendi iube quantum poteſt.
THA. Quid illi **) faciemus ſtulta? PY. Quid faciemus ***) rogas?
Vide amabo [22] ſi non, cum aſpicias, [23] os impudens, [24]
Videtur. non eſt? Tum, [25] quae eius confidentia eſt. [26]

8) ſortilega 9) certe 10) pro una affirmatione 11) voluit 12) Chaerea 13) perii 14) ego 15) minata *) *edit.* tu iuſti 16) illi eunucho 17) videlicet ut ne permitteres illum adoleſcentulum vitiare virginem 18) teſtibus utor 19) poenitet me 20) a me tibi ut illi commendarem *) *edit.* illic 20 a) in illo rationis 21) domina mea *) *edit. omittit alterum* tace **) *edit.* illo ***) *ſic olim in MS. ſed correctum in* faciam. *edit. habet* facias 22) blandientis 23) pro aſpexeris 24) vultum illius 25) ſcilicet vide 26) vide.

---

15. *quid facerem*] Formula excuſandi qua culpam a nobis removemus. v. Virgil. Eclog. I. 41. et VII. 14.

(Actus V. Scena II.) CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

CH. [27]) Apud Antiphonem, [28]) uterque pater et mater *)
Quaſi dedita opera [28 a]) domi erant, ut nullo modo
Introire poſſem, quin viderent me. Interim
Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obviam
Venit. Ubi vidi, egomet [29]) in pedes [30]) quantum queo.
In angiportum quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud. Ita miſerrimus
Fui fugitando, [31]) ne quis me cognoſceret.
Sed eſtne haec Thais quam video? Ipſa eſt. haereo, [32])

27) adoleſcens iſte dum vellet intrare in domum Antiphonis ſocii ſui, ut veſtimenta eunuchi exueret, ſicut ſupra dictum eſt, vidit patrem et matrem inibi conveniſſe ob aliud negotium, fortaſſis cauſa prandii, ſtatimque fugam iniit, ne in tali habitu ab eis videretur, pervenitque ad angiportum quoddam. Angiportum eſt compendioſa via et recta ducens ad portum, ponitur pro anguſto portu; in eundo vero ſecum hoc loquebatur 28) ſocium meum *) *edit. tranſpon.* mater et pater 28 a) dedito ſtudio 29) illos 30) miſi me 31) de loco ad locum 32) dubito.

---

Act. V. Scen. 2.

2. *dedita opera*] i. e. ſtudio de induſtria. Plaut. in Poenulo III. 1. 5. *dedita opera amicos fugitavi.* Liv. II. 51. *dedita opera paſſim ad illecebras propulſa pecora.*

4. *notus*] active dicitur, qui me norat. Liv. III. 44. *notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat.* v. Manut. ad Cic. ad Div. V 12.

5. *ego me in pedes*] ſcilicet coniicio i. e. quam celerrime aufugio, in Phorm. I, 4. 13. *hinc me coniicerem protinus in pedes.* Poteſt etiam ſuppleri *do.* Plaut. in Captiv. I. 2. 11. *mene vis dem ipſe in pedes.*

6. *angiportum*] i. e. viam anguſtam v. Feſt. in hac voce. Dicitur *angiportus* maſcul. gen. et *angiportum* neutr. gen.

9. *haereo*] i. e. impeditus ſum, quid agam neſcio. Cic. Philipp. II. 29. *haerebat nebulo, quo ſe verteret, non habebat;* in Phorm. V. 7. 70. *niſi mihi proſpicio, haereo.*

Quid faciam. quid[33] mea autem?[34] quid faciet[34a] mihi?
THA. Adeamus. bone vir[35] Dore ſalve. dic mihi,
Aufugiſtin? CH. Era[36] factum.[37] TH. Satin id tibi placet?
CH. Non. TH. Credin te inpune habiturum.[38] CH. Unam hanc noxam *)[39]
Amitte. *) Si aliam amiſero **) unquam, occidito.[39a]
TH. Num meam ſaevitiam veritus?[40] CH. Non. TH. Quid igitur?
CH. Hanc[41] metui, ne me criminaretur[42] tibi.

33) de 34) puella factum ſit 34a) Thaïs 35) yronicos 36) domina 37) eſt ita 38) quod aufugiſti nos *) *edit.* noxiam *atque ſic MS a prima manu* 39) quia vitiavi *) *edit.* omitte. *Sed* amitte *in MS poſitum eſt pro* admitte *uti ex ſequenti* amiſero *pro* admiſero *clarum eſt. Aliter explicat Bentl.* **) *edit.* admiſero 39a) vel occidito 40) es 41) Pythiam 42) accuſaret apud te.

---

10. *quid faciet mihi*] Hac formula utuntur, qui periculum aut minas aliorum ſpernunt. Plaut. in Perſa II. 3. 16. *quid faciet mihi verberibus caedi iuſſerit, compedes imponi.*

12. *ſatin id tibi placet*] Sic expoſtulamus cum iis, quos in manifeſto peccato ita, ut ne ipſi quidem factum defendere audeant, deprehendimus, in Ad. IV. 7. 19. *caeterum placet tibi factum.* Plaut. in Amphitr. I. 3. 16. *hoccine placet.* v. Cic. ad Attic. VI. 6 et ibi Muret.

13. *te impune habiturum*] In quibusdam libris legitur *te impune abiturum*, ſed recte dicitur *impune habere.* infra V. 6. 18. Lactant. de morte perſecutor. c. 2. *nec tamen habuit impune.* v. Rivium ad h. l.

*unam hanc noxiam mitte*] Meliores editiones recte habent *unam hanc noxiam amitte. Mittere* eſt remittere. Plaut. in Poenulo I. 2. 191. *tibi hanc amittam noxiam unam.* Terentium imitatur Petronius c. 49. De diſcrimine inter *noxam* et *noxiam* ſaepe multumque diſputarunt viri eruditi. v. Duker. de lat. vet. ICtorum p. 10. ſqq. *Noxia* vere adiectivum, ſubintellecto *culpa* vel res, ſemper ſignificat culpam, iniuriam, peccatum, *noxa* culpae poena, unde *noxae dare* et hinc quodvis detrimentum ac da-

TH. Quid feceras? CH. Paululum quiddam. PY. *)
Eho paululum inpudens?
An paululum hoc tibi eſſe videtur, virginem
Vitiare civem? CH. Conſervam eſſe credidi.
PY. Conſervam? Vix me contineo quin involem
In capillum. 43) Monſtrum, 44) etiam ultro deriſum 45) advenit?
TH. Abi *) hinc inſana. PY. Quid ita vero abeam?
Credo iſti quicquam furcifero, **)
Praeſertim cum ſe ſervum fateatur tuum?
TH. Miſſa haec faciamus. 46) Non te 47) dignum Chaerea
Feciſti. 48) nam ſi ego digna hac contumelia

*) *edit. Weſterh. et Zeunii tribuunt* Thaidi *fortaſſe ex operarum errore. Bentl. tribuit* Pythiae *neque de diverſitate lectionis aliquid monet.* 43) tuum 44) ipſum vocat monſtrum 45) ad deridendum *) *edit.* abin **) *edition. addunt* ſi id fecerim *quae abeſſe non poſſunt* 46) Faciamus ut haec ſint omiſſa 47) ablat. 48) omnia quae loquimur. *iunge cum verbis notae* 46.

---

mnum. Sic diſcrimen conſtituit Oudendorp. ad Sueton. Caeſar. c. 81.

22. *debeam*] Debere alicui aliquid vel debere alicui poenas dicitur qui alteri iniuriam fecit, quoniam qui alteri iniuriam facit, quaſi contractu ſe obligat et eo nomine eius fit debitor. Virgil. Aen. XI 51. *nil iam coeleſtibus ullis debentem.* v. Burmann. ad Ovid. Metam. VI. 538. Hinc etiam qui iniuria affectus eſt tanquam creditor poenas exigere dicitur. v. Heinſ. in ſylloge epiſtol. IV. p. 722.

26. *ſi ego digna*] i. e. ſi ego hoc merebar pati, attamen tu non debebas facere, non conveniebat perſonae tuae. Ita h. l. interpretatur. Gronov. obſerv. III. 8. egregie diſputans de vi vocum *dignus* et *indignus* in Hec. III. 5. 27. *quando ſeſe eſſe indignam deputat, matri meae cui concedat* h. e. quando inferius ſua perſona eſſe, non convenire ſibi putat, ut concedat matri *Facere contumeliam* M. Antonius paſſive dicit pro ferre, pati contumeliam, ut dicitur, *facere damnum, iacturam.* Sed hoc tanquam a linguae ratione abhorrens exagitatur a Cic. Philipp. III. 9. v. Gronov. l. c.

Sum maxime, at tu id non dignus *) [49] qui faceres tamen.
Neque edepol [50] quid nunc conſilii capiam, ſcio
De virgine iſtac. Ita conturbaſti mihi
Rationes omnis, [51] ut eam non poſſim ſuis,
Ita ut aequum fuerat atque ut ſtudui [52] tradere,
Ut ſolidnm [53] parerem [54] hoc mihi beneficium Chaerea. [55]
CH. At nunc dehinc ſpero aeternam inter nos gratiam [56]
Fore, Thais. [57] Saepe ex huiusmodi re quapiam [58] et [59]
Malo principio magna familiaritas
Conflata eſt. Quid ſi hoc quiſpiam voluit Deus? [60]
TH. Equidem pol in eam partem accipio, quae *) et volo.
CH. Immo ita quaeſo. Unum hoc ſcito, contumeliae [61]
Non me feciſſe cauſa, ſed amoris. [62] TH. Scio,
Et pol propterea nunc magis ignoſco tibi.
Non adeo inhumano [63] ſum ingenio, Chaerea, [64]
Neque ita imperita, ut quid amor valeat, neſciam.

*) *edit.* tu indignus. 49) eras 50) per aedem Pollucis 51) accuſat. 52) virginem 53) in te 54) generarem 55) o Chaerea 56) amicitiam 57) o Thais quia ducam uxorem 58) qualibet 59) et ex 60) quod voluerit aliquis Deus *) *edit.* accipioque 61) tuae 62) illius puellae 63) crudeli 64) o Chaerea 65) ſicut ego (*ſupple* amo te)

---

29. *conturbaſti mihi rationes*] i. e. diſturbaſti, irrita feciſti conſilia mea. Proprie *conturbare rationes* proprie eſt accepta expenſis paria facere non poſſe. Cic. ad Quint. fratr. II. 12. *nihil eſſe quod poſthac arcae noſtrae fiducia conturbaret.* v. Manut. ad Cicer. epiſt. ad Attic. IV. 17.

36. *conflata eſt*] i. e. contracta, orta eſt. Metaphora ducta a fuſoribus metallorum, quae flari et conflari dicuntur. Hoc verbum, tametſi in utramque partem dicitur, maxime tamen

CH. Te quoque iam Thais ita me dii bene ament 65) amo.
PY. Tum pol tibi ab iſtoc, era, 66) cavendum 67) intelligo.
CH. Non auſim. 68) PY. Nihil tibi quicquam credo. TH. Deſinas. 69)
CH. Ego me tuae commendo 70) et committo fidei. *)
Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix ſies.
Te mihi patronam capio. Thais *) te 70 a) obſecro.
Emoriar ſi non hanc uxorem 71) duxero.
TH. Tamen ſi 72) pater. 73) CH. Ah. *) quid? ah. volet certo, ſcio.
Civis 74) modo 75) haec ſit. TH. Paululum operirier 76)
Si vis. iam frater ipſe 77) hic aderit virginis.
Nutricem 78) accerſitum 79) it, *) quae illam aluit parvulam.
In cognoſcendo 80) tute ipſe hic aderis Chaerea.
CH. Ego vero maneo. TH. Visne interea dum *) venit
Domi 81) opperiamur potius, quam hic ante oſtium?
CH. Immo percupio. 82) PY. Quam tu rem actura obſecro es?
TH. Num quid *) ita? 83) PY. Rogitas? hunc tu in aedes cogitas

66) domina 67) ne te corrumpat ſicut illam fecit 68) audeo mentiri 69) deſine *) *edit. transpon. verſus.* Nunc ego te Ego me tuae 70) o Pythias *) *ed. diſting. poſt* Thais 70 a) o Thais 71) Pamphilam 72) voluerit 73) tuus *) *ed. om.* ah 74) noſtra 75) dum 76) expectare 77) Chremes 78) illius, Sophronam 79) ad accerſiendum *) *edit.* arceſſitum iit 80) recognoſcendo quod civis ſit Attica *) *edit.* dum is 81) ut domi 82) valde cupio *) *edit.* nam quid, *atque ſic mutatum in MS.* 83) loqueris.

---

in deteriorem, ut *bellum, invidiam, ſuſpicionem, accuſationem conflare.* v. Cort. ad Salluſt. Catil. c. 14.

50. *ſi pater*] ſcilicet patiatur.

58. *nam quid*] Sic dicebant veteres pro *quid nam* in Phorm.

Recipere poſt haec? *) 84) TH. Cur non? 85) PY. Crede hoc meae fidei,
Dabit hic pugnam 86) aliquam denuo. TH. Au, tace obſecro.
PY. Parum perſpexiſſe eius videre 87) audaciam.
CH. Non faciam 88) Pythias. 89) PY. Non pol credo Chaerea 90)
Niſi ſi 91) commiſſum non erit. CH. Quin Pythias, 92)
Tu me ſervato. 93) PY. Neque pol ſervandum tibi
Quicquam de re *) auſim, neque te ſervare. 94) Apage te. 95)
TH. Adeſt optime ipſe frater. 96) CH. Perii, hercle obſecro,
Abeamus intro Thais. 97) Nolo me in via
Cum hac veſte videat. TH. Quam ob rem tandem? 98) An quia pudet?
CH. Id ipſum. PY. Id ipſum virgo vero. 99) TH. I prae. 1) ſequor.
Tu iſtic mane, ut Chremen introducas Pythias. 2)

*) *edit.* poſthac 84) poſtquam te irriſit ita 85) recipiam illum 86) nauſeam. perturbationem 87) videris 88) aliquam pugnam denuo 89) o Pythias 90) o Chaerea 91) id eſt niſi ſit vel non fuerit expreſſe commendatum, aliquam nauſeam commovebis 92) immo o Pythias 93) adiuvato *) *edit.* dare 94) adiuvare 95) tace vel recede. hoc tantum habet apage. et apageſis adverbialiter 96) puellae 97) o Thais 98) non vis videri in tali veſte 99) vitiata eſt 1) praei 2) o Pythias.

---

I. 4. 23. *nam quod* pro quodnam. Virg. Georg. IV. 445. *nam quis te iuvenum confidentiſſime,* ubi v. Servium.

60. *dabit pugnam aliquam*] h. e. magnum et audax facinus faciet in Ad. V. 3. 57. *pugnaveris* i. e. magnam et memorabitem rem facies.

69. *virgo vero*] mente ſupplendum eſt: eius te nihil pudebat.

(Actus V. Scena III.) PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

PY. [3] Quicquid [4] venire in mentem nunc poſſit mihi? [5]
Quidnam qui [6] referam ſacrilego [7] illi gratiam, [8]
Qui hunc [8a] ſuppoſuit [9] nobis? CHR. Move vero ocius
Te nutrix. [10] SOPHR. Moveo. CH. Video. Sed nihil promoves. [11]
PY. An*) [12] oſtendiſti ſigna [13] nutrici? CH. Omnia
PY. Amabo. [14] Quid ait? cognoſcitne? CH. Ac memoriter. [14a]
PY. Bene edepol narras. Nam illi faveo virgini. [15]
Ite intro. Iam dudum era [16] vos expectat domi.
Virum bonum [16a] eccum Pamenonem incedere

3) Pythia ancilla videns Parmenonem qui dona illis adduxerat ſecum hoc loquebatur indignans pro eunucho 4) vel quidquid. 5) ut maledicerem iſti ſacrilego 6) quomodo 7) Parmenoni 8) vicem 8a) Chaeream 9) ſubintroduxit 10) Sophrona 11) nihil properans *) *edit.* iamne *in MS. fortaſſe primo* anne 12) vel iamne 13) quae vidiſti in ſorore tua 14) blandientis 14a) quam memoriter 15) ſorori tuae 16) domina 16a) Yronicos.

---

Act. V. Scen. 3.

3. *move vero ocius*] i. e celeriter perge. Sic Theocrit. idyll. XV. 19. κινει δη. v. in Andr. IV. 3. 16. et Lindenbrog. ad h. l. Particula *vero* ſingularem vim habet. Cic. de Divinat. II. 8. *quod enim is, qui divinat, praedicit, id vero futurum eſt.* Liv. XLV. 19. *univerſos omnia et huic tribuere et illi vero negare* ubi v. Drakenb.

6. *ac memoriter*] *ac* intendit orationem, quaſi dicas *etiam, vel, et quidem* in Andr. II. 1. 37. ſupra III. 5. 43. *ego vero illud feci ac lubens. Memoriter* eſt ſine monitore. Similis locus eſt Sueton. in Ner. c. 10. *omnes ordines ſubinde ac memoriter ſalutavit*, ubi v. Oudendorp.

9. *incedere*] dicitur qui gravitatem et ſecuritatem prae ſe ferens ambulat Propert. II. 2. 58. *incedit vel Iove digna ſoror*, ubi v. Broukhuſ.

Video. Vide ut otioſus ſit, *) ſi 17) Dis placet.
Spero me habere 18) qui 19) hunc meo excruciem 20) modo. 21)
Ibo intro, de cognitione 22) ut 23) certum ſciam,
Poſt exibo atque hunc perterrebo ſacrilegum.

(Actus V. Scena IV.) PARMENO. PYTHIAS.

PAR. 24) Reviſo quidnam Chaerea hic 25) rerum agat *) 26)
Quod ſi astu 27) rem tractavit, 28) Di veſtram fidem. 29)
Quantam *) et quam veram laudem capiet Parmeno. 30)
Nam ut mittam 31) quod in amorem difficillimum et
Cariſſimum a *) meretrice 32) avara 33) virginem
Quam 34) amabat eam confeci 35) ſine moleſtia,

*) *edit.* it 17) non ſine cauſa deceptionis venit 18) iam in mentem cogitaſſe 19) quomodo 20) vel excruciet *et m eſt in litura* 21) conſuetudine 22) de recognitione 23) utrumnam civis ſit 24) Parmeno ignorans, quid eveniſſet Chaereae, quem introduxerat, reviſere volebat, ſecumque in eundo hoc dicebat 25) domo Thaidis *) *edit.* gerat 26) vel gerat 27) aſtute. prudenter 28) peregit 29) teſtor *) *ed* quantum 30) vel? 31) omittam *) *edit.* ab 32) cui puella dono erat data 33) ſcilicet ſubrogavi 34) epexegeſis 35) id eſt coniunxi illi Chaereae.

---

10. *ſi Dis placet*] Eſt formula indignantium et contemnentium, in qua eſt ironia. Nam ſemper de re mala, quae Diis placere non poteſt, dicitur. v. in Ad. III. 4. 30.

Act. V. Scen. 4.

3. *capiet Parmeno*] pro *capiam ego* Nam nomina propria ſaepe ponuntur pro pronominibus, quando quis de ſe loquitur. in Phorm. V. 8. 38. *Phormionem qui volet laceſſito* h. e. me. in Hec. V. 4. 38. *an temere quidquam Parmenonem praetereat* i. e. me. Magnam autem vim habet nomen ſic poſitum.

4. *amorem*] i. e. rem quam amabat. Ovid. Metam. I. 452. *Primus amor Phoebi Daphne.* v. Drakenb. ad Sil. Italic. XV. 248.

6. *eam*] Abundat. Saepe enim

Sine ſumptu, 35a) ſine diſpendio. 35b) Tum hoc alterum. 36)
Id vero eſt quod ego mihi puto palmarium 37)
Me reperiſſe. quomodo adoleſcentulus
Meretricum ingenia et mores poſſet noſcere
Mature, 38) ut cum cognoverit, *) 39) perpetuo oderit. 40)
Quae dum foris ſunt, 41) nihil videtur mundius,
Nec magis compoſitum 42) quicquam, nec magis elegans. 43)
Quae cum amatore ſuo cum coenant, ligurriunt. 44)
Harum videre inluviem, ſordes, inopiam,
Quam inhoneſtae ſolae ſint domi, atque 45) avidae cibi, 46)

35 a) expenſa 35 b) damno 36) ſcilicet eſt. altera cauſa. 37) remunerationem. *in marg.* palmarium. ingenium dolum vel captionem 38) modeſte *) *edit.* cognorit 39) vel cognorit 40) illas 41) coram amatoribus 42) ornatum 43) pulchrius 44) leviter deguſtant 45) quam ſint 46) pro ciborum.

---

veteres poſt verba quaedam iniecta, *is*, *hic* et ſimilia ponunt quae abeſſe poterant, infra v. 29. *virginem iſtam*, *Thaidi quae hodie dono data eſt*, *ſcis eam hinc eſſe civem*. in Ad. III. 3. 4. *ſi illum poteſt*, *qui alicui rei eſt*, *etiam eum* [ſic edid. Bentl.] *ad nequitiam abducere*. v. interpret. ad Liv. XXV. 27.

*confeci*] h. e. effeci ut ea potiretur. Quint. Cic. de petit. conſulat. c. 5.

8. *palmarium*] i. e. praecipuum et gloria dignum. Eadem metaphora *palma* pro victoria eſt in Heaut. IV. 6. 31. et in Phorm. in prol. v. 18.

13. *compoſitum*] *Componere* eſt quidlibet ſuo loco et ordine ponere. Quoniam vero ex ordine decente conciliatur ornatus, *componere* ſaepe dicitur pro ornare. Ovid. Amor. II. 17. 10. *nec niſi compoſitam ſe prius illa videt*. v. Burmann. ad Ovid. Metam. IV. 318.

14. *liguriunt*] i. e. cum elegantia et faſtidio cibos ſuaves deguſtant. v. Donat. ad h. l. et Victorii Var. lection. IX. 15. Ei mox v. 17. opponitur *vorare*.

15. *illuviem*] *illuvies* a non lavando dicitur et contraria eſt munditiei. Deteriores libri habent *ingluviem* i. e. voracitatem. v. interpretes ad h. l.

Quo pacto ex iure heſterno 47) panem atrum 48) vorent.
Noſſe omnia haec, ſalus eſt adoleſcentulis.
PY. Ego pol te 49) pro iſtis dictis et factis, ſcelus 50)
Ulciſcar, ut ne 51) impune in nos illuſeris.
Pro 52) Deum fidem. 53) facinus foedum. 54) o infelicem adoleſcentulum.
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit. PAR. Quid eſt?
PY. Miſeret me, 55) itaque ut ne id *) viderem miſera huc effugi foras.
Quae futura exempla 56) dicunt in eum 57) indigna. PAR. O Iuppiter

47) pridiano 48) nigrum ex praeterita die ſervatum 49) per Deum Pollucem 50) exclamatio 51) quatinus 52) Pythia ancilla terrere volens Parmenonem redeuntem iterum, haec ſecum loquebatur, ita ut ille Parmeno potuiſſet audire et ſimulabat, quod Chaereas teneretur in domo conſtrictis pedibus 53) teſtor 54) factum horrendum 55) miſericordia movet me *) *edit. omitt.* id 56) poenarum 57) in Chaeream.

---

17. *ex iure heſterno panem atrum*] i. e. madidum factum iure heſterno. Sic praepoſitione *ex* ſaepe utuntur medici. Celſus III. 19. *intritum ex vino* v. Tanaquill. Fabrum ad h. l. *Ater panis* eſt coctus ex farina, unde furfures non ſunt ſecreti, cui opponitur candidus panis. v. Donat. ad h. l.

18. *ſalus eſt adoleſcentulis*] Bentlei. emendat *ſaluti eſt adoleſcentulis*. Suet. in Aug. c. 14. *ſaluti fuit quod qui deſiderabatur apparuit incolumis*.

19. *pro iſtis factis*] i. e. ita ut mereris pro tuis factis, in Hec. II. 1. 12. *an quidquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt* Salluſt. in Catil. c. 51. *ſi dignum poena pro factis eorum reperitur*, ubi v. Cortium.

23 *itaque ut ne viderem*] Recte Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 11. p. 723. coniungit omnia, et ſine interrogatione verba *exempla indigna quae dicunt in eum futura* refert ad *viderem*, et ſic edidit Bentleius.

24. *exempla*] *facere vel edere exemplum in aliquem* ſignificat grave ſupplicum de aliquo ſumere, ut eius poena aliis exemplum ſit. Caeſ. de B. G. I. 31. *in eos omnia exempla cruciatusque edere*. infra V. 6. 21. *uterque in te exemplum edet*. v. Donat. ad h. l. et ad Phorm. IV.

Quae illa haec turba [58] eſt? Numnam ego perii? Adibo. Quid iſtic *) [59] Pythias?
Quid ais? in quem exempla ſient? PY. Rogas *) audaciſſime? [60]
Perdidiſti iſtum quem adduxti pro eunucho adoleſcentulum,
Dum ſtudes dare verba nobis. [61] PAR. Quid [62] ita? Aut quid factum eſt? cedo. [63]
PY. Dicam. Virginem iſtam Thaidi hodie quae dono data eſt,
Scis eam civem eſſe hinc, et fratrem eius eſſe adprime [64] nobilem?
PAR. Neſcio. PY. Atqui [65] ſic inventa eſt. [66] eam iſte [67] vitiavit miſer.
Ille ubi reſcivit factum [68] frater [69] violentiſſimus.
PAR. [70] Quidnam fecit? PY. Colligavit primum eum miſeris modis.
PAR. Colligavit. *) PY. Atque equidem orante, ut ne id faceret, [71] Thaide.
PAR. Quid ais? PY. Nunc minitatur *) porro ſeſe id facturum **) [71 a] quod moechis ſolet,
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. PAR. Qua audacia

58) turbatio *) *edit.* iſtuc 59) pro iſtud *) *edit.* rogitas 60) o audaciſſime 61) illudere nobis 62) ut quid 63) dic 64) maxime 65) certe 66) civis 67) adoleſcentulus 68) vitiatam ſororem 69) Chremes 70) interruptio *) *edit. praemitt.* hem 71) ne ligaret illum *) *edit.* minatur **) *edit. omitt.* facturum 71 a) occidi vel caſtrari

---

4. 7. item Gronov. ad Liv. XXIX. 27.

32. *frater eius violentiſſimus*] violentus eſt audax ad quodlibet faciendum, omnia vi et impetu faciendum, non ratione. Sueton. in Caeſ. c. 29. *Curionem violentiſſimum tribunorum.*

35 *id quod moechis ſolet*] De variis moechorum poenis. v. Muret. et Lindenbrog. ad h. l.

Tantum facinus audet. 72) PY. Quid ita tantum? 73) PAR. Annon tibi hoc maxumum eſt?
Quis homo pro moecho unquam vidit in domo meretricia
Prehendi 74) quemquam? PY. Neſcio. PAR. At ne 75) hoc neſciatis *) 76) Pythias,
Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum erilem filium. 77) PY. hem.
Obſecro an is eſt? PAR. Ne quam 78) in illum Thaïs vim fieri 79) ſinat.
Atque adeo autem cur non egomet introeo? PY. Vide Parmeno 80)
Quid agas, ne neque illi proſis et tu pereas. Nam hoc putant.
Quicquid factum eſt, a te *) eſſe ortum. PAR. Quid igitur faciam miſer?
Quidve incipiam? Ecce autem rure video redeuntem ſenem. 81)
Dicam huic, annon? Dicam hercle, etſi 82) magnum mihi malum
Scio paratum. Sed neceſſe eſt, huic 83) ut ſubveniat. PY. Sapis. 84)
Ego abeo intro. tu iſti 85) narrato omnem ordinem *) 86) ut factum ſit.

72) Chremes facere 73) non auderet 74) deprehendi 75) id eſt ut ſciatis. litotes *) *edit.* Anne hoc neſciatis 76) ſed ſciatis 77) domini mei 78) ne aliquam 79) dic ei 80) o Parmeno *) *edit.* ex te 81) patrem eius 82) deeſt etiam 83) filio ſuo 84) ſapienter dicis 85) ſeni *) *edit.* omnem rem ordine 86) de filio eius.

---

40. *edico*] plus eſt quam dico. Hoc enim verbo utuntur poenas minantes, niſi dictis ſuis obediatur.

48. *narra rem omnem ut factum ſit*] Notandum eſt femininum *res* poſt ſe habere diverſum genus. Sic in Heaut. V. 1. 3. *in me quodvis harum rerum convenit quae ſunt dicta in ſtultum.* v. Duker. ad Liv. I. 3.

## (Actus V. Scena V.) LACHES. PARMENO.

LA. 87) Ex meo propinquo rure, hoc capio commodi.
Neque agri neque urbis odium 88) me umquam percipit. 89)
Ubi ſatias coepit fieri, 90) commuto locum.
Sed eſtne ille *) Parmeno? Et certe ipſus eſt.
Quem praeſtolare 91) Parmeno hic ante oſtium? 92)
PAR. Quis homo eſt? Ehem. Salvum te adveniſſe *) 93) gaudeo.
LA. Quem praeſtolare? PAR. Perii 93 a) lingua haeret metu. 94)
LA. Hem. quid eſt quod tu trepidas? Satin ſalvae? 95) dic mihi.
PAR. Ere primum te arbitrari id *) quod res eſt velim.
Quicquid huius 96) factum eſt, culpa non factum eſt mea.

87) Laches iſte pater erat Chaereae et Phaedriae, qui omnia ignorabat, quae evenerant ex Chaerea. revertens autem de agro ſuo haec ſecum loquebatur 88) taedium 89) quod non ſemper moror in urbe 90) ubi faſtidium mihi exortum eſt in domo una *) *edit. add.* noſter *quod tanquam gloſſam habet codex* 91) praeſtolaris 92) Thaidis *) *edit.* advenire, here 93) o domine 93 a) vae mihi 94) propter metum 95) omnes res *) *ed. om.* id 96) Chaereae.

---

Act. V. Scen. 5.

2. *odium me percipit*] *odium* eſt faſtidium, taedium ut ſupra. *Percipere* eſt penitus capere, occupare. Lucret. III. 80. *vitae percipit humanos odium*, ubi v. Lambin. Liv. XXII. 51. *Hannibali nimia laeta res eſt viſa maiorque quam ut eam capere animo poſſet*. v. interpretes ad Liv. XXX. 3. et Graev. in lection. Plaut. p. 23.

5. *praeſtolare*] *praeſtolari* eſt praeſto eſſe, alicuius exſpectandi cauſa. v. Feſt. in hac voce. Veteres huic verbo etiam dativum iungunt ut Cic. ad Attic. II. 15. ubi v. Victor.

6. *ſalvum te advenire gaudeo*] Formula ſalutandi eos, qui peregre adveniunt. Cic. ad Att. V. 21.

7. *lingua haeret metu*] Saepe timor, dolor, aliaeque animae affectiones ſermonem impediunt. Virg. Aen. II. 724. *vox faucibus*

LA. Quid? PAR. Recte 97) ſane interrogaſti. Oportuit
Rem praenarraſſe 98) me. Emit quendam Phaedria
Eunuchum, quem dono huic 99) daret. LA. Cui? PAR. Thaidi.
LA. Emit. perii hercle. quanti? 1) PA. viginti minis.
LA. Actum eſt. PAR. Tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.
LA. Hem quid? Amat? An ſcit iam ille quid *) meretrix fiet? 2)
An in aſtu 3) venit, aliud ex alio malum? 4)
PAR. Ere ne me ſpectes. 5) me impulſore haec non facit. 6)
LA. Omitte 7) de te dicere. 8) ego te furcifer
Si vivo. 9) Sed iſtud quicquid eſt, 10) primum expedi. 11)
PAR. Is 12) pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus eſt.
LA. Pro eunuchon? PAR. Sic eſt. hunc 13) pro moecho poſtea
Comprehendere intus et conſtrinxere. 14) LA. Occidi. 15)
PAR. Audaciam meretricum ſpecta. 16) LA. Num quid eſt
Aliud mali damnive, quod non dixeris,

97) de re 98) praedicere 99) Thaidi 1) pretii. quam carum *) *mutatum in* quod 2) meretricem amare 3) ex inproviſo 4) Phaedria amat et Chaerea ſimiliter 5) profpicias 6) Chaerea 7) illa 8) ut inculpabilis ſis 9) ſcilicet puniam 10) antequam puniaris 11) narra 12) Chaerea 13) Chaeream 14) conſtrinxerunt 15) perii vel vae mihi 16) conſidera.

---

*haeſit.* Ovid. Amor. I. 7. 20. *pavido lingua retenta metu.*

26. *tantum eſt*] Hac formula ſignificamus, nihil aliud reſtare, quod dicamus. Plaut. in Caſ. prol. v. 87. *tantum eſt valete* in Hec. V. 3. 3. 15. *tantumne eſt.*

Reliquum? PAR. Tantum eſt. LA. Ceſſo 17) huc intro inrumpere? *)
PAR. Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum, 18)
Niſi 19) quia neceſſe fuit hoc facere. Id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe eventurum mali. 19a)
Nam iam diu aliquam cauſam quaerebat ſenex, 20)
Quamobrem aliquid 21) inſigne faceret. is nunc repperit 22)

## (Actus V. Scena VI.) PYTHIAS. PARMENO.

PY. 23) Nunquam edepol quicquam iam diu quod magis vellem evenire
Mihi evenit quam 24) quod modo. *) Senex 25) intro ad nos venit errans.
Mihi ſolae ridiculo fuit, 25a) quae quid timeret ſciebam.
PAR. Quid hoc autem eſt? PY. Nunc id 26) prodeo, 27) ut conveniam 28) Parmenonem.
Sed ubi obſecro eſt? 29) PAR. Me quaerit haec? PY. Atque eccum video. adibo.

17) deeſt cur *) *edit.* introrumpere 18) mihi futurum 19) inevitabile, quia aliter non poteſt hoc fieri, quod ego feci 19a) meretricibus 20) Laches 21) mali 22) quid faceret 23) Iuſſus Laches a Parmenone ingredi in domum Thaidis, ubi putabat filium vinctum teneri, ſicut ei mentita fuerat Pythia, et inveniret eum pacatiſſime cum Thaide ſedentem, magnum eis intulit riſum, pulſans prae dolore filii et curſu utpote ſenex 24) hoc *) *edit. non diſting. poſt* modo 25) Laches 25a) hoc 26) ideo 27) exeo 28) alloquar 29) Parmeno.

30. *cauſam quamobrem*] Hodie fere dicunt: *quaerebat cauſam ob quam*, ſed veteres dicebant *cauſam quam ob rem* vel *cur*. Sic etiam dicebant *quid eſt quam ob rem*, *quid eſt cur*, *quid eſt quare*.

Act. V. Scen. 6.

3. *ſolae*] antique pro *ſoli*, ut *alterae*, *nullae*, *iſtae*, aliis locis

PAR. Quid eſt inepta? Quid tibi vis? Quid rides? 30) Pergin? PY. Perii.
Defeſſa iam ſum miſera, ridendo te. PAR. Quid ita?. PY. Rogitas?
Nunquam pol hominem ſtulticiorem *) 31) vidi, nec videbo. Ah.
Non ſatis poteſt narrari, *) quos ludos praebueris intus
De ſene quem feciſti ingredi, pulſantem ut ſenes ſolent. **)
At etiam primo callidum ac diſertum credidi hominem. 32)
Quid? 33) ilicone ea credere quae dixi oportuit te?
An 34) poenitebat flagitii te auctore quod feciſſet
Adoleſcens, 35) ni miſerum 36) inſuper 37) etiam patri indicares.
Nam quid illi animi 38) credis tum fuiſſe, ubi veſtem 39) vidit

30) ad me *) *edit.* ſtultiorem 31) quam te *) *edit.* non poſſum ſatis narrare **) *Totus verſus abeſt edition. neque inter V. L. L. eum repperi* 32) te 33) dicendum eſt 34) *ſuperſcriptum* non *literis textualibus*. o Parmeno 35) Chaerea 36) eſſe 37) ligatum 38) qualem animum 39) eunuchi.

---

ap. Terent. et Plaut. v. Bentl. ad h. l.

10. *diſertum*] diſertum viri docti explicant ingenioſum, acutum, ſed haec notio non ſatis certis exemplis confirmatur.

12. *an poenitebat flagitii*] an non ſatis tibi videbatur, an non contentus eras, quod te impulſore adoleſcens flagitium fecerat. in Heaut. I. 1. 20. Cic. ad Attic. I. 20. *in ſenatu quanti fiam minime me poenitet* de Offic. I. 1. v. Erneſt. in clavi Cicer. voce poenitet.

13. *indicares*] i. e. deferres apud patrem, proderes patri. in Heaut. III. 3. 23. *hic prius ſe indicarit quam ego argentum effecero*.

14. *quid illi credis animi fuiſſe*] i. e. quomodo affectum animo fuiſſe credis. *Animus* ſaepe dicitur de affectionibus animi, metu, pudore, dolore, in Ad. IV. 5. 31. *quid illi tandem creditis fore animi miſero*. Ovid. epiſt. VII. 66. *quid tibi mentis erit* idem ep. XI 87. *quid mihi tunc animi credas germane fuiſſe*.

Illam eſſe eum indutum pater? Quid eſt? Iam ſcis te periſſe? *)
PAR. Hem, quid dixti peſſuma? An mentita es? 40) Etiam rides?
Itane lepidum 41) tibi viſum eſt, ſcelus 42) nos irridere? PY. Nimium.
PAR. Siquidem 43) iſtuc impune habueris. 44) PY. Verum. PAR. Reddam hercle 45) PY. Credo.
Sed in diem 46) iſtuc Parmeno eſt fortaſſe quod minitare.
Tu iam pendebis, 47) qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas 48)
Flagitiis, et eundem indicas. 49) Uterque 50) exempla 51) in te edent. 52)
PAR. Nullus ſum. 53) PY. Hic pro illo tibi munere honos 54) eſt habitus 55) ab eo. 56) *)

*) *edit. abeſt interrogatio* 40) quod teneretur ligatus Chaereas 41) pulcrum. honeſtum. lepidum eſt mihi te irridere 42) exclamatio 43) dubitative 44) eclipſis (ellipſis) 45) viciſſitudinem pro irriſione 46) in tempus aliud differendum 47) ſuſpenderis 48) multiplicas. publicas. 49) prodis patri 50) pater et filius 51) tormentorum 52) component 53) nihil valeo 54) yronicos. quia ſuſpenderis 55) eo quod introduxiſti 56) Chaerea *) *edit. ponunt colon poſt* habitus, *et coniungunt*

18. *reddam*] ſcilicet vicem i. e. par pari referam. v. Burmann. ad Petron. c. 58.

19. *in diem eſt*] h. e. in aliquod tempus differetur, unde *praeſens* et *in diem* opponuntur in Phorm. V. 2. 16. *praeſens quod fuerat malum in diem abiit.* Nepos in Attic. c. 9. *cum illa fundum emiſſet in diem* i. e. ut poſt aliquod tempus ſolveret. Sic ICti dicunt *promiſſa pecunia ad diem, addicto in diem, legatur in diem.*

20. *pendebis*] h. e. poena afficieris. Nam veteres ſervos e trabe ſuſpenſos verberabant in Phorm. I. 4. 43. *ego plector pendens* Plaut. in Aſin. III. 3. 27. *qui pendet multo eſt miſerior.*

*nobilitas*] *nobilis* eſt qui noſcitur, *nobilitare*, notum facere. Itaque haec verba in utramque partem dicuntur. Cic. de Offic. II. 7. *cuius eſt praeter caeteros nobilitata crudelitas.* v. interpretes ad Liv. XXXIX. 9.

22. *honos*] *honor* ſaepe eſt

PAR. Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex hodie perii. 57)

(Actus V. Scena VII.) GNATHO. THRASO.

GN. 58) Quid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc 59) imus? Quid coeptas *) Thraſo?
THR. Egone? Ut Thaidi me dedam 60) et faciam quod iubeat. GN. Quid eſt?
TH. Qui 61) minus quam Hercules ſervivit Omphalae. 62) GN. Exemplum placet. 63)
Utinam tibi commitigari 64) videam ſandalio 65) caput.

ab eo *in* abeo. *Codicis noſtri lectio, quam ſcholiaſta explicavit, ex aliis codd. nondum, quantum ſcio, prolata eſt.* Abeo *habet aliquid frigidi* 57) notum proverbium, quo ſe indicat extra foramen ſuum eſſe 58) Miles Thraſo dum illam conflictationem ſuperius habitam iterum cum Gnathone ea intentione veniret, (*fortaſſe* haberet) ut ſe tradere Thaidi eiusque voluntati pararet, interrogavit eum Gnatho paraſitus 59) ad domum Thaidis *) *edit.* ineptas, *improbante Bentl.* 60) tradam 61) quomodo 62) Omphala regina fuit Aegyptiorum, ad quam dum veniſſet Hercules, (et) eſſet ab ea hoſpitio ſuſceptus, amore illius eſt captus, promiſit tandem ei, quod ſecurum eum permitteret dormire, ſi veſtimenta virilia deponens ſua feminea indueret, ſicque in contubernio feminarum maneret, quod ita et fecit 63) quod modo dixiſti 64) contingere 65) ſcalpere

---

praemium, munus pro officio. Cic. ad Div. XVI. 9. *medico honos haberetur*, ubi v. Manut. Caeſar de B. C. II. 21. v. Drakenb. ad Liv. II. 12. Sic *honorare* eſt praemio afficere. Suet. in Aug. c. 45. *pro merito certantium quemque honoravit.*

23. *quaſi ſorex*] de hoc verbo v. Donat. ad h. l.

Act. V. Scen. 7.

3. *Omphalae*] De hac fabula v. quos laudat Broukhuſ. ad Propert. IV. 9.

4. *comitigari*] eſt contundere, ut molle fiat, quo ſenſu *mitis ſum fuſtibus* dixit Plaut. in Mil. glor. V. 1. 31. Haec autem Terentius ſumſit a Turpilio ap. Non. Marcellin. p. 343. *miſero mihi mitigabat ſandalio caput.* v. Victor. var. lect. XIV. 15.

*ſandalio*] ſandalium eſt ſoccus vel calceus muliebris, quo

Sed fores crepuerunt *) ab ea. TH. Perii quid hoc autem eſt mali?
Hunc 65 a) ego nunquam videram. 66) etiam *) quidnam hic properans proſilit?

(Actus V. Scena VIII.) CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATHO. THRASO.

CH. 67) O populares. ec 68) quis *) me hodie vivit fortunatior?
Nemo hercle quisquam. Nam in me plane Di poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot contigerunt **) commoda.
PAR. Quid hic laetus eſt? CH. O Parmeno mi. o mearum voluptatum
Omnium inventor, incoeptor, perfector. Scin me in quibus ſim gaudiis?
Scin Pamphilam meam inventam civem? PAR. Audivi. CH. Scis ſponſam mihi?
PAR. Bene, ita me Di bene †) ament factum. GN. Audin tu hic ††) quid ait? CH. Tum autem Phaedriae
Meo fratri gaudeo eſſe amorem omnem in tranquillo. Una eſt domus.

*) *edit.* crepuere 65 a) Chaeream 66) cum Thaide *) *edit.* et iam *improbante*] *Bentl. qui diſtinguit poſt* etiam. 67) Egrediens Chaerea a domo Thaidis laetabatur ſecurus iam de Pamphila, quod eam duceret, et ſecum loquebatur iſta. Parmeno tamen audiebat verba illius. 68) *ecce* *) *edit.* ecquis. **) *edit.* contigerint †) *edit. omitt.* bene ††) *edit.* tu illum *improbante Bentl.*

---

etiam puerorum nates caedere ſolebant. v. Caſaubon. ad Perſii ſatyr. V.

Act. V. Scen. 8.

8. *in tranquillo*] i. e. tranquillum, tutum ut nihil metuendum ſit a rivali. Supra ſimiles locutiones vidimus *res eſt in vado, in portu navigo, in tranquillo,* ſubintelligitur *mari.* in

Thais ſe patri commendavit in clientelam, 69) et fidem.
Nobis dedit ſe. PAR. Fratris igitur Thais 70) tota eſt? CH. Scilicet.
PAR. Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus. Miles pelletur *) foras. 70 a)
CH. Tum **) tu, 71) frater 72) ubi ubi eſt, fac quam primum haec audiat. PAR. Viſam domum. 73)
TH. Num quid Gnatho dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim?
GN. Sine dubio opinor. CH. Quid commemorem primum aut laudem maxume?
Illum 74) qui mihi dedit conſilium ut facerem? An me qui auſus ſim
Incipere? an fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit,
Quae tot res tantas, tam oportune in unum incluſit diem?
An mei patris feſtivitatem 75) et facilitatem? 76) O Iuppiter,

69) tutelam. amicitiam. 70) amica mea *) *edit.* pellitur *improbante Bentl.* 70 a) a Thaide **) *edit. om.* tum 71) o Parmeno 72) Phaedria 73) ſi forte ſit ibi 74) Parmenonem 75) laetitiam et hilaritatem 76) propitiationem.

---

Phorm. IV. 4. 9. [abeſt totum inciſum in editt. nonnullis] *qui te ad ſcopulum e tranquillo inferat* v. interpret. ad Liv. III. 14. XXVIII. 27.

9. *in clientelam et fidem*] nos patronos cepit, ſive, ut Attici dicebant, προστάτας, quos omnes peregrini Athenis habebant. Fides, clientela ſaepe tanquam ſynonyma coniunguntur. Cic. pro Roscio Ameri. c. 33.

10. *fratris Thais tota eſt*] i. e. ſoli fratri dedita eſt. Liv. XXXV. 33. *multitudo Antiochi tota erat.* v. Drakenb. ad Liv. XXV. 16. Sic etiam dicitur *eſſe alicuius.* Liv. VI. 44. *plebs cum iam unius hominis eſſet.* v. interpretes ad III. 38.

18. *feſtivitatem*] i. e. comitatem in Ad. V. 9. 29. *quod te iſti facilem et feſtivum putant* i. e. ſuavem, comem. v. Manut. ad Cic. ad Div. VI. 4.

Serva obſecro haec bona nobis. PH.[77] Di veſtram fidem.[78] incredibilia[79]
Parmeno modo quae narravit.[80] Sed ubi eſt frater?[81] CH. Praeſto adeſt.
PH. Gaudeo. CH. Satis credo. Nihil eſt Thaide hac frater tua dignius
Quod ametur. Ita noſtrae omni eſt fautrix familiae. PH. Hui *)
Mihi illam laudas? TH. Perii. quanto minus mihi **) ſpei eſt, tanto magis amo.
Obſecro Gnatho in te ſpes eſt.[82] GN. Quid vis faciam? TH. Perfice hoc
Precibus, pretio, ut haeream in parte aliqua[83] tandem apud Thaidem.
GN. Difficile eſt.[84] TH. Si quid[85] collibuit,[86] novi te.[87] hoc ſi effeceris[88])

77) Veniente Parmenone ſervo ad dominum ſuum Phaedriam et indicante ea, quae audierat a Chaerea, ammirans nimirum Phaedria, ſi ita evenire poſſet, in haec verba prorupit. *Inchoat verſus novam lineam, quaſi initium ſit novae ſcenae* 78) teſtor 79) ſcilicet ſunt 80) mihi 81) meus Chaerea *) *edit. omitt.* hui *improbante Bentl.* **) *edit. omitt.* mihi 82) ut accedam ad eam 83) familiaritatis 84) quod dicis 85) aliquid 86) tibi colibitum ſi quid eſt, facile eſt. novi te 87) poſſe facere 88) ut aliquem ſcilicet locum familiaritatis apud Thaidem habeam.

---

20. *praeſto adeſt*] pro praeſto eſt. Juſtin. I. 6. *iubet omnes praeſto ſecuribus adeſſe* ubi errat Vorſtius rectius putans *praeſto eſſe* quam *adeſſe*. Cic. ad Div. IV. 8. *ut ad omnia, quae tui velint, adſim praeſto,* ubi v. Manut. Curt. VII. 1. *edicit ut omnes in veſtibulo regiae praeſto adforent.*

22. *omni fautrix familiae*] *fautrix* regit caſum verbo *favere*, a quo derivatur. in Haec. prol. II. 40. *ut veſtra auctoritas fautrix ſit.* v. Bentl. ad h. l.

25. *ut haeream in parte aliqua*] i. e. ut ſaltem ultimum locum in amore teneam. Cic. in Vatin. c. 5. Liv. V. 2. *ne in turba quidem haerere plebeium quemquam* ubi v. Gronov.

Quodvis *) donum, praemium **) a me optato, [89]) id optatum feres.
GN. Itane? [90]) TH. Sic erit. GN. Si efficio, [91]) hoc *) poſtulo ut tua mihi domus
Te praeſente, abſente pateat, invocato [92]) ut ſit locus [93])
Semper. THR. Do fidem futurum. GN. Accingar. [94]) PH. Quem ego hic audio?
O Thraſo. THR. Salvete. PH. Tu fortaſſe quae hic facta ſint, neſcis.
THR. Scio. PH. Cur te ergo in his ego conſpicio *) regionibus? [95])
THR. Vobis fretus. CH. Scin quam [96]) fretus? Miles edico tibi.
Si te in platea offendero [97]) hac poſt [98]) unquam, nihil eſt *) quod dicas mihi,

*) *mutat. in* quidvis **) *edit.* et praemium *improbante Bentl.* 89) petito et rogato 90) habebis 91) quod rogas *) *edit. diſting. poſt* hoc 92) non vocato 93) mihi 94) praeparabo ad id quod petis *) *edit.* conſpicor 95) cur non fugis a praeſentia noſtra 96) quantum 97) invenero obviavero 98) deinceps *) *edit. omitt.* nihil eſt, *probante Bentl.*

---

27. *optatum feres*] *optare* eſt eligere, *ferre* eſt accipere, auferre. Ovid. Met. II 44. *quodvis pete munus ut illud Me tribuente feras.* Tibull I. 1. 20. *fertis munera veſtra lares* ubi v. Brouhhuſ.

28. *ſic erit*] i. e. ipſe comperies. Eadem formula in Phorm. V. 3. 18.

29. *invocato*] i. e. non invitato. *Ad coenam vocare* ſaepe abſolute ponitur pro invitare ad coenam Cic. pro Roſc. Amer. c. 18. ubi *revocare* eſt eum ad coenam vocare, qui prior vocavit. Hinc *ſervi* vocatores dicti ſunt, quibus a dominis datum eſt invitandi negotium. v. Senec. de ira et interpret. ad Nepot. Cimon. c. 4.

30. *accingar*] i. e. rem aggrediar. Hoc autem verbo utuntur in magnis rebus ſuſcipiendis. Liv. VI. 35. ubi v. Gronov. Loquendi ratio ducta eſt ex eo, quod qui aliquid ſerii facere parabant, cingulo veſtes alioquin fluxas conſtringebant. v. Caſaub. ad Suet. Aug. c. 24.

34. *quod dicas*] *quod* ponitur pro quamvis, ut pulchre vi-

Alium quaerebam, iter hac habui, periſti. GN. Heia, haud ſic decet.
PH. Dictum eſt. GN. Non cognoſco veſtrum 99) tam ſuperbum. PH. Sic erit.
GN. Prius audite paucis 1) quod cum dixero ſi placuerit,
Facitote. TH. Audiamus. GN. Tu concede 2) paululum iſtuc 3) Thraſo.
Principio 4) ego vos ambos 5) credere, hoc mihi vehementer volo, *)
Me huius quicquid faciam id facere maxume cauſa mea.
Verum ſi idem 6) vobis prodeſt 7) vos non facere 8) inſcitia 9) eſt
PH. Quid eſt? GN. Militem ego rivalem 9 a) recipiundum 10) cenſeo. 11) PH. Em. *)
Recipiundum. GN. Cogita modo. Tu 12) hercle cum illa Phaedria

99) patrem vel genus. 1) verbis 2) da locum. *Punctum poſt* concede *a ſequiori manu eſſe videtur in gratiam gloſſae, quae vocabulum* concede *ad Phaedriam directum ſumit et quae ſequuntur ad Thraſonem* 3) tranſi hinc 4) inprimis 5) Phaedriam et Chaeream *) *edit.* velim. 6) Thraſo 7) prodeſſe poteſt 8) quod ego dicam 9) inſipientia 9 a) rivalis dicitur cuius concubina alteri coniuncta eſt 10) apud Thaidem 11) iudico *) *edit.* hem 12) o Phaedria.

---

dit. Bentl. Propert. IV. 1. 49. Ovid. epiſt. XVII. 51. *quod genus et proavos et regia nomina iactas*, ubi v. interpret.

35. *iter hac habui*] i. e. hac iter feci. Nepos in Eum. c. 8. *iter quod habebat omnes celat.* Lucan. II. 439. *nullas niſi ſanguine fuſo gaudet habere vias*, ubi v. Burmann.

36. *dictum eſt*] haec formula habet vim comminandi et adſeverandi, *omnino ita futurum ut dictum eſt*. Eodem ſenſu ponitur *dixi* in Phorm. II. 3. 92. et in Hec. IV. 3. 6.

*non cognoſco voſtrum tam ſuperbum*] ſupplendum eſt ingenium, ut ſenſus ſit: non ſolebatis eſſe tam ſuperbi. Plaut. in Trinummo II. 4. 44. *hau noſco tuum.* v. Donat. et Bentl. ad h. l.

41. *inſcitia*] i. e. ſtultitia in Phorm. I. 2. 27.

Et libenter vivis, etenim bene libenter [13] victitas.
Quod des paululum eſt, et neceſſe eſt multum accipere Thaidem,
Ut tuo amori ſuppeditare [14] poſſit [15] ſine ſumptu tuo.
Ad omnia haec magis oportunus, nec magis ex uſu [16] tuo, *)
Nemo [16a] poteſt. *) Principio [17] et habet [18] quod det et dat nemo largius [19])
Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit [20] noctes *) et dies.
Neque iſtum metuas, ne amet mulier, facile pellas [21] ubi velis.
PH. Quid agimus? GN. Praeterea hoc etiam quod ego vel primum puto.

13) delectabiliter 14) ſubminiſtrare 15) Thais 16) utilitate *) *edit. ſine diſtinctione* 16 a) quam Thraſo *) *edit.* eſt 17) inprimis 18) Thraſo 19) quam ipſe 20) dormitat *) *edit.* noctesque *improbante Bentl.* 21) repellas a Thaide

---

44. *et libenter vivis*] ex Bentl. coniectura legendum eſt *ut libenter vivis*, deinde parentheſi includenda verba (etenim bene libenter victitas) ſenſus hic eſt: ut tu laute et ſumtuoſe cum ea vivis, quotidie neceſſe eſt, ut illa multum accipiat, tibi vero paulum eſt quod des *Ut* ponitur pro prout in Heaut I 1. 116. *bene* eſt laute, delicate in Hec. III 5 11. *vixit bene libenter* eſt hilariter. Cato de re ruſt. c. 156. *ſi voles in convivio multum bibere coenareque libenter*.

47. *ut tuo amori etc.*] i. e. ut abunde tibi ſit ad alendum et fovendum amorem ſine tuis impenſis. *Suppeditare* ſaepe dicitur pro ſuppetere, ſatis eſſe. Cic. de Offic. I. 4. *parare ea quae ſuppeditent et ad cultum et ad victum.*

48. *nec magis nemo eſt*] Notandum duas negationes pro una poni, quod frequens eſſe oſtendit Duker. ad Flor. III. 17. p. 636.

*ex uſu tuo*] i. e. tibi utilior in Heaut. I. 2. 36. *tibi quod ex uſu ſit.*

49 *tardus*] i. e. hebes ingenio. Bentlei. eleganti ſed non neceſſaria coniectura legit barbus i. e. ſtultus, ſtolidus.

Accipit hominem nemo *) prorſum **) [22]) neque prolixius. [23])
Mirum ni illoc homine [24]) quoquo pacto [24 a]) opus [25]) eſt. CH. Idem ego arbitror.
GN. Recte facitis. Unum etiam vos oro, ut me in voſtrum gregem. [26])
Recipiatis. Satis diu iam hoc ſaxum [27]) verſo. [28]) PH. Recipimus.
CH. Ac lubenter. [29]) GN. At ego pro iſtoc [30]) Phaedria et tu Chaerea [31])
Hunc comedendum [32]) et deridendum vobis praebebo. *) CH. Placet.
PH. Ita **) dignus eſt. [33]) GN. Thraſo ubi [34]) vis accede. [35]) THR. Obſecro quid agimus?

*) *edit. addit* melius *quod abeſſe nequit* **) *edit.* prorſus *improbante Bentl.* 22) certe 23) liberalius 24) Thraſone 24 a) aliqua ratione 25) nobis 26) ſocietatem. numerum 27) meditationem 28) ſaepe apud me hoc cogitans deſideravi 29) valde libenter 30) beneficio 31) quia me recipitis in veſtram amicitiam 32) bona illius *) *edit.* propino, *probante Bentl.* **) *edit. omitt.* ita 33) Gnato 34) mox ut 35) ad Thaidem vel ad iſtos.

---

52. *accipit*] accipere et excipere ſunt verba convivalia. Horat. Serm. II 8. 67. *ut ego accipiar laute.* Petron. c. 42. ubi v. interpretes.

*prolixius*] i. e. largius, benignius ut in Ad. V. 8. 20. et ſaepe ap. Cicer.

54. *in voſtrum gregem*] i. e. inter veſtros ſodales. Grex eſt multitudo tam bonorum, quam malorum. in Ad. III. 3. 8. Cic. de amicit. c. 19. *qualis erat Scipionis in noſtro ut ita dicam grege.*

55. *iam diu hoc ſaxum volvo*] Proverbium de iis, qui diu gravi et inutili labore fatigantur, ut Syſiphus apud inferos.

57. *comedendum*] comedere aliquem ſignificat alicuius bona abſumere. Plaut. in Pſeud. IV. 7. 25. *iamne illum comeſurus es* in Heaut. III. 1. 53. *quem aſſidue exedent.*

*et deridendum*] Non. Marcell. p. 33. et Mſſti quidam habent *et comedendum et bibendum*, unde Bentl. edidit *comedendum et ebibendum vobis propino.* Fatendum eſt, *deridendum propinare* non niſi per du-

GN. Iſti te ignorabant. Poſtquam eis mores oſtendi tuos,
Et collaudavi, 36) ſecundum facta et virtutes tuas
Impetravi. THR. 37) Bene feciſti, gratiam habeo maxumam. 38)
Nunquam etiam fui usquam, 39) quin me omnes amarint *) plurimum.
GN. Dixin ego in hoc 40) ineſſe *) vobis Atticam eloquentiam?
PH. Nihil praeter 41) miſſum *) eſt. Ite hac 42) ω. Vos valete, *) plaudite.

TERENTII AFRI EUNUCHUS EXPLICIT **) CALLIOPIUS recenſuit. †)

36) decipiebat illum adulando 37) plenus erat hic miles iactantia 38) tibi 39) aliquo loco *) *edit.* amarent 40) Thraſone *) *edit.* eſſe 41) rationem *) *edit.* promiſſum *probante Bentl. et ſic etiam in MS. a prima manu, quod perperam correctum eſt* 42) ad domum *) *edit. add.* et **) *edit. omitt.* †) *edit.* recenſui.

ram catachreſin dici, verumtamen haec a paraſito per vernilitatem quandam dicta videntur.

59. *te ignorabant*] *ignorare aliquem* ſignificat alicuius indolem et mores non ſatis tenere in Heaut. I. 1. 53. *erras, ſi id credis et me ignoras.* Cic. Academ. II. 2. *maiore ſtudio philoſophiae deditus fuit, quam qui illum ignorabant, arbitrabantur.* Contrarium eſt *intelligere aliquem.*

64. *praeter promiſſum*] i. e. contra promiſſum in Andr. II. 6. 5. *praeter ſpem evenit* V. 3. 8. *praeter civium morem.*

# HEAUTONTIMORUMENOS.

INCIPIT HEOTONTIMORUMENOS ACTA LUDIS MEGALENSIBUS L. CORNELIO LENTULO L. VALERIO FLACCO AEDILIBUS CURULIBUS. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO L. ATTILIUS PRAENESTINUS GRAECA MENANDRI PRIMA, ACTA SECUNDA MODOS FECIT FLACCUS CLAUDITIBIIS DUABUS DEXTRIS M. IUNIO T. SEMPRONIO CONSULIBUS.

EXPOSITIO TITULI. *Acta* eſt id eſt recitata eſt ludis Megalenſibus Lucio Cornelio Lentulo Lucio Valerio aedilibus curulibus. *Egere.* fecerunt vel adminiſtraverunt hos ludos Megalenſes in Graecia quando iſta fabula Menandri Heautontimorumenos recitata eſt Lucius Ambivius Turpio Lucius Attilius Praeneſtinus. *graeca Menandri prima.* Ita eſt iungendum. Acta eſt graeca fabula Menandri prima apud Megalem civitatem iſtis ſupra dictis officium gerentibus ſuper aedes curiales Romae. Acta ſecunda. Modos fecit Flaccus clauditibiis duabus dextris Marco Iunio Tito Sempronio conſulatum gerentibus Romae. Flaccus vero modulavit eam. Appellatur autem haec fabula heautontimorumenos quod latine ſonat ſe ipſum excrucians ſive in ſuam ipſam excruciationem permanens. Introducit enim in hac fabula quendam ſenem nomine Menedemum qui nimio opere ac labore ſemet ipſum excruciavit prae dolore eo quod filium ſuum ſevera increpatione a ſe fugaſſet dum pergeret frequenter ad ſcortum. Venditis enim paene omnibus, quae habebat, accepit raſtrum coepitque agrum excolere nimia inſtantia.

Quem dum alius ſenex nomine Chremes interrogavit quid hoc eſſet quod ſe die nocteque ita cruciaret enarravitque ei omnem ordinem rei quumque hortaretur eum paululum requieſcere, obtineri non potuit. Dicebat enim: ſine ut ſumat filius meus de me poenas. At vero in proximo requievit, quoniam filius eius reverſus eſt. Caetera quae ipſe poeta miro modo dilatat, ſequentia manifeſtabunt. Hanc autem fabulam ſicut et caeteras Menander prius graeco ſermone compoſuit. Poſtea praeſens comicus latinis novam reddidit moreque ſuo in prologis maledictis aemulorum reſpondit.

## ARGUMENTUM. 1)

In militiam proficiſci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit durus pater,
Animique ſeſe angebat facti poenitens.
Mox ut reverſus eſt, 2) clam patrem 3) devertitur 4) *)
Ad Clitiphonem. Is 5) amabat ſcortum Bachidem.
Cum acceſſeret 6) cupitam 7) Antiphilam Clinia 8)
Ut eius Bachis venit amica ac ſervolae
Habitum gerens Antiphila. Factum id quo patrem
Suum celaret Clitipho. Hic technis Syri 9)
Decem minas meretriculae aufert a ſene.
Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem ducit.

1) *eſt Sulpitii Apollinaris, et legitur in edit. Zeun. T. I. p.* 225 *Ceterum hoc argumentum, et prologus aeque ac tota comoedia in MS iunctis verſibus exarata eſt* 2) filius 3) vel patre 4) vel divertitur *) *edit.* divortitur 5) Clitipho 6) vel arceſſeret *et ſic in edit.* 7) vel cupitum 8) filius Menedemi 9) *in MS ſic ſcriptum eſt* tecgnis ſiri.

## PROLOGUS.

Ne cui [10]) ſit veſtrum mirum cur partes [11]) ſeni [12])
Poeta dederit quae ſunt adoleſcentum *)
Id primum dicam, [13]) deinde quod [14]) veni eloquar. [15])
Ex integra graeca [16]) integram comoediam [17])
Hodie ſum acturus [18]) Heautontimorumenon
Duplex, [19]) quae ex argumento [20]) facta eſt ſimplici.
Novam eſſe oſtendi [21]) et quae eſſet. [22]) nunc qui ſcripſerit,
Et cuia graeca [23]) ſit ni partem maxumam
Exiſtimarem ſcire voſtrum, id dicerem.
Nunc quam ob rem has partis didicerim, [24])

10) alicui 11) laborem 12) Menedemo *) *edit.* adoleſcentium 13) reddam 14) propter quod 15) ego 16) ex intacta ab aliquo Latino comoedia 17) latinam quam nemo ante me ſcripſit 18) recitaturus 19) comoedia. Graeca Menandri et latina mea. in ſtilo etenim duplicata eſt 20) ex una materia 21) Latinis 22) quam materiam in ſe haberet 23) cuius fabula Menandri 24) comoediam ſcripſerim.

---

Prologus.

1. *cur partes ſeni*] prologi ab adoleſcentibus pronuntiari ſolebant, ſtatim e ſcena diſcedentibus ut fabulam incepturis locum darent; at Terentius hic praeter morem prologi partes dedit ſeni actori Ambivio, qui prologo peracto de ſcena non diſcedebat, ſtatim Chremetis partes acturus. Sic locum egregie explicat Bentl.

3. *quod veni*] propter quod, cuius rei cauſa.

4. *integra*] i. e. quam nemo latine vertit, nemo tractavit.

6. *duplex*] Tanaq. Faber et Rich. Bentl. veriſſime legunt *ſimplex*, quae ex argumento facta eſt duplici i. e. una fabula eſt, ſed argumentum duplex, duo ſenes, duo adoleſcentes, duae amicae.

7. *qui ſcripſerit*] *qui* ſaepe pro *quis* ponitur, tam in interrogatione, quam extra interrogationem. Cicero ad Div. XII. 18. *quo iſte neſcio qui erumperet.* Philipp. II. 13. *qui locus eſt, aut tam* etc. Sic *aliqui* ſaepe occurrit pro *aliquis* vid. Duker. ad Flor. I. 18. p. 193.

10. *didicerim*] ut poetae, qui fabulas ſcribunt, eas dicuntur

Paucis dabo. [25] Oratorem *) [26] voluit me non prologum [27]
Veſtrum iudicium [28] fecit. me actorem [29] dedit.
Sed hic actor [30] tantum poterit a facundia [31]
Quantam ille [32] potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.
Nam quod rumores [33] diſtulerunt [34] malivoli [35]
Multas [36] contaminaſſe graecas, dum facit *)
Paucas latinas, id eſſe factum hic [37] non negat.
Neque id *) ſe pigere, [38] et deinde facturum [39] autumat.

25) breviter dicam *) *edit. add.* eſſe 26) defenſorem cauſarum et comoediarum 27) non prolocuturum 28) veſtra poteſtas 29) cauſidicum. poteſtatem agendi cauſas 30) cauſarum. ego. 31) in eloquentia potens 32) Menander qui primus compoſuit 33) more ſuo maledictis aemulorum reſpondet 34) diffamaverunt 35) aemuli mei 36) fabulas *) *edit.* fecit 37) poeta *) *edit. omitt.* id 38) poenitere 39) in aliis fabulis.

---

docere, ſic actores diſcere fabulas, quod quisque eorum ſuas partes ediſcit. v. in Hec. prol. 2. v. 6.

11. *paucis dabo*] paucis dicam, narrabo. Virgil. ecl. I. 19. *iſte Deus qui ſit da Tityre nobis.* in Phorm. V. 6. 37.

11. *oratorem*] orator eſt cui cauſa defendenda mandatur. vid. Don. ad Hec. prol. 2. 1.

*veſtrum iudicium fecit*] vos iudices conſtituit. Liv. XLIII. 116.

13. *hic actor*] ego ut infra II. 3. 115. *huic homini* eſt *mihi.* talia geſtu adiuvantur.

*poterit a facundia*] tantum valebit eloquentia infra v. 27. *ne plus iniquum poſſit, quam aequum oratio.* Nepos in Dione c. 3. *Plato apud Dionyſia auctoritate potuit* etc. Praepoſitio *a* eleganter ponitur pro *quod attinet.* Plaut. in Aulul. II. 2. 9. *haud a pecunia valeo.* Cic. in Bruto c. 66. *mediocriter a doctrina inſtructus.* vid. Cort. ad Salluſt. Iugurt. c. 48.

14. *commode*] bene, pulchre ut in Hec. I. 2. 33.

16. *nam quod*] formula tranſeundi et connectendi Cic. ad Attic. III. 10 in Adelph. prol. 15 *nam quod iſti dicunt malevoli.*

*rumores diſtulerunt*] vulgarunt. Suet. in Caeſ c. 33. in Aug. c. 14. vid. Booſius in ind. Nepot. voce *differre.*

19. *autumat*] dicit, profitetur. Plaut. in Menaechm. V. 2. 8. *quas ſi autumem omnes nimis*

Habet bonorum [40] exemplum. quo exemplo ſibi
Licere id facere quod illi fecere putat.
Tum [41] quod malevolus vetus poeta dictitat, [42]
Repente ad ſtudium ſe applicaſſe hunc [43] muſicum, [44]
Amicum, [45] ingenio fretum haud natura ſua,
Arbitrium voſtrum, voſtra exiſtimatio
Valebit. [46] Quare omnes vos oratos [47] volo,
Ne plus iniquum [48] poſſit [49] quam aequum [50] oratio. [51]
Facite, aequi [52] ſitis, date creſcendi copiam [53]
Novarum, [54] qui [55] ſpectandi [56] faciunt copiam [57]
Sine vitiis, ne ille [58] pro ſe dictum [59] exiſtumet,
Qui nuper fecit [60] ſervo currenti in via

40) poetarum. Plautum et Ennium. 41) deinde dicam 42) frequenter dicit 43) Terentium 44) rithmum 45) familiarem illi arti *male interpretatus eſt locum* 46) diſcernere 47) a me eſſe 48) iniquorum 49) apud vos 50) aequorum 51) in diſcernendis carminibus aequum ſervare iudicium 52) ſpectatores 53) augmentandi facultatem illis 54) fabularum 55) in illis *i. e. qui in ſpectatoribus aequi ſunt, ſive aequi ſpectatores* 56) ipſas comoedias 57) novarum fabularum *Aequitate ſua efficient ut comoediae nullis vitiis laborantes agantur* 58) maledicus 59) hoc quod dixi: date copiam 60) deſcripſit.

---

*longus ſermo ſit.* Vellej. Pater c. c. I. 6.

23. *ſtudium muſicum*] poeticum in Phorm. prol. v. 18.

24. *natura*] ingenio. Nep. in Alcib. 1. *in uno homine ineſſe tam diverſam naturam*.

25. *exiſtimatio*] iudicium Cic. pro Roſcio Amer. c. 19. Sic *exiſtimare* pro *iudicare* Cic. ad Div. I. 5. et *exiſtimator* pro *iudice.* Cic. in Bruto c. 93. *exiſtimator doctus et intelligens.* v. Gronov. d Liv. IV. 41.

28. *creſcendi*] creſcere elegantiſſime dicitur de hominibus qui famam nominis conſequuntur. Cic. pro Roſc. Amar. c. 30. pro Cluent. c. 28. *ut ex invidia ſenatoria poſſet creſcere* Virgil. Ecl. VII 25 vid. interpretes ad Ov. epiſt. XV. 117

29. *novarum qui ſpectandi*] aliquando gerundium in *di* conſtruitur cum genit. alterius generis vel numeri de qua ſtructura v. Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 8. p. 443.

Deceſſe 61) populum. cur inſano 62) ſerviat?
De illius 63) peccatis plura 64) dicet, 65) cum dabit
Alias novas, niſi finem maledictis facit. 66)
Adeſte 67) aequo animo, date mihi poteſtatem
Statariam 68) agere, ut liceat per ſilentium
Ne ſemper ſervus currens, 69) iratus ſenex 70)
Edax paraſitus, ſycophanta 71) autem impudens,
Avarus leno aſſidue agendi 72) ſint ſeni, *)
Clamore ſummo, cum labore maxumo.
Mea cauſa 73) cauſam hanc iuſtam eſſe animum inducite, 74)
Ut aliqua pars laboris 75) minuatur mihi.
Nam nunc novas 76) qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni. 77)
Si qua *) 78) laborioſa eſt, ad me curritur. 79)

61) pro deceſſiſſe 62) ſervo 63) maledici 64) vitia 65) dicam vel populus dando ei locum 66) ille maledicus poeta 67) adeſtote. favete 68) ſtandi licentiam. ſtationem meam tranquillam in ſcenam (ſcena) facite ut audiatur mea fabula 69) in fabula 70) fabulae in quibus haec introducuntur 71) inpoſtor. calumniator 72) introducendi *) *edit.* mihi 73) propter me 74) credite 75) vociferatio in recitando 76) fabulas 77) mihi *) *edit.* quae 78) fabula 79) cum gravis aliquo ſermone compoſita, ad me refertur corrigendi gratia.

---

32. *deceſſe populum*] interpretes fruſtra ſe torquent in hanc lectionem explicando. Veriſſima eſt Perizonii emendatio *dixiſſe populum.* Nam Terentius Luſcio Lavinio vitio vertit quod populum in ſcena induxerit cum ſervo loquentem. (Adprobat Bentl.)

36. *ſtatariam*] ſcilicet fabulam. *Stataria* fabula dicitur, in qua non multi diſcurſus ſunt; quae maxima parte ſedatior eſt et ſtando agitur, cui opponitur *motoria* quae multos habet motus et curſus.

41. *mea cauſa*] mea cauſa et elegantius ex uſu veterum dicitur quam mei cauſa. infra V. 5. v. ult. v. Burm. ad Phaedr. L. I. 22. 4.

44. *ſi qua*] Bentleius metri cauſa edidit *ſi quae.* Promiſcue dicitur *ſi qui* et *ſi quis*, *ſi quae* et *ſi qua.* v. interpret. ad Cic. ad Attic. IV. 2. *ſi quae vis eſſet facta* et Bentl. ad Hor. epiſt. II. 6. 10.

Sin lenis eſt,[80] ad alium[81] defertur gregem.
In hac[82] pura eſt oratio, experimini,
In utramque partem[83] ingenium quid poſſit meum.
Si[84] nunquam avare[85] pretium ſtatui arti meae
Et eum eſſe quaeſtum[86] in animum induxi maxumum,
Quam maxume[87] ſervire[87a] veſtris commodis,
Exemplum[88] ſtatuite in me, ut adoleſcentuli[89]
Vobis placere[90] ſtatuant potius quam ſibi[91]

## (Actus I. Scena I.) CHREMES. MENEDEMUS.

CH.[92] Quamquam haec inter nos nuper[92a] notitia admodum eſt,
Inde adeo[93] quod agrum in proximo hic mercatus es
Nec[94] rei[95] fere ſane amplius quicquam fuit,

80) ubi compoſitio eſt facta 81) poetarum vilium 82) in autontimorum. 83) in fabulis componendis et in aliorum carminibus 84) ſiquidem 85) id eſt lucrum. quaeſtum 86) non cauſa lucri propoſui 87) praecipue 87 a) decernit 88) benigne meas fabulas audiendo 89) poetae 90) veſtrae utilitati prodeſſe vobisque placere. 91) meo exemplo provocati. 92) In exordio Chremetem ſenem introducit qui alloquitur Menedemum, iam grandaevum, ſe excruciantem cum raſtro in agro prae dolore filii 92 a) valde noviter 93) maxime noti 94) hic 95) propter quam nos ſumus amici.

45. *gregem*] grex proprie dicitur de hiſtrionibus in Phorm. prol. v. 33. Petron. c. 80. *grex agit in ſcena* ubi v. interpr.

50. *ſervire veſtris commodis*] facere quod commoda veſtra poſtulant in Hec. III. 5. 45.

51. *adoleſcentuli*] ſcilicet hiſtriones, actores ſibi placere dicuntur arrogantes et ſuperbi iactatores. Petron. c. 5. ubi vid. Burmann.

Tamen vel virtus tua [96] me vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiae puto, [97]
Facit ut te audacter moneam [98] et familiaritate [*]
Quod [99] mihi videre [1] praeter aetatem tuam [2]
Facere, et praeterquam res te adhortatur tua.
Nam pro Deum atque hominum fidem, quid vis tibi? [3]
Quid quaeris? [4] annos ſexaginta natus es,
Aut plus eo ut coniicio. [5] Agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretii [*] maioris nemo habet.
Servos quamplures, [6] proinde quaſi nemo ſiet [7]
Ita attente tute illorum officia fungere. [7 a]
Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi
Domum revortor, quin te in fundo conſpicer
Fodere aut arare, aut aliquid ferre. Denique

96) quia virum virtutis te eſſe ſcio 97) eſſe 98) o Menedeme *) *edit.* familiariter 99) eo quod 1) videris 2) extra modum et menſuram ſenectutis 3) o Menedeme 4) in tali re 5) eſtimo *) *edit.* preti 6) habes 7) qui tibi ſerviet 7 a) fungeris.

---

Act. I. Scen. 1.

4. 6. *virtus me facit ut moneam*] pro *virtus facit ut ego moneam* cuius conſtructionis exempla ſupra dedimus.

11. *plus eo*] ſupplendum *tempore*. Liv. XXVII. 50. *per omnes dies ex quo*. XXXIV. 26. *per aliquot aetates, ex quo* II. in Hec. III. 4. 7.

12. *agrum pretii maioris*] ſic Cic. ad Div. XIII. 77. dixit *bibliothecam multorum nummorum*. Saluſt. in Iugurtha c. 85. *hominem multarum imaginum* ubi v. Cortium.

13. *proinde quaſi*] *proinde* ponitur pro *perinde* v. not. ad Rutil. Lup. I. 31. ea particula hic iungitur cum *quaſi* ut in Phorm. II. 3. 35. iungitur. eſtque ut *et*, *ac* Nep. in Lyſandro c. 2. v. Manut. ad Cic. ad Div. XI. 28. et Graev. ad X. 24.

14. *fungere*] fungi more antiquo ſcribitur cum accuſ. in Adelph. III. 4. 18.

15. *veſperi*] pro *veſpere* a nom. *veſper*. v. Voſſium de analog. I. 31.

17. *aliquid ferre*] aliquid ponitur pro *aliud quod* Ovid. epiſt. XII. 82. *et ſi forte aliquos gens habet iſta Deos*. v. Oudendorp. ad Suet. Tiber. c. 47. Pro *ferre* recte Bentl. ex libris antiquis revocavit *facere*.

Nullum remittis tempus 7b) neque te reſpicis. 8)
Haec non voluptati 9) tibi eſſe ſatis certo ſcio.
At dices 10) enim, me *) quantum hic operis fiat, poenitet 11)
Quod 12) in opere 13) faciundo operae 14) conſumis 15) tuae?
Si ſumas in illis 16) exercendis, plus agas. 17)
MEN. Chreme, tantumne 18) eſt ab re tua otii tibi,
Aliena ut cures, ea *) quae nihil ad te attinent?
CHR. Homo ſum, humani a me nihil alienum puto.
Vel me monere 19) hoc vel percontari puta. 20)
Rectum eſt 21) ego ut faciam, 22) non eſt te ut deterream. 23)

7b) a labore 8) non miſereris tui 9) delectationi 10) mihi *) *edit. deeſt* 11) oneri eſt 12) pro quid 13) meo 14) tui laboris 15) deperdis 16) ſervis 17) adquiras 18) quod ſi ipſe non laboras *) *edit.* eaque. *in MS. ſuperſc.* et 19) ut amicum 20) interrogare ut ſolummodo ſciam 21) ad faciendum 22) hoc ut te moneam 23) ab opere removeam.

---

18. *neque te reſpicis*] i. e. nullam tui rationem habes. in Phorm. II. 3. 87. Cic. ad Div. X. 24. ubi v. Graev. Quintil. declamat. IX. c. 5. dixit *facere aliquid ſine ſuo reſpectu.*

20. *at enim me etc.*] hoc dolet mihi, tam parum operis ruſtici fieri. Nam dum tu aras, fodis, ſervi ceſſant. v. Bentlei. ad h. l. et notata ad Eunuch. V. 7. 12.

22. *exercendis*] *exercere* eſt nullum quieſcendi tempus dare. Virg. Georg. I. 210. in Ad. IV. 2. 48. v. Schulting. ad Sen. controverſ. II. p. 129.

25. *Homo ſum etc.*] ſignificat Chremes, ſe hominem eſſe, et quia natura cognationem quandam inter homines conſtituit, aliorum etiam hominum malis affici. Hunc verum loci ſenſum eſſe non modo contextus docet, ſed etiam Cicero de offic. I. 9. ubi v. Graev. At qui hodie latine ſcribunt hoc loco ineptiſſime utuntur velut proverbio ad errorem vel ſuum vel aliorum excuſandum. v. quae diximus ad Rutilium Lupum II. 114.

27. *Rectum eſt etc.*] hunc locum ita legit et interpungit Bentl. *rectum eſt? ego ut faciam non eſt? te ut deterream.*

*deterream*] in verbo *deterrere* non ſemper eſt ſignificatio terroris aut minarum, ſed ſaepe notat *dehortari*, *diſſuadere* in Ad. I. 2. 64. Cic. ad Div. I. 7. *ego*

MEN. Mihi ſic eſt uſus, 24) tibi ut eſt opus 25) facto, face. 26)
CHR. An cuiquam eſt homini uſus ut ſe cruciet? MEN. mihi.
CH. Si quid laboris eſt, nollem. ſed quid iſtuc mali eſt? *)
Quaeſo, 27) quid de te tantum 28) meruiſti? MEN. 29) eheu.
CHR. Ne lacruma, 30) atque iſtuc quicquid eſt fac me ut ſciam.
Ne retice, ne verere, crede inquam, mihi
Aut conſolando aut conſilio aut re 31) iuvero.
MEN. Scire hoc vis? CHR. hac 32) quidem cauſa, qua dixi tibi. 33)
MEN. Dicetur. CHR. At iſtos raſtros interea tamen
Appone. *) 34) ne labora. MEN. minime. CHR. quam rem agis?

24) utilitas 25) vel opus eſt 26) pro fac *) *edit. ponit. ſign. interrogation. poſt* quaeſo. *Sed MS. ut Bentl.* 27) interrogo 28) tormentum 29) dolentis 30) lacrimes 31) ſubſidio 32) propter hanc 33) ſcire volo quia iuvare te volo *) *edit.* adpone et *ſic fortäſſe a manu prima in MS.* 34) depone. applica terrae.

---

*te a dimicatione deterreo.* v. Broukhuſ. ad Tibull. I. 3. 13.

28. *Mihi ſic eſt uſus*] i. e. mihi ſic utile eſt, mihi ſic opus eſt. Plaut. in Amphitr. I. 3. 7. Ter. in Hec. III. 1. 47. v. Lambin. ad Lucret. I. 185. et Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 15. p. 796.

30. *quid laboris*] *labor* ſaepe eſt grave incommodum, miſeria. Virgil. Aen. I. 242. Juſtin. XII. 8. in Andr. IV. 3. 5. v. Bentl. ad h. l.

31. *quid de te tantum meruiſti*] i. e. quid admiſiſti ut tantas a te poenas ſumas. v. infra v. 40. et 95.

35. *qua dixi*] pro *quam dixi* qui elegantiſſimus Graecismus eſt. Hoat. Serm. I. 6. 15. ubi plura Bentl.

37. *adpone*] i. e. ad pedes pone. Plaut. in Poenulo IV. 2. 35. alii editi habent *depone* quod idem eſt.

*quam rem agis*] i. e. quid tibi vis, ut alibi loquitur. infra IV. 4. 18. De formula. v. Bentl. ad Hor. Serm. II. 6. 29.

MEN. Sine, vacuum *) tempus ne quod dem mihi
Laboris. CHR. Non ſinam inquam. MEN. ah non
aequum facis.
CHR. Hui. tam gravis hos 35) quaeſo. MEN. 36) ſic
meritum eſt meum.
CHR. Nunc loquere. MEN. Filium unicum adule-
ſcentulum habeo.
At quid 37) dixi habere me? immo habui Chreme
Nunc habeam nec ne incertum eſt. CHR. quid ita
iſtuc? 38) MEN. ſcies.
Eſt e Corintho 39) hic advena anus paupercula
Eius filiam ille amare 40) coepit virginem *)
Prope iam ut pro uxore haberet, haec clam me
omnia. 41)
Ubi id *) reſcivi, coepi non humanitus
Neque ut animum decuit aegrotum 42) aduleſcen-
tuli
Tractare, ſed 43) vi et via 44) pervulgata pa-
trum 45)
Cotidie 46) accuſabam: 47) hem, 48) tibine haec
diutius
Licere ſperas facere me vivo patre,
Amicam ut habeas prope iam in uxoris loco?

*) *edit.* vacivom 35) raſtros ferre potes 36) interruptio 37) pro quare 38) ſcies 39) Corintho venerat 40) aperte *) *edit.* perdite, *improbante Bentl.* 41) fiebant *) *edit.* rem 42) libidine et amore captum et ideo infirmatum 43) eum 44) ratione 45) per conventicula patrum divulgare 46) dicendo 47) ſic filium obiurgabat dicens 48) iraſcentis.

---

40. *tam graves*] nempe in opere ruſtico faciendo valida et ponderoſa inſtrumenta adhibebantur. Tibull. II. 3. 6. ubi v. Broukhuſ.

45. *perdite*] i. e. vehementer. in Phorm. I. 2. 32.

47. *non humanitus*] i. e. non more humano, non clementer Rutil. Lup. II. 85. ubi v. quae annotavimus.

49. *via pervulgata*] i. e. uſitata ratione agendi Propert. I. 1. 18.

Erras ſi id credis, et me ignoras Clinia. 49)
Ego te meum 50) eſſe dici tantiſper 51) volo,
Dum quod te dignum eſt facies, ſed ſi id non facis,
Ego quod me in te ſit facere dignum invenero 52)
Nulla adeo 53) ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio.
Ego iſtuc aetatis 54) non amori operam dabam,
Sed in Aſiam hinc abii propter pauperiem, atque ibi
Simul et *) rem 55) et gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeo res rediit. 56) adoleſcentulus
Saepe eadem 57) et graviter audiendo, victus eſt.
Putavit me et aetate et benivolentia
Plus ſcire 58) et providere 59) quam ſe ipſum ſibi.
In Aſiam ad regem militatum abiit Chreme. 60)
CHR. Quid ais? MEN. Clam me eſt profectus. Menſes tres abeſt.
CHR. Ambo 61) accuſandi et ſi *) 62) illud incoeptum, tamen
Animi eſt pudentis 63) ſignum et non inſtrenui. 64)
MEN. Ubi comperi ex his 75) qui fuere ei conſcii,
Domum revertor moeſtus, atque animo fere

49) proprium nomen filii 50) filium 51) tam diu 52) inveniam poenam 53) certe 54) in hac aetate tua *) *edit. deeſt* et 55) divitias 56) caſtigationis meae pervenit 57) verba 58) quam ſe 59) me plus 60) o Chreme 61) tu et filius *) *edit.* et ſi *improbante Bentl.* 62) licet 63) verecundi 64) firmi 65) per illos.

---

53. *Erras ſi id credis*] eadem formula apud Petron. c. 94. *erras ſi putas.*

58 *iſtuc aetatis*] pro *cum ea eſſem aetate.* Sic ſaepe veteres eleganter loquuntur. Liv. X. 24. *id aetatis* ubiv. Drakenb.

60. *belli*] pro *in bello* conſtruitur ut *militiae* pro *in militia* in Ad. III. 4. 49. v. Drakenb. ad Liv. I. 34.

61. *adeo res rediit*] pro *eo res rediit.* Sic et in Phorm. I. 2. 5.

Conturbato, *) atque incerto, 66) prae aegritudine,
Aſſido. accurrunt ſervi, ſoccos detrahunt.
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Caenam parare. *) Pro ſe 67) quisque ſedulo
Faciebat, 68) quo 69) illam mihi lenirent miſeriam.
Ubi vidi haec, coepi cogitare, hem 70) tot 71) mea 72)
Solius ſolliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant? 73)
Ancillae tot me veſtiant, ſumptus 74) domi
Tantos ego ſolus faciam? 65) ſed gnatum unicum,
Quem pariter 76) uti his 77) decuit, aut etiam amplius,
Quod 78) illa aetas 79) magis ad haec utenda idonea eſt,
Eum ego hinc eieci miſerum iniuſtitia mea,
Malo quidem me dignum quovis 80) deputem,
Si id faciam 81) nam usque 82) dum ille vitam illam colet
Inopem, 83) carens patria ob meas iniurias. *)
Interea usque 84) illi de me ſupplicium dabo,

*) *edit.* perturbato 66) dubio *) *edit.* apparare *et ſic nunc MS.* 67) pro viribus ſuis 68) ſerviebat 69) ut 70) gementis 71) famuli 72) propter me 73) mihi ſatis faciant 74) expenſas 75) expendam 76) mecum 77) bonis 78) eo quod 79) iuvenilis 80) quolibet 81) ſi requieſcam 82) ſemper 83) miſeram. vel vita militum inops eſt 84) ſemper

---

74. *pro ſe quisque*] i. e. quisque quantum poterat. Cic. Verr. I. 27. v. Lang. ad Cic. de Offic. III. 14. *Quisque* etiam ut collectivum recte iungitur plurali. v. Fabric. ad h. l. et Drakenb. ad Liv. II. 22.

77. *mea ſolius cauſa*] eleganter pro *mei ſolius cauſa*. Rutil. Lup. I. 25. *unius opera* mea. v. Gronov. ad Senec. epiſt. XIII. et Drak. ad Liv. VII. 40.

*ſolliciti*] i. e. occupati ut infra III. 1. 52. *omnes ſollicitos habui.*

*ut me expleant*] *explere aliquem* ſignificat ſatis facere alicui. Cic. ad Div. II. 1.

78. *ancillae me veſtiant*] i. e. occupatae ſint in lana tractanda ex eaque mihi veſtes conficiant.

84. *vitam colet*] i. e. vivet. Plaut. in Trin. III 2. 74. Cic. ad Attic. XII. 28. *nunc nec victum nec vitam illam colere poſſum.*

Laborans, parcens, 85) quaerens, illi ſerviens. 86)
Ita facio prorſus. 87) nihil 88) relinquo in aedibus, 89)
Nec vas, nec veſtimentum, corraſi 90) omnia,
Ancillas, ſervos, niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo facile ſumptum exercerent ſuum. 91)
Omnes produxi ac vendidi, inſcripſi 92) ilico
Aedes mercede, quaſi talenta ad quindecim
Coegi. 93) agrum hunc mercatus ſum. hic 94) exerceo me.
Decrevi tantiſper 95) me minus iniuriae
Chremes 96) meo gnato facere, dum fiam miſer, 97)

85) parce 86) pro illo me affligens 87) ſi quid *ſubintellige facio* 88) dico 89) meis 90) abſtraxi 91) quibus expenſa facilis eſſet et proprio labore viverent 92) deputavi pretio 93) copulavi 94) in hoc agro 95) tam diu 96) o Chremes 97) quam diu me affligo pro illo.

---

89. *vas*] vaſa dicuntur omnis generis ſupellex et impedimenta ut in notiſſima locutione *colligere vaſa* Salluſt. in Catil. 51.

91 *ſumptum exercerent*] multum laborat in hoc loco explicando Gronov. in Obſervat. Eccleſ. I. 8. Verum non dubitandum eſt, quin feliciſſime correxerint viri eruditi *ſumptum exercirent* antique pro *exſarcirent* i. e. compenſarent. Feſtus ad hunc ipſum locum reſpiciens *exſercirent, ſarcirent.* Notae ſunt locutiones *damnum ſarcire, reſarcire* etc. v. Bentlei. ad h. l.

92. *inſcribere aedes*] i. e. tabula publice ſuſpenſa ſignificare, aedes vel vendendas eſſe vel locandas. Plaut. in Trin. I. 2. 132. pro quo frequentius dicitur *aedes proſcribere.* Cic. ad Att. IV. 2. *Tuſculanum proſcripſi* ubi v. Manut. ad Div. VII. 29. ubi v. Graev.

93 *quaſi*] numeralibus additum ſignificat *fere, circiter* Liv. XXVII. 12. *cecidere in pugna ad duo millia* ubi v. Gronov.

94 *coegi*] i. e. collegi. *Cogere* proprium verbum eſt de rebus venditis, unde pecunia conficitur. Cic. Verr. II. 48. *quod genus pecuniae cogendae praeteriit.* v. Gronov. ad Liv. XXXII. 2. Hinc *coactiones argentariae* apud Sueton. in Veſpaſ. c. 1. ubi v. Torrent. Pro *cogere pecuniam* etiam dicitur redigere pecuniam. Liv. XXXVIII. c. ult. *nequaquam tantum redactum eſt quantae ſummae damnatus fuerat.* v. Bentl. ad Horat. epod. II. 69.

95. *Decrevi*] i. e. iudicavi, exiſtimavi. Cic. ad Div. II. 6. *in quo omnia mea poſita eſſe*

98) Nec fas eſſe ulla me voluptate *) frui,
Niſi ubi ille huc ſalvus redierit, meus particeps. 99)
CHR. Ingenio in liberos te eſſe leni puto,
Et illum obſequentem ſi quis recte aut commode
Tractaret. [1]) verum neque tu illum ſatis noveras,
Nec te ille. hoc qui *) [2]) fit ubi non vere [3]) vivitur,
Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes,
Nec tibi [4]) credere eſt auſus [5]) quae eſt aequum, patri. [6])
Quod ſi eſſet factum, [7]) haec nunquam eveniſſent tibi.
MEN. Ita res eſt. Fateor. Peccatum a me maxumum eſt.
CHR. Menedeme, at porro recte ſpero, et illum tibi
Salvum affuturum eſſe hic confido propediem. [8])
MEN. Utinam ita Dii faciant. *) CHR. Facient. Nunc ſi eſt commodum,

98) et decrevi *) *ed. add.* hic 99) cui in vita mea debueram participare 1) illum *) *edit.* hocque. 2) ibi. pro quo. *Lectiones MSti ex codd. notavit Bentl. Si* quo *mutaveris in* quod *habebis lectionem Bentleii* hoc quod fit, *quam bene explicat gloſſa marginalis MSti* ibi ſimultates tales procedunt 3) recte 4) ille *quam vocem textui inſerunt edit.* 5) quam earum illum haberes 6) ſcilicet credere 7) ſi te cognoviſſet vel animum tuum 8) propinquo tempore *) *edit.* ſaxint.

---

*decrevi* ad Attic. III. 15. *in me ipſo ſatis eſſe conſilii decreveras.* v. Perizon. ad Sanct. Min. IV. 15. p. 775.

98. *particeps*] *filius* dicitur, quia patre vivo habet ius bonorum, ſed eo mortuo demum poſſeſſionem. Cic. Verr. I. 44.

102. *non vere*] i. e. non recta ratione. in Ad. V. 9. 30.

106. *peccatum a me maximum eſt*] Periz. ad S. Min. IV. 4. p. 619. integram conſtructionem eſſe putat: negotium quod a me peccatum eſt maximum eſt. Sed praeſtat *a me* accipere pro *a parte mea.*

107. *recte ſpero*] i. e. ſpero omnia tibi ex voto ceſſura. *Recte* in omni genere dicitur de rebus ita comparatis ut debent et optamus. in Ad. III. 1. 2. *recte aedepol ſpero.*

Dioniſia 9) hic 10) ſunt hodie. *) apud me ſis volo.
MEN. Non poſſum. CHR. Cur non? Quaeſo tandem aliquantulum
Tibi parce. idem abſens facere te hoc vult filius. 11)
MEN. Non convenit qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipſum fugere. 12) CHR. Siccine 13) eſt ſententia?
MEN. Sic. CHR. Bene vale. MEN. Et tu. CHR. Lacrumas excuſſit mihi,
Miſeretque me eius. Sed ut 14) diei tempus 15) eſt
Monere *) me hunc vicinum Phaniam
Ad caenam ut veniat. Ibo ut **) viſam ſi domi eſt.
Nihil opus fuit 16) monitore. iam dudum domi. 17)
Praeſto apud me eſſe 18) aiunt. Egomet convivas moror.

9) Dyoſia (*l.* Dionyſia) feſta Dionyſii i. e. Liberi patris ſicut Saturnalia (*ſupple* Saturni) 10) vel hac *) *diſtinguunt editiones poſt* ſunt. *male, iudice Bentl.* 11) ut tibi parcas 12) laborem. a labore ſubtrahere. 13) ſicne eſt definitum 14) ſicut 15) feſta Dionyſii *) *edit. addunt* oportet, *improbante Bentl.* **) *edit omittunt* ut 16) pro eſt 17) *litura in MS. poſt* domi, *quae capere potuit* eſt. *Certe librarius vocem* praeſto, *quae ſcripta eſt cum P maiuſcula non coniunxit cum praecedente voce ut edit. fecit* 18) illum.

110. *Dionyſia*] Athenis celebrabantur in honorem Dionyſii vel Bacchi. De hoc feſto diſputavimus in Auctuario emendation. ad Heſych. voce Dionyſia.

*apud me ſis*] i. e. mecum caenes. Iuven. Sat. V. 18. *una ſimus ait.* infra I. 2. 11. *ut nobiſcum hodie eſſet.*

116. *ut diei tempus eſt*] ex formula dicitur, ut apud Ciceronem quomodo nunc eſt. v. Manut. ad Cic. ad Div. III. 8. In hac autem formula *diei* abundat ut apud Salluſt. in Iugurtha c. 52. *iam die veſper erat* ubi v. Cort.

117. *monere oportet*] veteres convivas, ſi morarentur, per ſervos, qui proprie monitores dicebantur, admonere ſolebant, ut ad coenam venirent. v. Apulei. Metam. III. 134. Ad hunc morem reſpicitur in Lucae Evangel. XIV. 17.

Ibo *) hinc intro. Sed [19]) quid crepuerunt [20]) fores? *)
Hinc a me. [21]) Quinam *) [22]) egreditur? huc conceſſero. [23])

(Actus I. Scena II.) CLITIPHO. CLINIA. CHREMES.

CLIT. [24]) Nihil adhuc eſt quod vereare Clinia. [25]) haud quaquam [26]) etiam ceſſant [27])
Et illam ſimul cum nuntio [28]) tibi hic ego affuturam hodie ſcio.
Proin [29]) tu ſollicitudinem iſtam falſam quae te excruciat omittas. *)
CHR. Quicum [30]) loquitur filius?
CLIT. Pater [31]) adeſt quem volui. adibo. Pater opportune advenit.
CHR. Quid id eſt? CL. Hunc Menedemum noſti noſtrum vicinum? CHR. Probe. [32])
CL. Huic [33]) filium ſcis eſſe? CHR. Audivi [34]) eſſe in Aſia. CL. Non eſt pater.

*) *edit. addunt* adeo. 19) ut. *ſed quid ſibi vult* ut quid? *an* quid *per* ut *explicatur?* 20) ſonuerunt *) *edit. ponunt ſignum interrogandi poſt* a me 21) a domo mea. *Stare poteſt punctum poſt* me *quanquam deletum eſt in MS. ſubintellecto* crepuerunt inquam *) *edit.* quisnam 22) quis 23) accedo. tranſeam in domum meam 24) Chremes revertens a Menedemo in domum ſuam invenit in domo ſua Cliniam filium Menedemi qui patrem fugerat loquentem cum Clitiphone filio ſuo ſibi coetaneo. Simul enim filius Menedemi et Clitipho filius Chremetis adoleverant. ſtatim autem ut venit, ſine mora miſit ſervum ſuum Dromonem cum Syro cum ſervo Clitiphonis, quatenus adducerent ei Antiphilam amicam ſuam, pro qua dum increparetur a patre, fugit. Sed dum Dromo et Syrus tardarent redire, triſtabatur Clinia. 25) o Clinia 26) non. vel nequaquam 27) venire Antiphila et illi qui pro illa fuerant miſſi 28) miſſo tuo 29) proinde *) *edit.* mittas 30) cum quo 31) meus 32) noſco 33) Menedemo 34) illum.

Apud nos eſt. CH. Quid ais? CL. Advenientem e navi egredientem, ilico
Adduxi [34a]) ad caenam. Nam mihi *) cum eo iam inde usque a pueritia
Fuit ſemper familiaritas. CHR. Voluptatem [35]) magnam nuntias [36])
Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum eſſet amplius,
Ut hanc laetitiam nec opinanti [37]) primus obiicerem [38]) ei domi [39])
Atque etiam nunc tempus eſt. CL. Cave faxis. [40]) Non opus eſt pater.
CHR. Quapropter? CL. Quia enim incertum eſt etiam, quid [41]) ſe faciat. [42]) modo venit.
Timet omnia, patris iram, atque *) animum amicae ſe erga ut [43]) ſit ſuae.
Eam miſere [44]) diligit, propter eam haec turba [45]) atque abitio [46]) evenit. CHR. Scio.

34 a) vel abduxi *quam lectionem probat Bentl. ut et omiſſionem vocis* magna. *) *edit. addunt* magna 35) gaudium 36) quantum quando eum invitavi 37) illi 38) nuntiarem 39) apud domum ſuam vel meam 40) ne facias 41) de ſe 42) Clinia filius eius *) *edit.* et 43) quomodo 44) tenere 45) turbatio 46) diſceſſio.

---

Act. I. Scen. 2.

9. *abduxi ad coenam*] male in nonnullis editionibus legitur *adduxi*. Verba cum praepoſitione *a* vel *ab* compoſita in regimine eleganter iunguntur cum praepoſitione *ad*, ut *avolare ad equites*, *avocare ad bellum*, *abducere in interiorem partem aedium* de quibus v. Drakenb. ad Liv. I. 57. *citatis equis avolant Romam*.

11. *amplius*] *amplius* iungendum eſt cum verbo *invitatum*. Chremes volebat Menedemum amplius quam factum erat invitatum eſſe. Nam etſi ſupra dixerat *apud me ſis volo*, tamen illo recuſante ultra invitare deſtiterat. v. Periz. ad S. Min. IV. 11. p. 723.

12. *obiicerem*] obiici dicuntur quae praeter opinionem eveniunt. in Ad. IV. 4. 1. Liv. VI. 14. *quae ubi obiecta ſpes eſt*.

18. *credere eſt*] *eſt* ponitur pro *licet*, *par eſt*. in Ad. V. 3. 42. Ovid. Art. amator. II. 28. ubi

CL. Nunc ſervulum [47] ad eam in urbem miſit, et ego noſtrum una Syrum.
CHR. Quid narrat? CL. Quid ille? [48] Miſerum ſe eſſe. CHR. Miſerum *) quem minus credere eſt?
Quid reliqui eſt quin habeat, quae quidem eſſe **) in homine dicuntur bona [49]
Parentis, [50] patriam incolomem, amicos, genus, cognatos, divitias?
Atque haec [51] perinde [52] ſunt, [53] ut illius animus eſt *) qui ea poſſidet.
Qui uti ſcit, [54] ei bona, illi qui non utitur recte, mala.
CL. Immo ille [55] fuit ſenex inportunus ſemper, et nunc nihil magis
Vereor quam ne quid in illum iratus plus ſatis [56] faxit [57] pater.
CHR. Illene? Sed reprimam me. [58] Nam [59] in metu eſſe hunc [60] illi [61] eſt utile.
CL. Quid tute [62] tecum? CHR. Dicam. ut ut [63] erat, manſum [64] tamen oportuit. [65]
Fortaſſe aliquanto iniquior erat [66] praeter eius libidinem.

47) ſuum 48) aſt *) *edit. cum ſigno interrogationis* **) *edit. omittunt* eſſe 49) vel? *quod ſignum in textu primo adfuiſſe videtur.* 50) accuſativus 51) quae dixi 52) perinde adverbium eſt ſimilitudinis 53) talia *) *edit. omitt.* eſt 54) ſapienter 55) Menedemus 56) plus iuſto 57) faciat 58) tacenda dixit 59) ſecum 60) Cliniam 61) filio meo 62) tu ipſe pater dicis? 63) utcunque 64) manere 65) Cliniam cum patre 66) pater eius.

exemplorum vim congeſſit Heinſius.

25. *reprimam*] i. e. impetum loquendi continebo. in Hec. V. 1. 38.

26. *ut ut erat*] i. e. quomodocunque erat. in Ad. II. 2. 40. rarius dicitur cum ſubiunctivo *ut ut ſit.* v. interpret. ad Cic. ad Attic. X. 4.

27. *praeter eius lubidinem*] i. e. contra eius voluntatem. Libido eſt voluntas ut in Hec. IV. 1. 19.

Pateretur. Nam quem ferret, 67) ſi parentem 68) non ferret ſuum?
Hunccine 69) erat aequum ex illius more, an illum ex huius vivere?
Et quod illum inſimulat 70) durum, id non eſt: Nam parentum iniuriae, 71)
Unius modi *) 72) ſunt ferme. Paulo qui eſt homo tolerabilis 73)
Scortari 74) crebro nolunt, 75) nolunt crebro convivarier,
Praebent exigue 76) ſumptum, atque haec ſunt tamen ad virtutem omnia.
Verum animus ubi ſemel ſe cupiditate devinxit mala,
Neceſſe eſt Clitipho, 77) conſilia 78) conſequi conſimilia.
Hoc *) ſcitum 79) eſt. 80) periculum 80 a) ex aliis facere 81) tibi, *) quod ex uſu ſiet 82)

67) ſuſtinere debuerat 68) filius 69) filium 70) fingit vel inimicae dicit 71) irae *) *edit.* uniusmodi 72) cauſa [cauſâ] dilectionis 73) mitis et tranquillus minus quam expedit 74) meretricari 75) filios 76) parce 77) o Clitipho 78) mala *) *edit. omitt. hoc. Neſcit Zeun. unde Bentl. ſumſerit* hoc *ſine dubio ex cod. quodam qualis noſter eſt* 79) probatum quod dicam 80) vel; 80 a) probationem 81) poteſt facere. pro fac *) *ed. diſting. poſt* facere 82) ex utilitate tua ſit.

---

31. *paulo qui eſt homo tolerabilis*] i. e. qui eſt ex illo hominum genere, qui non duriſſimi ſunt et intractabiles. Singularem enim poſuit pro plurali. v. Scholion codic Bembini quod Faernus protulit *Paulo tolerabilis* pro *paulo tolerabilior*. Sic *paulo* cum poſitivo eſt apud Ciceron. ad Attic. VIII. 12. *ut non ſolum glorioſis conſiliis utamur ſed etiam paulo ſalubribus* ubi v. interpret.

34. *animus ſe cupiditate etc.*] animus captus eſt et deditus pravae cupiditati. Cic. in Bruto c. 12. *nec in impeditis ac regum dominatione devinctis naſci cupiditas dicendi ſolet* ad Div. XV. 4. *in omnibus ſaeculis pauciores viri reperti ſunt qui ſuas cupiditates quam qui hoſtium copias vincerent.*

*Scitum eſt*] pulchra et egregia eſt ſententia. in Phorm. V. 4. 2.

36. *periculum ex aliis facere*

CL. Ita credo. CHR. Ego ibo hinc intro, ut videam nobis caenae quid ſiet.
Tu ut tempus eſt diei vide ſis, ne quo hinc abeas longius.

## (Actus II. Scena I.) CLITIPHO.

CLITIPHO. 83) Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes iudices,
Qui aequum eſſe cenſent, nos iam a pueris ilico naſci 84) ſenes! 85)
Neque illarum affines 86) eſſe rerum quas fert 87) aduleſcentia.
Ex ſua lubidine moderantur, 88) nunc quae eſt, non quae olim 89) fuit.
Mihin *) 90) ſi unquam filius erit, ne *) 91) ille facillime *) uteretur **) patre? ***)
Nam et cognoſcendi 92) et ignoſcendi dabitur 93) peccatis locus, 94)
Non ut meus qui mihi per alium 95) oſtendit ſuam ſententiam.

83) Chremete caſtigante filium ſuum Clitiphonem, quatinus laſcivioſam vitam ſuam refrenaret, remotus ille a patre ſecum coepit reprehendere patrem ſuum omnesque ſenes in haec verba 84) fieri 85) more ſenum vivere 86) vicini. familiares nobis 87) expoſcit 88) metiuntur nos 89) in iuventute *) *edit.* mihi 90) an *) *edit.* nae 91) nonne *) *edit.* facili me, *quae eſt etiam ſequior lectio codicis* **) *edit* utetur *et in MS. literae* r e *punctis infra poſitis deletae ſunt* ***) *edit. ſine interrogatione quae omnino abeſſe debet.* 92) peccata 93) a me 94) filio 95) Cliniam.

---

*tibi quod etc.*] i. e. ex alieno periculo ſapere. Recte Bentlei. *quid* ex MſI. repoſuit pro *quod.* Nam *quod* ad ipſum modo periculum reſpicit, *quid* ad alia ſimilia atque ad alia etiam contraria.

Deſunt dictata in Act. II. Sc. I. Sc. II et Sc. III. usque ad v. 81.

Perii. [96]) Is [97]) mihi ubi adhibit plus paulo, ſua quae narrat facinora.
Nunc [98]) ait. Periclum [99]) ex aliis facito tibi, *) quod ex uſu fiet [1])
Aſtutus [2]) ne *) ille haud ſcit quam mihi nunc ſurdo narret fabulam? [3])
Magis [4]) nunc amicae [5]) dicta ſtimulant [6]) da mihi, [7]) atque affer mihi.
Cui quid reſpondeam nihil habeo, neque me quisquam eſt miſerior.
Nam hic Clinia etſi is quoque ſuarum rerum [8]) ſatagit, [9]) attamen
Habet bene et pudice eductam, ignaram artis meretriciae.
Mea eſt potens, [10]) procax, magnifica, [11]) ſumtuoſa, nobilis.
Tum [12]) quod dem ei [13]) recte eſt. Nam nihil eſſe mihi, [14]) religio [15]) eſt dicere.
Hoc ego mali [16]) non pridem [17]) inveni, neque etiam dum [18]) ſcit pater. [19])

(Actus II. Scena II.) CLINIA. CLITIPHO.

CLIN. [20]) Si mihi ſecundae [21]) res de amore meo eſſent, iam dudum ſcio

96) ſicut illi [patres] non poſſunt iam prae ſenectute ſua libidinari, ita volunt et nos metiri et continentes eſſe 97) pater meus 98) mihi 99) probationem *) *edit. diſting. poſt* facito 1) ex utilitate ſit 2) dicat mihi talia *) *edit* nae 3) vel; *quae lectio praeferenda eſt* 4) quam patris 5) meae 6) dicentis 7) munera 8) in ſua parte 9) amat vel ſat agit 10) ſuperba 11) inverecunda et per hoc appetens 12) vult 13) vel; *atque interpungunt etiam editiones* 14) divitiarum 15) yronicos et negando, quia non eſt religio ſed contumelia 16) amorem meretricum 17) dum puer eſſem 18) adhuc 19) me illud inveniſſe 20) Triſtatur Clinia eo quod tardaret venire eius amata Antiphila unde loquitur cum Clitiphone 21) proſperae.

Veniſſent, [22]) ſed vereor ne mulier, abſente me, hic corrupta ſit.

Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant, [23])

Occaſio, locus, aetas, mater cuius ſub imperio eſt mala,

Cui [24]) nihil iam praeter pretium [25]) dulce eſt. CLIT. Clinia. CLIN. Ei [26]) miſero mihi!

CLIT. Etiam caves [27]) ne videat forte hic *) te a patre aliquis exiens? [28])

CLIN. Faciam. Sed neſcio quid profecto mihi animus praeſagit mali. [29])

CLIT. Pergin iſtuc, [30]) prius diiudicare quam ſcias quid veri ſiet?

CLIN. Si nihil mali eſſet, iam hic adeſſet. *) CLIT. iam aderit. **) CLIN. quando iſtuc erit?

CLIT. Non cogitas hinc longius abeſſe? †) Et noſti mores mulierum.

Dum moliuntur, dum conantur, annus eſt. CLIN. Clitipho [31])

Timeo. CLIT. Reſpira. eccum Dromonem [32]) cum Syro, [33]) una aſſunt, [34]) *) tibi.

(ACTUS II. SCENA III.) SYRUS. DROMO. CLITIPHO. CLINIA.

SYR. [35]) Ain tu? DR. Sic eſt. SYR. Verum interea dum ſermones caedimus, [36])

22) quos miſi 23) diminuant 24) matri 25) quod datur filiae 26) vae 27) *Lectio codicis mutata in* cave *) *edit* hinc, *improbante Bentl.* 28) vel; *quae interpunctio convenit novae lectioni* cave 29) praedivinat de Antiphila contrarium quid 30) ſcilicet loquendo *) *edit.* adeſſent **) *edit* aderunt †) *edit.* longule eſſe 31) o Clitipho 32) ſervum tuum 33) noſtro ſervo 34) quos miſimus *) *edit non diſting.* 35) In redeundo Syrus loquebatur cum Dromone iſtud et eſt abrupta ſententia 36) dividimus vel miſcemus.

Illae ſunt relictae. CLIT. Mulier tibi adeſt. Audin Clinia? 37)

CLIN. Ego vero audio nunc demum, et video et valeo Clitipho.

SY. Minime 38) mirum. 39) Adeo impeditae ſunt. Ancillarum gregem

Ducunt ſecum. CLIN. Perii. Unde illi 40) ſunt ancillae? CLIT. Men rogas? 41)

SY. Non oportuit relictas. 42) Portant quid 43) rerum. *) CLIT. Ei mihi!

SY. Aurum, veſtem, et veſperaſcit, et non noverunt viam.

Factum a nobis ſtulte eſt. Abi, dum, tu Dromo illis obviam,

Propere; **) quid ſtas? CLIN. Vae miſero mihi, quanta de ſpe decidi.

CLIT. Quid iſtuc? 44) Quae res te ſollicitat autem? CLIN. Rogitas qnid ſiet?

Viden tu ancillas, aurum, veſtem, quam ego cum una ancillula

Hic reliqui? Unde eſſe cenſes? CLIT. Vah, nunc demum intelligo.

SY. Di boni. Quid turbae eſt? 45) Aedes noſtrae vix capient, ſcio.

Quid comedent? Quid ebibent? Quid ſene noſtro 46) erit miſerius?

Sed eccos 47) video, quos volebam. CLIN. O Juppiter. ubinam eſt fides!

Dum ego propter te errans patria careo demens, 48) tu interea 49) loci

Collocupletaſti, Antiphila 50) te, et me in his deſeruiſti malis,

37) o Clinia 38) non eſt 39) ſi relictae ſunt 40) meae amatae 41) vel roges 42) eſſe 43) aliquid *) *edit. itncrrogant* **) *edit.* propera *improbante Bentl.* 44) eſt 45) ancillarum venientium cum Antiphila 46) in illarum adventu 47) Cliniam et Clitiphonem 48) Stultus 49) interim. 50) o Antiphila.

Propter quam [50a] in ſumma infamia ſum et meo patri minus [*] obſequens
Cuius [51] nunc pudet me et miſeret, qui harum [52] mores cantabat mihi.
Dolet [*] monuiſſe fruſtra, neque eum potuiſſe umquam ab hac [53] me expellere [54]
Quod tamen nunc faciam. [55] Tum cum mihi gratum eſſe potuit, nolui.
Nemo eſt miſerior me. SYR. Hic [56] de noſtris verbis errat, [*] videlicet [57]
Quae hic ſumus locuti. Clinia [58] aliter tuum amorem atque [58a] eſt accipis.
Nam et vita eſt eadem, [59] et animus erga te idem, ac [60] fuit,
Quantum ex ipſa re coniecturam cepimus.
CLIN. Quid eſt obſecro? Nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt
Quod malim, quam me hoc falſo ſuſpicarier. [61]
SY. Hoc primum, [62] ut ne quid huius rerum [63] ignores. Anus
Quae eſt dicta mater eſſe ei antehac [64] non fuit.
Ea [65] obiit mortem. Hoc ipſa [66] in itinere alterae
Dum narrat forte audivi. CLIT. Quaenam eſt altera?
SY. Mane. [67] Hoc quod coepi primum enarrem Clitipho.
Poſt iſtuc [68] veniam. CLIT. Propera [69] SY. Iam primum omnium
Ubi ventum ad aedes [70] eſt, Dromo pultat [71] fores.

50 a) i. e. te *) *edit. addunt* ſum 51) patris 52) meretricum *) *edit. omitt.* dolet 53) Antiphila 54) ſcilicet pudet me 55) nunc relinquam illam 56) Clinia *) *edit. diſting. poſt* videlicet 57) certe 58) o Clinia 58 a) quam 59) amicae meae [*lege* tuae] 60) ſicut 61) ſuſpicatus ſim 62) dicam 63) amicitiae 64) ante hoc tempus 65) anus. eius mater 66) tua amica 67) expecta 68) quo tu vis 69) loquendo 70) Antiphilae 71) pulſat.

Anus quaedam prodit. Haec ubi aperuit hoſtium,
Continuo hic 72) ſe coniecit 73) intro. Ego conſequor.
Anus foribus obdit peſſulum, 74) ad lanam redit.
Hinc ſciri potuit haud usquam *) 75) alibi Clinia 76)
Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit, 77)
Ubi de inproviſo eſt interventum 78) mulieri. 79)
Nam ea res 80) dedit tum exiſtimandi copiam 81)
Cotidianae 82) vitae conſuetudinem.
Quae 83) cuiusque 84) ingenium ut 85) ſit, declarat maxime. 86)
Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus 87)
Mediocriter veſtitam, veſte lugubri,
Eius anuis 88) caufa, opinor quae erat mortua,
Sine auro tum ornatam ita uti 89) quae ornatur *) ſibi, 90)
Nulla malam 91) re eſſe expolitam 92) muliebri.
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus neglegenter. Pax. 93) CLIN. Syre, *) mi obſecro,
Ne me in laetitiam fruſtra conitias. 94) SY. Anus
Subtemen 95) nebat. Praeterea una ancillula
Erat, ea texebat una, 96) pannis obſita,

72) Dromo 73) vi intravit 74) claudit *) *edit.* aut nusquam 75) alii nusquam *et ſic olim lectum fuit in MS ſed nunc deleta eſt prima litera vocis* nusquam 76) o Clinia 77) Antiphila 78) ubi nuntiatum illi hoc fuit ſubito 79) Antiphilae 80) quia ita eas invenimus occupatas 81) facultatem 82) illius ſcire 83) conſuetudo 84) uniuscuiusque 85) qualiter 86) vel? 87) obviavimus 88) antique pro anus 89) illam repperientes ſicut *) *edit.* ornantur 90) non amatoribus 91) maxillam eius 92) tinctam. decoloratam. 93) Pax, interiectio vel adverbium eſt proprie comicum, ſignificans bene vel tantummodo *) *edit. ſine diſtinctione* 94) (*Lege* coniicias) immittas 95) ſtamen a ſtando. ſubtemen, quaſi ſub ſtamine. 96) ſimul cum Antiphila.

Neglecta, 97) inmunda illuvie. 98) CLIT. Si haec ſunt Clinia 99)
Vera ita ut credo, quis te eſt fortunatior?
Scin tu, *) 1) hanc quam dicit ſordidatam et ſordidam?
Magnum hoc quoque ſignum eſt, dominam 2) eſſe extra noxiam, 3)
Cum tam 4) negleguntur eius internuntii. 5)
Nam diſciplina 6) eſt hisdem *) 7) munerarier 8)
Ancillas primum, ad dominas quae affectant 9) viam.
CLIN. Perge 10) obſecro te, et cave ne falſam gratiam
Studeas inire. 11) Quid ait, 12) ubi me nominas?
SY. Ubi dicimus rediſſe te, et rogare, uti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuo, et lacrimis opplet os totum ſibi,
Ut facile ſcires 13) deſiderio id fieri tuo.
CLIN. Prae gaudio ita me Di ament, ubi ſim neſcio.
Ita timui. CLIT. At ego nihil eſſe ſciebam 14) Clinia.
Agedum viciſſim Syre dic quae illa eſt altera.
SY. Adducimus tuam Bacchidem. CLIT. Hem. quid? Bacchidem?
Eho ſceleſte quo illam ducis? SY. Quo ego illam? ad nos, ſcilicet.
CLIT. Ad patremne? SYR. Ad eum ipſum. CLIT. O hominis impudentem audaciam. SY. heus tu. *)

97) non curata 98) vel inluvie 99) o Clinia *) *edit. omitt.* tu 1) vel? *Adfuiſſe primo videtur ſignum interrogationis* 3) *litera* i *damnata eſt puncto infra poſito* 4) in tantum 5) internuntii i. e. puellae quae apparatae mittuntur ad amatores dominarum 6) uſus eſt illarum *) *edit.* eisdem 7) iisdem 8) muneribus honorari 9) praeparant 10) narrando o Syre 11) incipere 12) Antiphila 13) videre poſſes 14) o Clinia *) *edit. omitt.* tu, *improbante Bentl.*

Non ſit ſine periculo [15]) facinus [16]) magnum et memorabile.
CLIT. Hoc vide. in mea vita [17]) tu tibi laudem is [18]) quaeſitum. [19]) Scelus. [20])
Ubi ſi paululum modo quid te *) fugerit, ego perierim.
Quid illo [21]) facias? SY. At enim. [22]) CLIT. Quid enim? SY. Si ſinas dicam. CLIN. Sine.
CLIT. Sino. SY. Ita res eſt haec [23]) nunc quaſi cum [24]) CLIT. Quas, malum [25]) ambages mihi
Narrare occipit? [26]) CLIN. Syre [27]) verum hic dicit. mitte. [28]) ad rem redi.
SY. Enimvero reticere nequeo. Multis modis *) iniurius [29])
Clitipho eſt neque ferri potis eſt. CLIN. Audiendum hercle eſt, tace.
SY. Quid eſt? Vis amare, vis potiri. vis [30]) quod des illi [31]) effici. [32])
Tuum eſſe in potiundo [33]) periculum non vis. haud ſtulte ſapis.

15) *a prima vel ſecunda manu mutata in* periclo et *explicatum* experimento 16) opus aliquod 17) in periculo vitae meae 18) vadis 19) ad quaerendum 20) exclamatio *) *edit.* tete *improbante Bentl.* 21) tunc 22) volo aliud dicere 23) tua 24) ſcilicet erat res ante Menedemi cum filio ſuo Clinia de uxore 25) exclamatio 26) indicat 27) o Syre 28) omitte *) *edit.* multimodis 29) iniuſtus 30) a me 31) meretrici 32) vel? 33) fruendo illa.

---

Act. II. Scen. 3.

81. *potiri*] h. e. amoribus frui. Ovid. Art. amator. I. 711. *ut potiare roga, tantum cupit illa rogari.*

*effici*] i. e. inveniri, comparari paulo poſt. v. 89. Cic. Verr. II. 53. *Iam Timarchides quantam pecuniam fecerit* etc. Sic *efficere milites, naves* etc. pro *parare.* v. interpret. ad Liv. XXIII. 25.

82. *haud ſtulte*] i. e. prudenter. Ovid. Art. amator. III. 253.

Si quidem id ſapere eſt, 34) velle te id quod non poteſt *) contingere. 35)
Aut haec 36) cum illis 37) ſunt habenda aut illa 38) cum his 39) amittenda ſunt.
Harum duarum conditionum 40) nunc utram malis vide,
Etſi hoc *) conſilium quod cepi rectum eſſe et tutum ſcio.
Nam apud patrem 41) tua amica 42) tecum ſine metu ut ſit, copia 43) eſt,
Tum quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inveniam via.
Quod ut efficerem 44) orando ſurdas iam aures reddideras mihi.
Quid aliud 45) vis tibi? CLIN. 46) Si quidem hoc fit. SY. Si quidem experiundo ſcies.
CLIT. Age. age. cedo iſtuc 47) tuum conſilium. quid id eſt? SY. Aſſimulabimus
Tuam amicam, huius 48) eſſe amicam. CLIT. Pulchre, cedo 49) quid hic faciet 50) ſua?
An ea 51) quoque dicetur huius, 52) ſi una haec dedecori 53) eſt parum?
SY. Immo ad tuam matrem deducetur. *) CLIT. Quid eo? 54) SY. Longum eſt Clitipho, 55)

34) yronicos *) *edit. diſting. poſt* id *et* poteſt 35) aliquis 36) pericula 37) meretricibus 38) amor et delectatio 39) cum meretricibus 40) unam e duabus *) *edit. omitt.* hoc *Bentl. ponit poſt* conſilium 41) o Clitipho 42) Bacchis 43) facile 44) ut tuam amicam haberes 45) vel alius *ſcil. rei* 46) *Edit. tribuunt Clitiphoni. Recte* 47) pro iſtud 48) ſcilicet Cliniae 49) dic 50) de ſua 51) mea 52) Cliniae 53) verecundiae *) abducetur 54) illuc faciet 55) o Clitipho.

---

*Quam non ſtulte Menelae repoſcis.* Hanc elegantem formulam explicat. Bentl. ad Horat. Serm. II. 3. 158.

Si tibi narrem quam ob rem id faciam. Vera cauſa eſt. CLIT. Fabulae.
Nihil ſatis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.
SY. Mane, 56) habeo aliud 57) ſi iſtuc metuis, quod ambo confiteamini
Sine periculo eſſe. Huiusmodi obſecro aliquid repperi. 58) SY. Maxime
Ibo obviam hinc. dicam 59) ut revortantur domum. CLIT. Hem.
Quid dixti? SY. Ademptum tibi iam faxo 60) omnem metum
In aurem utramvis 61) otioſe 62) ut dormias.
CLIT. Quid ago nunc? CLIN. Tune? Quod *) boni eſt. CLIT. Syre, 63) dic modo
Verum. SY. Age modo, hodie ſero ac nequicquam voles. 64)
CLIN. Datur 65) fruare 66) dum licet. Nam licet *) neſcias 67)

56) expecta 57) conſilium 58) excogita 59) meretricibus 60) faciam 61) ſuper quam tibi placuerit aurem 62) ſecure *) *edit.* quid *improbante Bentl.* 63) o Syre 64) i. e. tarde ac fruſtra coepiſti hoc velle quod dicis 65) permittitur ut 66) fruaris *) *haec vox expuncta eſt in codice. male, me iudice, quoniam ſequens* tamen *ad eam referri videtur* 67) pro neſcis

---

95. *vera cauſa*] i. e. iuſta in Eun. V. 4. 3 *quantum et quam veram laudem capiet.*

96 *firmi*] *firmum* eſt certum, verum. Salluſt. in Iugurtha c. 64. ubi v. Cort.

99. *ibo obviam hinc*] rectiſſime Bentl. e Mſſ. legit *ibo obviam huic* i. e. Bacchidi.

101. *in aurem utramvis dormire*] proverbium eſt de iis qui nihil metuunt, in ſumma ſecuritate ſunt. Plin. epiſt. IV. 29. Plaut. in Aſin. II. 1. 5. pro eo dixit *dormitare in otio.* v. Burmann. ad Petron. c. 51.

102. *quod boni eſt*] quod boni iungendum cum *age modo.* Nam Clitipho Syri orationem interrumpit. Minus bene h. l. tentat Schwarzius ad Plin. panegyr. c. 34.

Eius 68) ſit poteſtas 69) poſthac, 70) an nunquam 71) tibi
CLIT. Syre inquam. SY. Perge 72) porro. tamen iſtuc ago 73)
CLIT. 74) Verum hercle iſtuc eſt. Syre. Syre. 75) inquam *)
SY. Concaluit 76) quid vis? CLIT. Redi, redi. SY. Aſſum, dic quid eſt.
Iam hoc quoque negabis tibi placere. CLIT. Immo Syre
Et me et meum amorem et famam permitto tibi.
Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis, vide.
SY. Ridiculum eſt te iſtuc 77) me ammonere Clitipho,
Quaſi iſtuc 78) minor mea res agatur, quam tua.
Hic 79) ſi quid nobis forte adverſi evenerit,

68) tuae amicae 69) frui amore cupito ut ſine periculo habeas amicam, quam [*ſupple te habere*] quandocunque [aliquando] pater ſciet 70) ex hoc tempore 71) poteſtas. 72) incipe loqui 73) quod praecipis. coeo ſcilicet. *Verba* tamen iſtuc ago *ex mente gloſſatoris a Clitiphone, quem ad loquendum et continuandum ſermonem Cliniae Syrus provocaverat proferenda ſunt. Haec explicatio loci difficilis coniecturae Bentleianae praeferenda videtur* 74) ſecum 75) o Syre, o Syre *) *Quae ſequuntur in edit.* heus heus *Syre textui MS abſunt, et margini adſcripta ſunt, forte alia manu* 76) ad libidinem 77) pro iſtud 78) vel iſtic, *atque ſic edit.* 79) de hac re.

---

106. *tamen iſtuc ago*] ſenſus eſt: etſi abeo, tamen ad tua verba attendo. Nam particula *tamen* ſaepe eleganter ponitur, quaſi aliud membrum *etſi*, cui reſpondere ſolet, praeceſſiſſet.

111. *Tu es iudex*] cum iudicem ſuum nemo accuſare ſoleat, Bentleio legendum videtur *tu es illex* i. e. tu me in hoc periculum illicis. Plaut. in Poenulo III. 4. 35. *qui illi malae rei antefuimus illices.*

113. *quaſi iſtic*] i. e. quaſi in minore periculo verſer: quae tamen locutio fluxit e iudiciis, ubi, quam diu *res agitur* vel eius lis pendet, periculum eſt ne quis cauſa cadat. Hor. epiſt. I. 18. 84. Sen. de clement. I. 20.

Tibi erunt parata 80) verba, huic 81) homini verbera.
Quapropter haec res ne utiquam *) 82) neglectui eſt mihi.
Sed iſtunc 83) exora ut ſuam 84) eſſe aſſimulet. CLIN. Scilicet
Facturum me eſſe, in eum res iam rediit locum,
Ut ſit neceſſe. 85) CLIT. Merito te amo Clinia 86)
CLIN. Verum 87) nequid titubet. 88) SY. Perdocta eſt probe.
CLIT. Ad *) hoc demiror, qui 89) tam facile potueris 90)
Perſuadere illi, 91) quae ſolet quos 92) ſpernere.
SY. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt
Primum. 92 a) Nam miſerum quendam offendi 93) ibi 94) militem,

80) patris tui 81) quaſi digito tetigit ſe *) *edit.* neutiquam 82) nequaquam 83) Cliniam 84) amicam 85) me hoc facere 86) o Clinia 87) ſcilicet videndum eſt 88) amica mea *) *edit.* At. *recte* 89) quomodo 90) o Syre 91) ut ſe dicat Cliniae 92) aliquos 92 a) ut oportune veniat 93) inveni 94) apud domum.

---

115. *huic homini*] i. e. mihi. v. in Ad. V. 7. 8. et Muretum ad h. l.

117. *ſcilicet facturum me eſſe*] antiqua conſtruendi ratio. Nam veteres *ſcilicet*, *videlicet*, *fortaſſis* quod contracta ſunt ex *ſcire licet*, *videre licet forte an ſit* cum infinitivo iungunt. Plaut. in Pſeud. IV. 7. 83. Lucret. II. 468. ubi v. Lambin. infra IV. 8. 16. *ſcilicet datum iri* ubi v. Bentlei. Plura Gronov. obſerv. III. 9. et Schulting. ad Senecae ſuaſor. V. p. 40.

120. *titubet*] *titubare* proprie dicitur de pedibus vacillantibus, unde transfertur ad linguam errantem. Plaut. in Pſeud. IV. 1. 32. ubi v. Gronov.

122. *quos ſpernere*] i. e. quantos, ſummo loco et ſummis opibus adoleſcentes. Exempla huius ſignificationis ſupra dedimus.

Eius 95) noctem orantem. Haec 96) arte tractabat 97) virum, 98)
Ut illius 99) animum cupidum, inopia 1) incenderet,
Eademque 2) ut eſſet apud te ob *) hoc quam gratiſſima.
Sed heus 3) tu vide, ſis, 4) nequid imprudens ruas.
Patrem noviſti ad has res quam ſit perſpicax.
Ego autem te novi quam ſoleas eſſe impotens 5)
Inverſa 6) verba, 7) inverſas 8) cervices tuas 9)

95) illius ſcilicet cauſa 96) Bacchis 97) deludebat 98) militem. 99) ſcilicet 1) cruciatione amoris 2) Bacchis ideo hoc faciebat *) *edit. omitt.* ob 3) o Clitipho 4) in temetipſo ne imprudenter agas 5) incontinens 6) laſciva 7) tua 8) vel everſas. *Sic. edit.* 9) novi diſſolutas et ſupinas.

---

125. *noctem*] i. e. concubitum. Cic. ad Attic. I. 16. *Etiam noctes certarum mulierum atque adoleſcentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.* Ovid. Remed. amor. v. 728. v. Heinſ. ad Ovid. Art. amator. II. 308.

*arte tractabat virum*] i. e. aſtutia meretricia. Virg. Aen. I. 657. ubi v. Servium. *Tractare aliquem* ſignificat aliquem ſuo arbitratu ludere. infra III 2. 45. v. Pricaeum ad Apul. Metam. VIII. p. 461. et Burmann. ad Petron. c. 44. p. 277.

126. *cupidum*] haec vox proprie dicitur de amantibus vel libidine incenſis. Tibull. I 9. 58. ubi plura Broukhuſ. in Phorm. I. 3. 6.

*inopia*] eſt negatio petitae noctis et opponitur copiae quam ſui facit meretrix. Eo ſenſu inopia vix alibi reperitur.

127. *eadem*] ſimul. ſubintelligitur *opera*. Plaut. in Bacch. I. 2. 15. *eadem biberis, eadem dedero tibi ubi biberis ſavium,* ubi v. Gronov. Aliis locis in *eadem* ſubintelligitur *via* et pro *obiter* dicitur. Vox *obiter* argentea demum aetate usurpari coepit. v. Faern. ad h. l.

128. *ne quid imprudens ruas*] i. e. ne per imprudentiam temere quid agas. Cic. de Offic. III. 13. *emtorem pati ruere.* v. Erneſt. in clave Ciceron. v. ruo.

131. *inverſa verba*] ſunt quae in alium ſenſum verti poſſunt. Lucret. I. 643. ubi v. Lambin.

*everſas cervices*] pertinent ad amatorias ineptias et tribuuntur hominibus effeminatis, qui

Gemitus, [10]) ſcreatus [11]) tuſſis, riſus abſtine.
CLIT. Laudabis. [12]) SY. Vide [13]) ſis. CLIT. Tutemet [14]) mirabere. [15])
SY. Sed quam cito conſecutae [16]) ſunt mulieres. [17])
CLIT. Ubi ſunt? cur [18]) retines? SY. Iam nunc haec [19]) non eſt tua.
CLIT. Scio [20]) apud patrem? [21]) At nunc interim. [22]) SY. Nihilo magis.
CLIT. Sine. [23]) SY. Non ſinam inquam. CLIT. Quaeſo paulisper. SY. Veto. [24])
CLIT. Saltem ſalutare. [25]) SY. Abeas ſi ſapis. CLIT. Eo [26])
Quid iſtic? SY. Manebit. [27]) CLIT. O hominem felicem. [28]) SY. Ambula.

(ACTUS II. SCENA IV. BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRUS.)

BACCHIS. [29]) Edepol te mea Antiphila laudo, et fortunatam [30]) iudico.
Id cum ſtuduiſti iſti formae, [31]) ut mores conſimiles forent.
Minimeque ita me Di ament [32]) miror, ſi te ſibi quisque expetit.

10) genitivi ſunt. *At* abſtinere *a bonis ſcriptoribus non conſtruitur cum genit.* 11) ſcreare eſt ſpuere et flectna purgare. 12) me 13) ut apud te 14) tu ipſe 15) miraberis quomodo ita me contineam 16) pro ſecutae 17) nos 18) me 19) Bacchis 20) quamdiu erit 21) vel; 22) erit mea 23) ſtuprare eam volebat 24) prohibeo te 25) illam permitte me 26) pergo 27) ſiet 28) ſcilicet me. 29) Bacchis amica Clitiphonis laudabat Antiphilam amatam Cliniae, et illa ſimiliter iſtam dum irent. 30) felicem 31) tuae pulchritudini quia fidem ſervaſti Cliniae 32) iuramentum eſt.

---

cervices modo huc modo illuc flectunt. v. Gesner. ad Claudian. in Rufin. II. 345

132. *riſus abſtine*] abſtinere aliquando etiam cum accuſativo ſtruitur Liv. II. 16. *ne ab obſidibus quidem iram belli hoſtis abſtinuit.* ubi v. interpretes.

Nam mihi quale ingenium haberes, ſuit indicio, oratio.[33]
Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam[34] conſidero
Omniumque adeo voſtrarum vulgus[35] quae ab ſe ſegregant.[36]
Et vos, eſſe iſtius modi,[37] et nos[38] non eſſe, haud mirabile eſt;
Nam expedit bonas eſſe vobis,[39] nos[40] quibuscum eſt res non ſinunt
Quippe forma impulſi noſtra, nos[41] amatores colunt[42]

33) allocutio tua in itinere. 34) caſtitatem tuam 35) ſcilicet matronarum 36) contentae uno amatore 37) tam bonas 38) tam *ſupple bonas* 39) quae contentae eſtis uno amatore 40) *primo legebatur* nobis, *poſtea correctum* 41) ipſi 42) diligunt et venerantur.

---

Act. II. Scen. IV.

5. *in animo conſidero*] pro eo dixit in Ad. III. 4. 55. *cum animo cogitas*. Salluſt. in Iugurtha c. 13. *in otio facinus ſuum cum animo reputans* ubi v. Cort.

6. *omnium veſtrarum*] ſic dicitur pro *omnium veſtrum*, poſſeſſivum pro primitivo, quod notandum ut rariſſimum.

*vulgus quae ab ſe ſegregant*] h. e. quae ſe vulgo non proſtituunt. Contra apud Cicer. pro Coelio c. 16. *quae ſe omnibus pervulgaret* Sic vulgares mulieres dicuntur quae omnibus ſui copiam faciunt. Ovid. Faſtor. IV. 865. *Numina vulgares Veneris celebrate puellae.*

8. *expedit bonas eſſe vobis*] ſic in Phorm. V. 2. 1. *ut malos expediat eſſe*. At Bentl. hic legit *bonis* et in Phorm. *malis* quae certe conſtructio elegantior eſt et optimis ſcriptoribus magis uſitata. v. Heinſ. ad Ovid. epiſt. XIV. 64. Nihil tamen mutandum. Nam quoties *licet*, *lubet*, *placet*, *expedit* et ſimilia verba accuſativis et infinitivis iunguntur, toties ſupprimitur dativus nominis, cuius accuſativus plerumque expreſſus eſt, isque, ut integra ſit oratio et ſtructura verborum conſtet, ſupplendus. Ita ex. gr. h. l. integra oratio eſt: *vobis expedit vos eſſe bonas*. Da hac conſtructione accurratiſſime diſputavit Duker. ad Liv. XLII. 36.

*bonas*] *bonas* vocat, quae nullam pro concubitu mercedem exigunt. Tib. El. II. 45. Supra II. 2. 4. *mater mala* pro avara.

9. *colunt*] i. e. obſervant, omni officiorum genere proſe-

Haec [43]) ubi immutata eſt, illi ſuum animum alio [44]) conferunt,
Niſi *) proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertae [45]) vivimus. [46])
Vobis cum uno ſimul *) ubi aetatem [47]) agere [48]) decretum eſt viro,
Cuius [49]) mos maxime eſt conſimilis voſtrum, hi ſe ad vos applicant.
Hoc beneficio [50]) utrique ab utrisque vero devincimini [51])
Ut numquam ulla amori voſtro incidere poſſit calamitas.
ANT. Neſcio alias. [52]) Me quidem ſemper ſcio feciſſe ſedulo,
Ut ex illius commodo, [53]) meum compararem commodum.

43) forma 44) alicubi alias *) *edit.* niſi ſi 45) inopes 46) per amiſſam formam *) *edit.* ſemel 47) vitam 48) ducere 49) viri 50) quod vir uxorem diligit 51) colligamini amore 52) mulieres 53) proſperitate.

---

quuntur. Minus eſt *colere* quam *amare* Virgil. Aen. IV. 422. *ſolam nam perfidus ille Te colere.* Ovid. art. amator. I. 722. *qui fuerat cultor factus amator erat.* v. Burmann. ad Petron. c. 127. p. 781.

11. *niſi proſpectum aliquid eſt*] h. e. niſi commodis noſtris conſuluerimus, niſi ex quaeſtu corporis pecuniam collegerimus. Liv. IV. 49. *qui ſedem ſenectuti veſtrae proſpiciunt.*

*deſertae vivimus*] i. e. deſerimur Cic. ad Div. XIV. 1. *Quodſi etc. beatiſſimi viveremus.* Catull. carm. X. 33. *inſulſa et moleſta vivis.* In talibus adiectiva pro adverbiis ponuntur. v. Gronov. ad Liv. III. 50.

13. *cuius*] notanda eſt numeri mutatio *cuius* pro *quorum* ut in Eun. II. 1. 20. Coniungit homines et eundem ſenſum loci pulchre vidit Bentlei. *ubi decreviſtis in matrimonio vos victuras, non in quaeſtu meretricio, hi ſe ad vos applicant, quorum mos conſimilis.*

15. *incidere*] *incidere* pro *accidere* proprie dicitur de rebus malis et infelicibus Cic. de Nat. Deor. I. 7. Propert. Eleg. I. 15. v 28. *ſi quid forte tibi durius inciderit* Liv. I. 58. *rem atrocem incidiſſe.*

CL. Vah. Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis.
Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos coepi, 54) leves,
Praeterquam tui carendum quod erat. SY. Credo. CL. Syre vix ſuffero; 55)
Hoccine 56) me miſerum non licere 57) meo modo ingenio *) 58) frui?
SY. Immo ut patrem tuum vidi eſſe habitum diu, 59) etiam duras 60) dabit.
BAC. Quisnam hic adoleſcens eſt, qui intuetur nos? ANT. Ah. Retine me obſecro. 61)
BAC. Amabo 62) quid tibi eſt? ANT. Diſperii 63) miſera. BAC. Quid ſtupes
Antiphila? 64) ANT. Videon Cliniam annon? BAC. Quem vides?
CL. Salve 65) anime mi. 66) ANT. O mi expectate Clinia *) 67) ſalve. CL. ut vales?
ANT. Salvum 68) adveniſſe gaudeo. CL. Teneone te

54) ſuſtinui 55) amores illius. *Scribere debebat ſcholiaſtes meos* 56) numquid hoc 57) pro licebit *) *edit.* ingenium 58) meo uſu cum illa 59) contumelias tibi inferendo 60) contumelias 61) o Bacchis 62) vel amabo, *ſcribendo minusculam literam initialem pro maiuſcula* 63) prae amore 64) o Antiphila 65) o Antiphila 66) anime mi, adverbium blandientis *) *edit. omitt.* Clinia 67) o Clinia 68) te.

---

20. *tui carendum*] conſtructio verbi *carere* cum gentivo notanda ut rarior.

21. *ingenium*] ingenium dictum pro muliere tali ingenio praedita. v. Andr. I. 1. 26. et Bentl. ad h. l.

22. *ut patrem tuum*] verſus conclamatus nec ſine meliorum Mſſorum ope reſtituendus.

23. *intuitur*] antique pro *intuetur*.

*retine*] i. e. ſuſtine me, ne cadam. Plaut. in Curcul. II 3. 31. *retine, retine, me obſecro.*

24. *quid ſtupes*] i. e. quare animi deliquium tentares.

27. *teneo*] hac formula utuntur, qui amicos peregre reverſos amplectuntur. Petron. c. 139. ubi

Antiphila maxime animo expectata meo?
SY. Ite intro. Nam vos iam dudum expectat ſenex. [69]

(Actus III. Scena I.) CHREMES. MENEDEMUS.

CHR. [70] Luceſcit. Hoc iam *) ceſſo [71] pulſare [72] hoſtium
Vicini, *) [73] primum ex me ut ſciat ſibi filium
Rediſſe, etſi [74] adoleſcentem hoc nolle intelligo. [75]
Verum cum videam miſerum hunc [76] tam cruciarier,
Eius abitu, [76a] celem tam inſperatum gaudium,
Cum illi [77] pericli nihil ex indicio [78] fiet?
Haud [79] faciam. Nam quod potero adiuvabo *) ſenem;
Ita ut filium [80] meum amico [81] atque aequali ſuo
Video inſervire, et ſocium eſſe in negotiis.
Nos quoque ſenes eſt aequum ſenibus obſequi.

69) Chremes ad coenam 70) ſecum hoc loquebatur *) *edit. interpungit poſt* hoc iam. 71) accedo. *ſed qua auctoritate?* 72) vel pultare *) *edit. interrogative* 73) Menedemi 74) *deeſt* etiam. *Vult ergo legi* etiamſi. 75) ut pater de illo ſciat 76) Menedemum 76 a) filii receſſu 77) adoleſcenti 78) manifeſtatione 79) non *) *edit.* adiutabo 80) Clitiphonem 81) ſuo Cliniae ſibi coaetaneo.

---

v. interpret. Sen. in Hercule furente v. 623. *teneone in auras editum an vana fruor deceptus umbra.* v. Graev. ad Sueton. Caeſ. c. 59.

Act. III. Scen. 1.

1. *Luciſcit hoc iam*] veteres coelum vel mundum appellabant *hoc*, quia non ſatis commodum inveniebant vocabulum, quo univerſam machinam exprimerent. Cic. in fragm. de univerſo c. 2. *omne igitur coelum, ſive mundus, ſive quovis alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatus ſit.* Videntur etiam *hoc* dicentes coelum vel digitis oſtendiſſe vel aſpexiſſe. v. Plaut in Amphitr. I. 3. 45. *Eamus Amphitruo. luciſcit hoc iam.* v. interpret. ad h. l. et ad Pompon. Mel. I. 1.

8. *ita ut*] i. e. eodem modo ut Cic. Verr. IV. 9.

MEN. 82) Aut ego profecto ingenio 83) egregie 84) ad miſeriam *)
Natus ſum, aut illud falſum eſt quod vulgo 85) audio
Dici, diem adimere aegritudinem hominibus.
Nam mihi *) cotidie augeſcit magis
De filio aegritudo. 86) Quanto *) diutius
Abeſt, magis cupio tanto, et magis deſidero.
CHR. Sed ipſum 87) foras egreſſum video, ibo, alloquar.
Menedeme 88) ſalve. Nuntium 89) apporto tibi,
Cuius 89 a) maxime te fieri participem cupis.
MEN. Num quidnam de gnato meo audiſti Chreme? 90)
CH. Valet atque vivit. MEN. Ubinam eſt quaeſo? CH. Hic *) apud me domi.
MEN. Meus gnatus? CH. Sic eſt. MEN. Venit? CH. Certe. MEN. Clinia
Meus venit? 91) CHR. Dixi. MEN. Eamus, duc me obſecro ad eum.

82) ſecum iſtud dolendo 83) in Deo naturae. *Legit igitur diſtincte* in genio, *atque margini adſcriptum eſt a recentiori manu* genius deus naturae 84) ſingulariter *et* egregie *per diphthongum* ae *initio et fine vocis ſcriptum eſt* *) *edit.* miſerias 85) ubique *) *edit. addit* quidem 86) ſuam perſequitur rationem *) *edit.* et quanto 87) Menedemum 88) o Menedeme 89) legationem 89 a) nuntii 90) o Chreme *) *edit. omitt.* hic *improbante Bentl. qui tamen vocem poſt* apud me *ponit* 91) revixit ſpiritus eius. Nimio perfuſus gaudio hoc aiebat.

---

11. *ingenio egregie ad miſerias natus ſum*] ego praeter omnes homines ita natus ſum, ut miſerias feram, in Ad. IV. 2. 6.

13. *diem*] i. e. temporis longinquitatem Cic. ad Div. VI. 13. et res eum (Caeſarem) et dies et opinio hominum — mitiorem facit.

19. *cuius te fieri participem cupis*] i. e. cuius fieri particeps cupis. v. notata ad prolog Eun. I.

CH. Non vult te ſcire ſe rediſſe, *) etiam et tuum
Conſpectum fugitat propter peccatum. 92) Tum *) hoc 93) timet
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſit.
MEN. Non tu ei dixiſti ut eſſem? 94) CH. Non. MEN. Quamobrem Chreme?
CH. Quia peſſume iſtuc in te atque in illum conſulis, 95)
Si te tam leni et victo animo eſſe oſtenderes.
MEN. Non poſſum. 95 a) Satis iam ſatis pater durus fui. CH. Ah.
Vehemens in utramque partem 96) Menedeme es nimis
Aut largitate nimia aut parſimonia. 97)
In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides.
Primum olim potius quam paterere 98) filium
Commeare 99) ad mulierculam quae paululo 1)
Tum erat contenta, cuique 2) erant grata omnia,

*) *edit. diſting. poſt* etiam 92) culpam quia te reliquit *) *edit. omitt.* tum 93) deinde 94) quomodo me affligerem 95) provides 95 a) aliter facere 96) ad iram et ad miſericordiam 97) frugalitate nimia 98) patereris 99) transire 1) parvo ſumptu. 2) et cui. illi mulierculae.

---

25. *conſpectum tuum fugitat*] pro eo Plin. in paregyr. c. 22. dicit *ad conſpectum tui* ubi v. Schwarz.

27. *ut eſſem*] i. e. qualis eſſem. Plaut. in prol. Amphitr. v. 104. *vos noviſſe credo ut ſit pater meus.*

29. *victo animo*] victus animus dicitur qui facile labaſcit, facile de propoſito recedit. Supra I. 1. 62. *graviter audiendo victus eſt.* Virg. Aen. II. 699. ubi v. Serv.

33. *fraudem*] i. e. damnum in Andr. V. 4. 8. *in fraudem illicis.* v. Schulting. ad Sen. controv. I. p. 102.

35. *commeare ad mulierculam*] i. e. ſaepe ire domo et redire ad illam. in Hec. I. 2. 100. *hic raro in urbem commeat.* Lactant. III, 15. *quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam commearet.* Bentl. ad h. l. et ad Horat. Serm. II. 5. 79. ex metri rationibus reponit frequentativum *commetare.* Vulgatum tenet Burmann. ad Sueton. Claud. c. 18.

Proterruiſti hinc 3) ea coacta ingratis 4)
Poſt illa coepit victum vulgo quaerere.
Nunc cum ſine magno intertrimento 5) non poteſt
Haberi, quidvis 6) dare cupis. Nam ut ſcias tu 6a)
Quam 7) ea inſtructa pulchre ad pernitiem ſiet,
Primum iam ancilles ſecum adduxit plus decem,
Oneratas veſte atque auro. Satrapes 8) ſi ſiet
Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat,
Ne dum tu poſſis. MEN. Eſtne ea intus? CH. Sit 9) rogas?
Senſi. Nam unam ei coenam atque eius comitibus
Dedi. quod ſi iterum mihi ſit danda, 10) actum ſiet.
Nam ut alia omittam, pytiſſando 11) modo mihi
Quid *) 12) vini aſſumpſit. 13) Si 14) hoc dicens aſperum

3) a muliere vel a patria 4) i. e. propter inopiam 5) dampno 6) quidlibet 6a) o Menedeme 7) in quantum 8) quilibet dux 9) intus 10) cena 11) frequenter bibendo *) *edit.* quid quid 12) quantum 13) vel abſumſit. *Et ſic edit.* ipſe filius mihi 14) *mutatum in* ſic *ut in edit.*

---

37. *proterruiſti*] *proterrere* eſt terrore iniecto abigere, fugare. Plaut. in Trin. III. 2. 77. *mea opera hinc proterritum te autumant.* Virg. Aen. XII 291. *adverſo proterret equo* ubi v. Burman. Deterrere eodem ſenſu eſt apud Claudian. de bello Getico v. 104.

39. *intertrimentum*] proprie eſt illud damnum quod ex attritu rerum inter ſe oritur, ſed deinde ponitur pro omni damno et iactura. v. Briſſon. de verbor. ſignificat.

41. *inſtructa pulchre*] i. e. bene edocta. Cic. de Senect. c. 9. *ut adoleſcentulos ad omne officii munus inſtruat.*

43. *oneratas veſte*] ita Liv. IX. 17. *oneratum fortunae ſuae apparatibus* ubi v. Gronov.

*ſatrapes*] ſic a Perſis dicebatur provinciae praefectus.

46. *ſenſi*] i. e. cum malo ac damno meo expertus ſum, quam verbi vim ſupra explicuimus.

48. *pitiſſando*] a graeco verbo πυτίζω vel Dorice πυτίσσω Latini formarunt *pitiſſo,* quod proprie ſignificat vinum leviter guſto et guſtatum exſpuo. Hinc py-

Pater, hoc eſt *) aliud lenius. [15] Sodes vide. [16]
Relevi [17] dolia omnia, omnes ſerias, [18]
Omnes ſollicitos [19] habui, atque haec una [20] nox.
Quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedent [21]
Sic me Dii amabunt, ut me tuarum miſeritum eſt
Menedeme fortunarum. MEN. Faciat [22] quod libet. *)
Sumat, conſumat, perdat. Decretum eſt pati,
Dum illum modo habeam mecum. CH. Si certum eſt tibi

*) *edit. diſting. poſt* eſt 15) ut tribuas 16) ſocie Menedeme 17) aperui 18) ancillas ſtudioſas habui. *male interpretatus eſt ſcholiaſtes* 19) ſervos occupatos 20) fuit 21) devaſtabunt 22) ipſe filius meus *) *edit.* lubet.

---

tisma eſt vinum quod ex ore reiicitur. Vitruvius. VII. 4. v. Burmann. ad Petron. c. 28.

50. *Pater*] ſic ſeniores honoris cauſa appellabantur. v. Torrent. ad Horat. epiſt. I. 6. 54. *frater Pater adde Ut cuique eſt aetas, ita quemque facetus adopta.*

*lenius*] i. e. ſuavius, cui aſperum vinum opponit Plinius Hiſtor. natur. XIV. 19.

*vide*] i. e. cura vel guſta, explora.

51. *Relivi dolia*] veteres dolia vinea picato cortice claudere ſolebant, quod dicebant *oblinere dolia* v. Caton. de re ruſt. c. 20. contra cum dolia aperire vellent picem oblitam tollebant quod dicebant *dolia delinere* Horat. Carm. III. 8. 10.

*ſerias*] ſeria eſt vas fictile et oblongum.

52. *omnes ſollicitos habui*] legendum de Bentleii coniectura *omnes habuit ſollicitos* nempe Bacchis faſtidio et elegantia ſua omnes exercitos habuit.

53. *quid te futurum cenſes*] ſic in Phorm. I. 2. 87. Eodem modo veteres dicebant *quid hoc homine facias* pro *de hoc homine.* v. Drak. ad Liv. XXXIII. 28.

54. *ſic me Di amabunt*] formula iurantium et optantium in Ad. IV. 5. 47. in Hec. II. 1. 9. caeterum *amabunt* ponitur pro *ament.* Nam futura indicat. habent vim optativi vel imperativi. v. Perizon. ad S. Min. I. 13. nota 2 p. 95.

*fortunarum tuarum*] i. e. rerum tuarum, ſtatus rerum in Phorm. I. 4. 24.

56. *perdat*] i. e. inutiles ſumtus faciat in Ad. I. 2. 54. Cic. ad Div. V. 5. *Quae ſi non pro-*

Sic [23]) facere, illud permagni [24]) referre [25]) arbitror,
Ut neſcientem ſentiat te id ſibi dare.
MEN. Quid faciam? CH. Quidvis potius [26]) quam quod cogitas.
Per alium quemvis [27] ut des. [28]) Falli [29]) te ſinas
Technis [30]) per ſervulum, etſi [31]) ſubſenſi id quoque
Illos ibi eſſe, id *) agere inter ſe clanculum.
Syrus cum illo veſtro [32]) conſuſurrat, [33]) conferunt
Conſilia adoleſcentes, et tibi perdere
Talentum hoc pacto [34]) ſatius eſt, quam illo [34 a]) minam.
Non [35]) nunc de pecunia agitur, ſed illud [36]) quomodo
Minimo periclo id demus adoleſcentulo.
Nam ſi ſemel tuum animum ille intellexerit,

23) quod tu dicis 24) permaxime 25) prodeſſe 26) faciundum eſt 27) quemlibet 28) tu ipſe 29) et ut 30) fraudibus 31) quamvis *) *edit.* et id 32) Dromone 33) *mutat. in* conſuſurrant 34) hac ratione 34 a) pacto 35) ſcilicet quia 36) neceſſe eſt ſcire.

---

*fundere ea perdere videbor.* v. Broukhuſ. ad Propert. II. 6. 8. *Quam poſſem nuptae perdere amore faces.* Caeterum ſimilis eſt locus Rutilii Lupi I. 19.

59. *Ut neſcientem*] legendum ut ne ſcientem ſentiat te id ſibi dare. Conſtructio eſt, ut ne ſentiat te ſcientem, id ſibi dari. v Bentl. ad h. l.

63. *illos ibi eſſe*] i. e. illos id agere, id moliri. infra V. 2. 30. Plaut. in Mil. I. 1. 28. *at indiligenter hic eram.*

64. *Syrus cum illo etc*] Hic verſus in vetuſtis libris rectius ſic legitur: *Syrus cum illo veſtro conſuſurrant, conferunt conſilia ad adoleſcentes.* Syrus cum illo veſtro ponitur pro *Syrus et ille veſter* atque adeo recte iungitur plurali *conſuſurrant* cuius ſyntaxis exempla ſaepe reperiuntur. Salluſt. in Catil. c. 43. *Lentulus cum caeteris conſtituerant.* Nepos in Phoc. c. 2. *Demoſthenes cum ceteris erant expulſi.* Virgil. Aen. I 292. *conferunt ad adoleſcentes* dicitur pro una ferunt. referunt ad adoleſcentes. v. Bentl. ad h. l.

Prius proditurum te tuam vitam, et prius
Pecuniam omnem, quam abs te amittis *) filium. hui.
Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris?
Tibi autem porro ut non ſit ſuave vivere.
Nam deteriores omnes ſumus licentia, 37)
Quo cui quaecunque *) inciderit in mentem, volet, neque id
Putabit pravum, an rectum ſit, petet 38)
Tu rem perire 39) et illum non poteris pati.
Dare ſi *) denegaris, ibit ad illum **) 40) ilico.
Qui *) maxime apud te ſe valere ſentiet.
Abiturum ſe abs te eſſe ilico minitabitur. **)
MEN. Videre verum atque ita ut res eſt dicere.
CH. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quaero, tibi qui 41) filium reſtituerem.
MEN. Cedo 42) dextram. Porro te oro idem ut facias Chreme. 43)
CH. Paratus ſum. MEN. Scin quid nunc facere te volo?

*) *edit.* amittas 37) per licentiam *) *edit.* quodcunque *et* quo *mutat. in* quod 38) quod petet. *atque ſic eſt in edit.* 39) non poteris pati *) *edit. omitt.* ſi **) *edit.* illud 40) filium *) *edit.* quo **) *edit.* minabitur 41) quomodo 42) permitto 43) o Chreme.

---

70. *prodere vitam*] i. e. famam, ſalutem et quidquid carum eſt proiicere, periculo exponere. Cic. pro Flacco c. 41. *Ego te, ego te inquam prodidero.*

72 *feneſtram ad nequitiam patefeceris*] i e occaſionem nequiter agendi praebuiſti Sueton. Tiber. c. 28. *ſi hanc feneſtram aperueritis nihil aliud agi ſinetis* ubi v. Caſaub. Proprie feneſtra eſt foramen in pariete vel muro.

82. *ſomnum non vidi*] i. e. non dormivi. Cic. ad Div. VII. 30 *conſul fuit mirifica vigilantia qui ſuo toto conſulatu ſomnum non viderit* Ovid. epiſt. XVIII. 27. *His ego ſi vidi mulcentem pectora ſomnum Noctibus.*

CH. Dic. MEN. Quid *) ſenſiſti illos me incipere fallere? **)
Id ut maturent facere; cupio illi dare
Quod vult, cupio ipſum †) iam videre. CH. Operam dabo.
Syrus eſt adprehendendus atque hortandus ††) mihi.
A me 44) neſcio quis exit. Concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Paulum hoc *) negotii mihi obſtat. Simus 45) et Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus.
Me cepere arbitrum. ibo ac dicam ut dixeram
Operam daturum me, hodie non poſſe iis dare.
Continuo hic adero. MEN. Ita quaeſo. Di voſtram fidem.
Itan 46) comparatam eſſe hominum naturam omnium,

*) *edit.* quod **) *edit. non interrogant, et ſignum interrogationis deletum in codice* †) *edit omitt.* ipſum ††) *edit.* adhortandus 44) a domo mea *) *edit.* paululum *improbante Bentl.* 45) p. n. *forte denotat* proprium nomen 46) itane. *edit.* ita.

---

87. *maturent facere*] i. e. feſtinent facere. Caeſar de B. G. I. 7. *Caeſari cum id nuntiatum eſſet maturat proficiſci.* Liv. XXIX. 12. *quod niſi omni vi perficere maturaſſet.* v. Gronov. ad Liv. XXXIX. 45.

93. *ambigunt de finibus*] i. e. litigant de agrorum limitibus. v. Liv. XLII. 29. *Antiochus ambigendo de Coeleſyria cauſam belli ſe habiturum exiſtimabat* et ibi interpretes.

95. *operam daturum*] iudices vel arbitri, qui audiunt de controverſia diſputantes, proprie dicuntur *operam dare* Cic. ad Div. VII. 24. *dixit iudicem ſibi operam dare conſtituiſſe.*

97. *ita comparatam eſſe hominum naturam*] Latini dicunt: ita comparatum eſt naturae, ita comparatum eſt natura, ita comparata eſt natura, ut h. l. Barbarismus eſt ſcriptorum aetatis noſtrae: ita comparatum eſt cum natura. v. Vorſtium de latinit. merito ſuſpecta cap. 3.

Aliena ut melius videant et iudicent *)
Quam ſua? An eo ſit, quia in re noſtra aut gaudio
Sumus praepediti nimio, aut aegritudine?
Hic 47) mihi nunc quanto plus ſapit, quam egomet mihi.
CH. Diſſolvi me, 48) otioſus *) operam ut tibi darem.

(Actus III. Scena II.) SYRUS. CHREMES.

SY. Hac 49) illac circumcurſa. 50) inveniendum eſt tamen
Argentum. Intendenda in ſenem eſt fallacia.
CH. Num me fefellit hoſce id ſtruere? videlicet
Ille Cliniae ſervus tardiuſculus eſt.
Idcirco huic noſtro 51) tradita eſt provincia. 52)
SY. Quis hic loquitur? Perii. Num nam haec audivit? CH. Syre. SY. hem.
CH. quid tu iſtic? SY. Recte equidem. te demiror. *) Chreme

*) *edit.* diiudicent 47) Chremes 48) ab illis *) *edit.* ocius *improbante Bentl.* 49) o Clitipho 50) circum curſita 51) Syro 52) providentia *) *edit.* ſed te miror *et diſting. poſt* Chreme.

---

98. *aliena melius ut videant*] h. e in alienis plus ſapiant, plus itelligant. Cic. Philipp. II. 15 ad Div. VI. 4. ubi v. Graev.

Act. III. Scen. 2.

2. *intendenda eſt fallacia*] intendere fallaciam in aliquem eſt alicui dolum ſtruere. Metaphora ducta eſt vel a retibus, quae ad feras capiendas intenduntur vel potius a machinis bellicis, quibus muri deiiciuntur. Nam hae machinae funibus intenduntur. Plaut. in Bacch. IV. 4. 58. *intendam baliſtam in ſenem* infra 34. *ad ſenem aliquam fabricam fingit*. Fabrica eſt machina bellica.

3. *ſtruere*] i. e. clam moliri, agitare Liv. XXIV. 23. *id moliri clam eos atque ſtruere.* Frequens eſt *inſidias ſtruere.*

5. *provincia*] ſaepe metaphorice ponitur pro negotio vel munere in Phorm. I. 2. 22. Cic. pro Coel. c. 27. *hoc fuit totum conſilium mulieris, haec iſtorum provincia qui rogati ſunt.*

Tam mane 53) qui heri tantum biberis? 54)
CH. Nihil nimis. 55) SY. Nihil narras? Viſa 56) vero eſt 57) quod dici ſolet,
Aquilae ſenectus. CH. heia. SY. Mulier 58) commoda et
Faceta haec eſt *) meretrix. CH. Sane idem viſa eſt mihi. **)
SY. Et quidem hercle forma luculenta. 59) CH. Sic ſatis.
SY. Ita non ut olim, ſed uti nunc 60) ſane bona.
Minimeque miror 61) Clinia hanc 62) ſi deperit.
Sed habet patrem quendam avidum, miſerum atque aridum,
Vicinum hunc. noſtin? At qui 63) ſi is 64) non divitiis
Habundet, gnatus eius profugit inopia.
Scis eſſe factum ut dico? CH. Quid ego neſciam?

53) potuiſſes ſurgere 54) *deletum eſt ſignum interrogationis, quod pariter abeſt edit.* 55) ſed parum 56) mihi 57) in te 58) Antiphila *) *edit. omitt.* eſt. **) *edit.* CH. ſane SY. idem viſa eſt tibi? *improbante Bentl.* 59) ſplendida 60) eſt 61) et non miror 62) propter hanc 63) vel atqui. *Ex* qui ſi *ſequior manus fecit* quaſi *quae eſt lectio edit.* 64) Menedemus

---

10. *aquilae ſenectus*] eſt proverbium de ſenectute vegeta et virili.

*mulier commoda*] i. e. comis, facilis, iucunda in convictu. Cic. pro Murena c. 31. *quenquamne exiſtimas Catone commodiorem comiorem.* v. Horat. Carm. IV. 81. et ibi Lambin. *Commodo* opponitur moroſus et difficilis. v. Caſaubon. ad Theophr. charact. c. 21.

12. *ſic ſatis*] i. e. mediocriter. infra IV. 5. 22. *immo ſic ſatis*, ubi v. Bentlei.

15. *avidum*] i. e. parcum, avarum. Plaut in Perſa II. 3. 14. *triparcos homines, vetulos, avidos, aridos* in Aulul II. 4. 18. *Pumex non aeque eſt aridus atque hic ſenex.*

18. *quid ego neſciam*] veriſſime emendat Palmerius *quid ego ni ſciam* pro *quid ni ego ſciam* in Ad. IV. 5. 28.

Hominem piſtrino dignum. SY. Quem. CH. Iſtum*) ſervulum
Dico adoleſcentis. SY. 65) Syre tibi timui male.
CH. Qui paſſus eſt 66) id fieri? *) SY. Quid faceret? CH. Rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Unde eſſet aduleſcenti 67) amicae quod daret,
Atque hunc difficilem 68) invitum 69) ſervaret ſenem.
SY. Garris. CH. Haec facta ab illo oportebant *) Syre 70)
SY. Eho quaeſo. laudas qui 'eros 71) fallunt. 72) CH. in loco 72 a)
Ego vero laudo. SY. Recte ſane. CH. Quippe qui 73)
Magnarum ſaepe id remedium 74) aegritudinum eſt.
Iam huic 75) manſiſſet unicus gnatus domi.
SY. Ioco *) an ſerio illaec dicat neſcio,
Niſi mihi quidem addit animum 76) quo libeat magis.
CH. Et nunc quid expectat, Syre? 78) An dum hinc denuo
Abeat, cum tolerare illius *) ſumptus 79) non queat? 80)

*) *edit.* iſtunc 65) ſecum. 66) Clinia *lege* Cliniae. *quomodo paſſus eſt ſervus ita agi cum Clinia?* *) *edit. non interrogative* 67) procis 68) avarum 69) invitus aliquid dando *) *edit.* oportebat 70) o Syre 71) dominos 72) vel? 72 a) oportune 73) quomodo dicis 74) ipſe filius 75) ſeni 76) voluntatem 77) ut 78) o Syre *) *edit.* huius 79) expenſas 80) pater illius.

---

20. *male*] i. e. valde in Hec. III. 2 2 *male metuo.*

26. *in loco*] i e. apto loco et tempore, opportune in Ad. II. 2. 8. Hor. Carm. IV. 12. 28. Sic *tempore* ſimpliciter dicitur pro opportuno tempore. v. Manut. ad Cic. ad Div. IX. 16. *temperius fiat.*

33. *tolerare ſumtus*] parem eſſe ſumtibus ferendis. Salluſt. in Catil. c. 24. *quae primo ingentes ſumtus ſtupro corporis toleraverunt.*

Nonne ad ſenem aliquam fabricam [81]) fingit? SY. Stolidus eſt.
CH. At te adiutare oportet adoleſcentuli
Cauſa. SY. Facile equidem facere poſſum ſi iubes.
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo. [82])
CH. Tanto hercle melior. [83]) SY. Non eſt mentiri [84]) meum.
CH. Fac ergo. [85]) SY. At heus tu facito, dum eadem haec memineris,
Si quid huius ſimile forte aliquando evenerit,
Ut ſunt humana, tuus ut faciat filius.
CH. Non uſus [86]) veniet, ſpero. SY. Spero hercle ego quoque.
Neque eo [87]) nunc dico quod quicquam illum ſenſerim.
Sed ſi quid nequit *) [88]) quae ſit eius aetas, vides.
Et ne ego [89]) te ſi uſus veniat magnifice Chreme

81) aliquam fraudem 82) calleo. aſtutus ſum vel prudenter ſcio. 83) quanto melius ſapis 84) tibi 85) falle Menedemum 86) neceſſitas 87) ea ratione *) *ed.* quid, ne quid 88) modo. mox tamen poterit *graviter errat interpres*, *pravam lectionem* nequit *ſecutus* 89) timeo.

---

34. *ad ſenem*] i. e. adverſus ſenem, Propert. eleg. II. 19. 9. *Lernaeas pugnet ad hydras.* v. Burmann. ad Phaedr. IV. 3. 5.

37. *calleo*] i. e. longo uſu peritus ſum. Juſtin. XXIV. 4. *Augurandi ſtudio Galli praeter caeteros callent.*

38. *tanto melior*] elegans laudandi et adprobandi forma Phaedr. III. 5. 3. Sen. ep. 31. *ad honeſta nitentes admirabor et clamabo : tanto melior.* v. Gronov. obſerv. II. 21. et Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 71. Contrarium eſt *tanto nequior.* in Ad. IV. 1. 12.

*non eſt mentiri meum*] h. e. mentiri non ſoleo. Lucilius ap. Lactant. VI. 18. *Homini amico ac familiari non eſt mentiri meum.* Similiter dicitur *patrium eſt.* v. Burmann. ad Valer. Flacc. II. 156.

42. *non uſus veniet*] h. e. non eveniet, vel, quod idem eſt, non uſu veniet. v. 45 et 46.

43. *illum ſenſerim*] ſcilicet talia moliri.

Tractare 90) poſſim. CH. De iſtoc cum uſus venerit,
Videbimus, quid opus ſit. Nunc iſtuc age. 91)
SY. Numquam commodius umquam erum audivi loqui.
Nec cum malefacerem credere *) 92) mihi impunius
Licere. Quisnam a nobis egreditur foras?

(Actus III. Scena III.) CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

CHR. 93) Quid iſtuc quaeſo? 93a) qui iſtic'mos eſt Clitipho 94)? Itane fieri oportet? *)
CL. Quid ego feci? CH. vidin ego te modo manum 95) in ſinum huic meretrici 96)
Inſerere? SY. Acta haec res eſt. Perii. CL. Mene? CH. Hisce oculis 97) ne nega. 98)
Facis adeo indigne iniuriam illi 99) qui non abſtineas manum. 1)
Nam iſta 2) quidem contumelia eſt,

90) nec tractare 91) quod praecipio. falle Menedemum *) *edit.* crederem 92) potui. vel crederem 93) Chremes videns filium ſuum Clitiphonem iocari cum Bacchide quae dicebatur amica eſſe Cliniae filii Menedemi increpat illum 93 a) eſt 94) o Clitipho *) *edit.* quaeſo *improbante Bentl.* 95) tuam 96) Bacchidi 97) meis 98) ne negaveris 99) certe 1) Cliniae 2) ab amica eius *) *edit.* iſtaec.

---

48. *unquam*] per pleonasmum abundat.

49. *nec cum malefacerem etc.*] ſenſus hic eſt: nec unquam cum malefacere conſtituiſſem, tempus fuit, quo mihi impunius id licere crederem.

Act. III. Scen. 3.

2. *manum in ſinum inſerere*] ſinus eſt gremium. v. Duker. ad Flor. II. 6. p. 290. Appoſite Petron. c. 24. *vocatumque ad ſe in osculum adplicuit mox manum etiam miſit in ſinum.* Imitatus eſt h. l. Ovid. Amor. II. 15. 11. *dominae cupiam tetigiſſe papillas Et laevam tunicis inſeruiſſe manum.*

5. *iſtaec quidem contumelia eſt*] Particula *quidem* in hac formula magnam vim habet.

Hominem amicum recipere 3) ad te, 4) atque eius amicam ſubigitare.
Vel heri in vino 5) quam immodeſtus fuiſti. 6) SY. Factum. CH. quam moleſtus. 7)
Ut equidem ita me Di amabunt, *) metui quid futurum denique eſſet.
Novi ego amantium animum, advertunt graviter, 8) quae non cenſeas. 9)
CL. At mihi fides apud hunc 10) eſt, nihil me iſtius 11) facturum pater.
CH. Eſto. 12) At certe concedas *) 13) aliquo ab ore eorum aliquantiſper.
Multa fert 14) libido. ea prohibet facere tua praeſentia. 15)
Ego de me facio coniecturam. 16) Nemo eſt meorum amicorum hodie,

3) ſollicitare. vel decipere 4) ad convivium 5) *edit.* in convivio 6) vel? 7) vel? *) *ſic primo. nunc* amabat *neque aliter edit.* 8) gravi animo reſpiciunt 9) ſperes 10) Cliniam 11) mulieris 12) conceſſivum *) *edit. add.* times 13) caute provideas 14) generat 15) qualia tu facis 16) experimentum.

---

Plaut. in captiv. III. 5. 92. *vis haec quidem eſt.* Sueton. in Caeſ. c. 82. *iſta quidem vis eſt.* v. Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 25.

6. *ſubagitare*] i. e. laſcivius et protervius contrectare, aliis locis ipſam libidinis perfectionem ſignificat. v. Eugraph. ad h. l.

*in vino* [*ed. Zeun. in convivio*] i. e. inter potandum, Plaut. in Trucul. IV. 4. 1. *Lutea eſt meretrix niſi quae ſapit in vino ad rem ſuam.* Catull. XII. 2. Cic. ad Div. XII. 2. *quae in luſtris et in vino commentatio potuit eſſe.* Horat. pro eo dicit *inter vina.*

9. *advertunt*] Palmerius legit *novi ego amantes, animum advertunt graviter* quae coniectura placet Bentleio quod *advertere* apud Terent. et Plautum non abſolute dicitur; ſed ſic eſt apud Livium XLIV. 46. *quam non ſine cauſa delectam eſſe regiam advertit.* v. Drakenb. ad Liv. VI. 2.

10. *fides*] fides eſſe dicitur illi cui creditur in Phorm. V. 3. 27. *itane parvam mihi fidem eſſe apud te.*

11. *ab ore*] i. e. ex oculis os ſaepe de praeſentia et conſpectu dicitur. Cic. Verr. II. 33. *quae in ore atque in oculis provin-*

Apud quem expromere omnia mea occulta *) 17) audeam.
Apud alium 18) prohibet dignitas. 19) apud alium ipſius facti piget. 20)
Ne ineptus, ne protervus videar. Quod illum 21) cere credito. 22)
Sed noſtrum eſt intelligere utcumque 23) atque ubicunque 24) opus ſit, obſequi. 25)
SY. Quid iſtic 26) narrat? CL. Perii. SY. Clitipho 27) haec ego praecipio tibi,
Hominis frugi 28) et temperantis 29) functus 30) officium. CL Tace ſodes.
SY. Recte ſane. 31) CH. Syre 32) pudet me. SY. Credo, neque id iniuria. 33)
Quin 34) mihi moleſtum eſt. CLIT. Pergin *) hercle? SY. Verum dico quod videtur.
CL. Nonne accedam ad eos? 35) CH. Eho quaeſo una 36) accedendi 37) via eſt. *)
SY. Actum eſt, 38) hic 39) prius ſe 40) indicarit, 41) quam ego argentum effero *) 42)
Chreme, vin 43) tu homini ſtulto mihi auſcultare? CH. Quid faciam? SY. Iube hunc 44)

*) *edit. add.* Clitipho 17) dicendo 18) amicum 19) ſua 20) verecundiae eſt 21) Cliniam 22) ut putet ineptum dum eius contingis amicam 23) ſemper 24) in omni loco 25) amicos 26) iſte hic 27) o Clitipho 28) utilis 29) et parci 30) fungaris 31) dico 32) o Syre 33) iniuſtitia eſt 34) qui non etiam *) *edit.* pergis 35) vel illos. *et ſic edit.* ad patrem et amicos illius 36) ſimul 37) ſimul ibimus *) *edit. interrogative* 38) *deeſt* ſi 39) Clitipho 40) ſi ſe 41) amare Bacchidem *) *edit.* effecero *probante Bentl.* 42) callide abſtraham a patre 43) visne 44) Clitiphonem.

---

*ciae geſta ſunt.* Sen. de benef. VII. 19. *in ore parentum filios iugulat.* in Ad. II. 4. 5. v. Graev. ad Cic. de Offic. III. 1.

23. *ſe indicarit*] i. e. ſe prodiderit. v. dictata ad Eun. V. 7. 13.

Abire hinc aliquo.[45] CL. Quo ego hinc abeam? SY. Quo lubet, da illis[46] locum.
Abi deambulatum. CL. Deambulatum quo? SY. Vah. Quaſi deſit locus.
Abi ſane iſtac. iſtorſum. quovis. CH. Recte dicit. cenſeo.
CL. Dii te eradicent Syre, qui me iſtinc *, extrudis.[47] SY. At tu *, tibi iſtas
Poſthac comprimito[48] manus.
Cenſen vero?[48a] quid illum porro[49] credis facturum Chreme[50]
Niſi eum quantum tibi Dii dent opis,[51] ſervas, caſtigas, mones?
CH. Ego iſtuc curabo. SY. Atqui nunc ere[52] tibi adſervandus[53] eſt.
CH. Fiet. SY. Si ſapias.[54] Nam mihi[55] iam minus minusque obtemperat.
CH. Quid tu. ec[56] quid *) de illo[57] quod dudum tecum egi? *) egiſtin Syre? an[58]
Reperiſti tibi quod placeat?[59] an nondum etiam? SY. De fallacia
Dicis? eſt.[60] inveni quandam[61] nuper. CH. Frugi es.[62] cedo,[63] quid id *) eſt?

45) in loco 46) nobis *) *edit.* hinc 47) repellis *) *edit. add.* pol *improbante Bentl.* 48) a mea percuſſione 48 a) vel. 49) in proceſſu temporis 50) o Chreme 51) auxilii 52) domine 53) corrigendus 54) modo attentius ſervabis illum 55) qui eius baiulus debeo eſſe 56) ecce *) *edit iunctim* ecquid 57) de fraude mea et Menedemi *) *edit loco ſigni interrogationis ponit comma et* egiſti, *non* egiſtin 58) vel aut. *et ſic edit.* 59) nobis 60) inventa a me 61) fallaciam 62) utilis es 63) dic *) *edit. omitt.* id.

---

29. *comprimito manus*] i. e. contine, cohibe manus a laſcivis contrectationibus. Liv. VII 13. *Compreſſis quod aiunt manibus ſedens.* *Continere manus* eſt in Ad. IV. 2. 26. eodem ſenſu dicitur *animos comprimere*, *animam*, *vocem comprimere*.

31. *ſervas*] i. e. obſervas. v. Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 40.

SY. Dicam verum ut aliud 64) ex alio incidit. CH. Quidnam Syre? 64 a)
SY. Peſſuma haec eſt meretrix. 65) CH. Ita videtur. SY. Immo ſi ſcias. 66)
Vah. vide quod incoeptet 67) facinus. Fuit quaedam anus Corinthia
Hic; huic 68) dragmarum argenti haec mille dederat 69) mutuum.
CH. Quid tum? SY. Ea 70) mortua eſt. Reliquit filiam adoleſcentulam 71)
Ea relicta 72) huic 73) arraboni 74) eſt pro illo argento. CH. Intelligo.
SY. Hanc 74 a) ſecum huc adduxit, eaque *) 75) eſt nunc ad 76) uxorem tuam. 77)
CH. Quid tum? SY. Clinia 78) orat 79) ſibi uti id nunc det illam. 80) *) illi tamen

64) ut una fraus ex alia inventa eſt 64 a) o Syre 65) Bacchis quam amat filius tuus 66) *addit. ſupra lineam* hoc 67) illa 67 a) Ecce adinvenit fraudem, quomodo decipiat ſenem 68) anui 69) Bacchis 70) anus 71) Antiphilam 72) filia 73) Bacchidi 74) vadimonio 74 a) Antiphilam *) *edit.* quae. *Bentl.* eam quae 75) Bacchis 76) vel apud *et ſic edit.* 77) ingreſſa 78) filius Menedemi 79) Bacchidem 80) Antiphilam *) *edit. diſting. poſt* det.

---

ubi eodem modo coniunguntur *obſervator* et *caſtigator.*

37. *aliud ex alio incidit*] i. e. dum tecum ea de re loquor, alia res in mentem venit. Cic. ad Attic. XVI. 14. *Sed ut aliud ex alio, mihi non eſt dubium* etc.

38. *ſi ſcias*] ſcilicet eius ingenium.

40. *drachmarum mille*] ſupplendum eſſe pondus docet Gronov. de pecunia vet. I. 10.

*dederat mutuum*] melioris aetatis ſcriptores dicunt pecuniam *mutuam* dare, non pecuniam *mutuo* dare. v. Gronov. l. c. III. 1. ſed poſterioris aetatis ſcriptores a veteri noma receſſerunt ut Juſtin. XVII. 2. *Pyrrhus ab Antigone naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit.*

42. *relicta arraboni eſt*] i. e. relicta eſt pro pignore. Cato ap. Gell. XVII. 2. Eadem conſtructione Plautus dixit in Moſtell. IV. 3. 21. *Quas* (40 minas) *ille arraboni tibi dedit.* Arrabo eſt argumentum emtionis et vendi-

Poſt daturum. **) mille nummum [81]) poſcit. [82]) CH. Et poſcit quidem? SY. Hui.
Dubiumne *) id eſt? CH. Ego ſic putavi. [83]) Quid nunc facere cogitas?
SY. Egone? ad Menedemum ibo. dicam hanc [84]) captam eſſe ex Caria, [85])
Ditem et nobilem. Si redimat, magnum in ea eſſe *) lucrum.
CH. Erras. SY. Quid ita? CH. Pro Menedemo ego tibi nunc reſpondeo.
Non emo. [86]) quid agis? SY. Optata loquere. [87]) CH. Atqui non eſt opus. [88])
SY. Non opus eſt. *) CH. Non hercle vero. SY. qui [89]) *) iſtuc? miror. CH. Iam ſcies
Mane. Mane. Quid eſt quod tam a nobis graviter crepuerunt fores? [90])

(Actus IV. Scena I.) SOSTRATA. CHREMES. NUTRIX. SYRUS.

SO. [91]) Niſi me animus fallit, hic profecto anulus eſt, quem ego ſuſpicor.

**) *edit.* daturam *absque diſtinct.* 81) pro nummorum 82) ad opus Bacchidis *) *edit.* dubium 83) quod dubium eſſet 84) Antiphilam 85) provincia *) *edit.* ineſſe 86) dicet Menedemus 87) loqueris 88) ut ego emam *) *edit. interrogat.* 89) quomodo *) *edit.* quid *et absque interrogatione* 90) domus noſtrae. 91) Tunc egrediebatur Soſtrata uxor Chremetis. Antiphila intrante in balneum anulum illius accepit Soſtrata uxor Chremis et recognovit ſuae filiae fuiſſe.

---

tionis contractae, interdum pro pignore dicitur ut h. l. v. Fabrottum ad Cuiacii paratitla in Codicem T. 2. p. 215.

45. *poſt daturam*] verſus corruptiſſimus quem ita corrigit Bentleius *illa illi tamen poſt datum iri mille nummum praeſit et praeſit quidem*.

50. *optata loquere*] avertendi ominis formula eſt ut *melius ominare*, *melius loquere*, *bona verba quaeſo* etc. v. interpr. ad Petron. c. 45. *oro te melius loquere*.

Act. IV. Scen. I.

1. *niſi me animus fallat*] in hac formula animus ſignificat

Is quicum 92) expoſita 93) eſt gnata. CH. Quid vult ſibi Syre haec oratio? 94)
SO. Quid eſt? isne tibi videtur? 95) NUT. Dixi equidem ubi mihi oſtendiſti ilico
Eum eſſe. SO. At 95 a) ut ſatis modo contemplata ſis 96) mea 97) nutrix. NU. Satis.
SO. Abi nunc iam intro, atque illa 98) ſi iam laverit, mihi nuntia.
Hic ego virum 98 a) interea opperibor 99) SY. Te vult. 1) videas quid velit.
Neſcio quid triſtis 2) eſt, non temere eſt, metuo quid ſit. CH. quid ſiet? 3)
Ne iſta 4) hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit. 5)
SO. Ehem, mi 6) vir. CH. Ehem, mea 7) uxor. SO. Te ipſum quaero. CH. Loquere quid velis.
SO. Primum hoc te oro, ne quid credas me adverſum edictum tuum
Facere eſſe auſam. CH. Vis *) me iſtuc tibi, etſi incredibile eſt, credere?
Credo. SY. 8) Neſcio quid peccati portat haec purgatio. 9)
SO. Meminiſtin me eſſe gravidam, et mihi te maximo opere *) interminatum **)

92) cum quo 93) commendata ad nutriendum 94) Soſtratae ad nutricem 95) anulus filiae 85 a) ſcilicet vide 96) anulum ipſum eſſe 97) o mea 98) Antiphila 98 a) meum 99) expectabo 1) o Chreme Soſtrata 2) Soſtrata 3) quid ſit 4) Soſtrata 5) videndum eſt 6) o mi 7) o mea *) *edit.* vin 8) ſecum 9) qua ſe Soſtrata purgat *) *edit.* maximopere *improbante Bentl.* **) *edit.* dicere *probante Bentl.*

---

opinionem, cogitationem ut in formulis *fert animus*, *eſt animus*. v. Drak. ad Sil. Italic. XVI. 293.

7. *non temere eſt*] h. e. non eſt ſine cauſa ut in Eun. II. 2. 60. et in Phorm. V. 3. 19.

Si puellam parerem, nolle tolli? [10] CH. Scio quid feceris.
Suſtuliſti. [11] SY. Sic eſt factum? [12] domina [13] ergo erus dampno auctus eſt? *)
SO. Minime. Sed erat hic anus Corinthia, haud impura. [14] ei dedi
Exponendam. [15] CH. O Iuppiter. tantam ne eſſe in animo [16] inſcitiam? [17]
SO. Perii. quid ego feci? CH. At *) rogitas? SO. Si peccavi o **) mi Chreme,
Inſciens [18] feci. CH. Id quidem *) ego etſi **) tu neges certe ***) ſcio,
Te inſcientem atque imprudentem dicere ac facere omnia.
Tot [19] peccata in hac re oſtendis. Nam iam primum ſi meum
Imperium exequi voluiſſes, interemptam [20] oportuit.
Non ſimulare mortem [21] verbis, re ipſa [22] ſpem vitae [23] dare.
At id omitto. Miſericordia, animus maternus. [24] Sino. [25]

10) nutriri 11) nutriſti 12) vel; *et absque interrogatione edit. quae diſtinguit poſt* domina 13) o domina *) *edit. non interrogat* 14) ſed pura 15) nutriendam 16) meo 17) ignorantiam *) *edit. omitt.* at **) *edit. omitt.* o 18) neſcia *) *edit.* equidem **) *edit.* ſi ***) *edit.* certo 19) multa 20) illam eſſe filiam 21) illius 22) reſervatione 23) non oportuit 24) te provocavit 24) indulgeo.

---

15. *damno auctus eſt*] damno augeri dicitur pro maiore damno affici ut apud Plaut. *mactari infortunio*. v. Lambin. ad Lucret. I. 100.

17. *inſcitiam*] i. e. ſtultitiam.

22. *imperium exſequi*] i. e. perficere, quae imperantur Liv. IV. 28. *haec locutum exſequentemque dicta redintegrato clamore ſecuti* ubi v. Drak.

24. *miſericordia, animus maternus*] ſcilicet te impulerunt, ut exponeres.

Quam bene vero abs te proſpectum 26) eſt. quid voluiſti? Cogita. 27)
Nempe anui illi prodita 28) abs te filia eſt planiſſime? *)
Per te veluti **) quaeſtum faceret, 29) veluti *) veniret palam. 30)
Credo id cogitaſti. Quid vis. 31) Satis eſt dum vivat modo.
Quid cum illis 32) agas, qui neque ius neque bonum atque aequum ſciunt?
Melius, peius, proſit, obſit, nihil vident niſi quod lubet.
SO. Mi Chreme, peccavi fateor, vincor. 33) Nunc hoc te obſecro,
Quanto tuus eſt animus aetate, *) natu gravior, 34) ignoſcentior,
Ut meae ſtultitiae iuſtitia *) tua ſit aliquid praeſidii.

26) de illa tunc 27) modo quid ex ipſa facias 28) ideo eſt commendata *) *edit. non interrogat.* **) *edit.* vel uti 29) tibi meretricando filia tua *) *edit.* vel uti 30) ad notitiam amicorum vel amatorum 31) *deletum eſſe videtur in cod. ſignum interrogandi* 32) maritis 33) tuis verbis *) *edit. omitt.* aetate 34) tanto eſto *) *edit. praemitt.* in, *male, iudice Bentl.*

---

30. *nihil vident*] i. e. nihil curant.

31. *vincor*] i. e. argumentis convincor. Cic. pro Cluent. c. 44. *vince virum bonum fuiſſe Oppianicum* Liv. XXVII. 11. ubi v. Gronov. in Phorm. III. 2. 16. *veris vincor.*

32. *quanto tuus eſt animus*] hunc verſum, quem omnes corruptum eſſe fatentur, Bentl. ita reficit *quanto tu me es annis gravior, tanto es ignoſcentior.* Ignoſcentior eſt pronior ad ignoſcendum. Terentium imitatus videtur Ovid Triſt. III. 5. 31. *Quo quis enim maior magis eſt placabilis irae.*

33. *in iuſtitia tua*] h. e. in lenitate tua. Cic. pro Marcello c. 4. *haec tua iuſtitia et lenitas animi floreſcet quotidie magis.* Sic *iuſta ſervitus* pro leni in Andr. I. 1. 9. ubi v. notata.

CH. Scilicet equidem iſtuc factum ignoſcam. Verum Soſtrata 35)
Male docet te mea facilitas 36) multa. Sed iſtud *) quicquid eſt,
Qua hoc coeptum **) eſt cauſa, loquere. SO. Ut ſtultae et miſerae omnes ſumus
Religioſae. 37) Cum exponendam 38) do illi, 39) de digito 40) anulum
Detraho, et eum 41) dico ut una cum puella exponeret. 42)
Si moreretur 43) ne expers partis eſſet de noſtris bonis.
CH. Iſtuc recte; 44) conſervaſti te atque illam. SO. Hic is 45) eſt anulus.
CH. Unde habes? 46) SO. Quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam 47) SY. Hem.
Quid ea narrat? SO. Ea 48) lavatum dum pergit 49) ſervandum mihi dedit
Anulum. *) non advorti primo. Sed poſtquam aſpexi, ilico
Agnovi. **) ad te exilivi. 50) CH. Quid nunc ſuſpicare, 51) aut invenis

35) o Soſtrata. 36) clementia *) *edit.* iſtuc **) *edit.* occeptum 37) legitime ductae mulieres 38) nutriendam 39) anui 40) meo 41) illum anulum 42) tolleret 43) infantula 44) feciſti 45) ipſe 46) iſtum anulum 47) illa detulit mihi hunc 48) Antiphila 49) *correctum in* it *a prima manu* *) *edit* animum, *et interpungit poſt* dedit. *ſed melior eſt lectio codicis, admiſſa eius interpunctione.* **) *edit.* cognovi 50) vel exilui. *Sic in edit.* 51) ſuſpicaris.

---

34. *factum ignoſcam*] Sic etiam locuti ſunt Plaut. in Amphitr. I, 1. 100. *ignoſcamus peccatum ſuum* et Virgil. in Culico v. 293. Frequentius eſt *ignoſcere facto.*

37. *religioſae*] i. e. ſuperſtitioſae. Sic religio ſaepe dicitur pro ſuperſtitione. v. Graev. ad Iuſtin. XXII. 6.

42. *ſervandum mihi dedit*] Veteres, dum lavabantur, anulos ponere ſolebant. v. Burman. ad Ovid. Amor. II. 15. 23.

De illa? SO. Neſcio, niſi ut ex ipſa [51a]) quaeras unde hunc habuerit,
Si poteſt *) repperiri. SY. Interii. Plus ſpei video, quam volo.
Noſtra eſt, [52]) ſi ita eſt. CH. Vivitne illa cui tu id *) dederas? SO. Neſcio.
CH. Quid renuntiavit olim feciſſe? [53]) *) SO. Id quod iuſſeram.
CH. Nomen mulieris [54]) cedo [54a]) quod ſit ut quaeratur. SO. Filtere *)
SY. Ipſa eſt. [55]) mirum eſt *) ne illa ſalva eſt, et ego perii CH. Soſtrata,
Sequere me intro huc. **) SO. [56]) Ut praeter ſpem evenit, quam [57]) timui male,
Ne nunc animo ita eſſes duro, ut olim [58]) in tollenda [59]) *) Chreme. [60])
CH. Non licet hominem eſſe ſaepe ita ut vult, ſi res non ſinit.
Nunc ita tempus eſt, mihi ut cupiam filiam, olim [61]) nihil minus. [62])

51 a) Antiphila *) *edit.* potis eſt. 52) filia domini eſt Antiphila *) *edit omitt.* id 53) ſe de infantula *) *edit. retrahit vocem feciſſe ad ſermonem Soſtratae* 54) filiae tuae 54 a) dic *) *edit.* Philtere 55) poſtea Antiphila. ita vocata eſt primum. *) *edit. omitt.* eſt *et pro* ne *habent* ni. *Sed lectio codicis placet, modo interpungatur poſt* eſt *et* ne *habeatur ſcriptum pro* nae, *uti in editione Bentleiana haec vocula ſcribitur* **) *edit. omitt.* hac 56) ammirantis 57) quantum 58) ſcilicet fuiſti 59) ſcilicet filia *) *edit.* tollendo, *probante Bentl.* 60) o Chreme 61) cupiebam 62) pro intolerabilius.

## (Actus IV. Scena II.) SYRUS.

SYR. [63] Niſi me animus fallit, haud multum abe- rit [64] infortunium.
Ita hac re in anguſtum oppido [65] nunc meae co- guntur [66] copiae [67]
Niſi aliquid video [68] ne eſſe amicam hanc [69] gna- ti [70] reſciſcat ſenex. [71]
Nam quod de argento ſperem aut poſſe poſtulem me fallere, [72]
Nihil eſt. Triumpho [73] ſcilicet *) me latere, [74] tecto [75] abſcedere.
Crucior, bolum [76] tantum mihi eſſe *) ereptum tam ſubito **) ex faucibus.
Quid agam? Aut quid comminiſcar? Ratio [77] de integro [78] ineunda eſt mihi.

63) ſecum 64) *mutat. in* abierit 65) valde 66) conſtringuntur 67) meae fraudes 68) provideo 69) Bacchidem 70) ſui 71) Chremes 72) Chremetem 73) gaudeo *) *edit.* ſi licet 74) ex ſecreto, (*ſubaudi* latere, parte) 75) a domo domini 76) pro dolum. b. pro d. id eſt fraudem. *) *edit. omitt.* eſſe **) *edit.* de ſubito *) *edit.* e 77) fraus 78) ab initio.

---

Act. IV. Scen. 2.

2. *in anguſtum coguntur copiae*] h. e. conſilia mea ſic impediuntur, ut ea expedire non poſſim. Metaphora ſumta eſt ab exercitu qui loco illico exclufus [iniquo incluſus] ſe explicare non poteſt.

5. *latere tecto abſcedere*] ſignificat e periculo ſine damno evadere. Translatio a re militari, ubi *latus tegere* dicuntur qui ſcutis adverſus tela muniti ſunt. Contra *latus apertum dare*, cum expoſiti ſunt ictibus telorum. Caeſar de B. G. I 25. *Boii et ex itinere Tulingi noſtros latere aperto adgreſſi circumvenere.* v. Lambin. ad Horat. Sermon. I. 3. 59. et Broukhuſ. ad Tibull. I. 4. 46.

6. *bolum mihi ereptum e faucibus*] i. e. ademtam mihi eſſe occaſionem parandae pecuniae, quam me tenere putabam. Bolus proprie eſt offa, quae canibus obiicitur.

7. *ratio de integro ineunda eſt*] i. e. aliud novum conſilium capiendum Cic. ad Div. V 20. Sic frequens eſt *conſilium inire* ut apud Liv. XL. 12. ubi vid. Drakenb.

Nihil tam difficile eſt, quin [79] quaerendo inveſtigari [80] poſſit.
Quid ſi nunc hoc [81] incipiam? nihil eſt. Quid ſi ſic? [82] tantundem egero.
At ſic opinor; [83] non poteſt. Immo optume eſt. *) Euge [84] optumam [85] habeo,
Retraham hercle opinor ad me idem illud fugitivum argumentum [86] tamen. [87]

(Actus IV. Scena III. CLINIA. SYRUS.)

CL. [87 a] Nulla mihi res poſthac poteſt iam intervenire tanta,
Quae mihi aegritudinem [88] afferat; tanta haec laetitia oborta eſt.
Dedo patri me nunc iam ut frugalior [89] ſim quam vult.
SY. Nihil me ſefellit. cognita eſt, [90] quantum audio huius verba.
Iſtuc tibi ex ſententia tua [91] obtigiſſe laetor.
CL. O mi Syre, audiſtin obſecro? SY. Quidni, [92] qui usque [93] una affuerim?
CL. Cui aeque [94] audiſti commodi quicquam eveniſſe? SY. Nulli.

79) ut non 80) ratio 81) ut cogito 82) i. e. taliter ut iterum cogito 83) volvit cogitationes *) *edit. omitt.* eſt 84) congratulantis (*ſcilicet vox*) 85) cauſam inventa (*lege* inventam) 86) vel argentum. *Sic editiones* 87) per quod argumentum evadere potero. 87 a) Ut cognovit Clinia filius Menedemi, Antiphilam amicam ſuam filiam eſſe Chremis et Soſtratae, laetabatur ſecurus, quod illam duceret, utpote quae libera erat 88) triſtitiam 89) parcus et abſtinens 90) fraus mea 91) deſiderio tuo 92) niſi 93) ſemper 94) ut mihi.

---

10. *optumam*] ſcilicet fallaciam.

11. *retraham*] proprie uſus eſt hoc verbo. Nam fugitivi proprie *retrahi* dicuntur. Sueton. in Aug. c 17. *Caeſarionem retractum e fuga ſupplicio affecit.* v. Duker. ap Flor. III. 19.

CL. Atque ita me Di ament, ut ego nunc non tam meapte 95) cauſa
Laetor, quam illius, 96) quam ego ſcio eſſe honore quovis dignam. 97)
SY. Ita credo. Sed nunc Clinia age, date *) mihi viciſſim. 98)
Nam amici 99) quoque res eſt videnda, in tuto 1) ut collocetur,
Ne quid de amica 2) nunc ſenex. 3) CL. O Iuppiter. SY. Quieſce. 4)
CL. Antiphila mea nubet mihi. SY. Sicine 5) me *) inter loquere? 6)
CL. Quid faciam mi Syre? Gaudeo. Fer 7) me. SY. Fero; hercle vero.
CL. Deorum vitam adepti *) ſumus. 8) SY. Fruſtra operam opinor ſumo.
CL. Loquere, audio. SY. At iam hoc non ages. 9) CL. Agam. SY. Videndum eſt inquam
Amici quoque res Clinia 10) tui, 11) in tuto ut collocetur.
Nam ſi nunc a nobis abis, 12) et Bacchidem hic relinquis,

95) mea ipſius cauſa. Meapte eſt una pars, ſicut tuapte, ſuapte, noſtrapte 96) Antiphilae 97) videlicet quia filia eſt Chremis *) *edit.* da te, *ſed iunctim legiſſe gloſſatorem, ex gloſſa patet.* 98) tu et Antiphila. viciſſim ſcilicet conſilium, quomodo Clitiphoni Bacchis detur 99) Clitiphonis 1) ſecuro 2) Bacchide 3) cognoſcat 4) gaudendo 5) numquid ſic *) *edit.* mihi 6) pro loqueris 7) ſupporta *) *edit.* apti *probante Bentl.* 8) ego et Antiphila 9) non me iuvabis 10) o Clinia 11) Clitiphonis 12) ad domum patris.

Act. IV. Scen. 3.

10. *da te mihi viciſſim*] h. e. viciſſim inſervi. in Ad. V. 3. 52. v. Heinſ. ad Ovid. epiſt. XVI. 16.

15. *Deorum vitam apti ſumus*] h. e. ſummam felicitatem conſecuti ſumus. *Aptus* eſt ab antiquo *apiſcor*, unde *adipiſcor, adeptus etc.* v. interpr. ad Liv. IV. 3. *ſi dignus ſummo honore erit apiſcendi ſummi honoris* et Bentl. ad Phorm. II. 3. 59.

Noſter [13]) *) reſciſſet ilico eſſe amicam [14]) hanc Clitiphonis.
Si [15]) abduxeris, celabitur, ibidem [16]) ut celata adhuc eſt.
CL. At enim iſtoc nihil eſt magis [17]) Syre [18]) meis nuptiis advorſum. [19])
Nam quo ore appellabo patrem? Tenes [20]) quid dicam? SY. Quidni?
CL. Quid dicam? quam cauſam afferam? SY. Quid.*) nolo mentiare
Aperte. Ita ut res ſeſe habet, narrato. CLI. Quid ais? SY. Iubeo [21])
Illam [22]) te amare, et velle uxorem, hanc [23]) eſſe [24]) Clitiphonis.
CL. Bonam atque iuſtam rem oppido [25]) imperas, et factu [26]) facilem.
Et ſcilicet iam me hoc voles patrem exorare, ut celet
Senem voſtrum? [26 a]) *) SY. Immo ut recta via rem narret ordine omnem. CL. Hem.
Satin ſanus es aut ſobrius? Tu quidem illum [27]) plane prodis.
Nam qui [28]) ille [29]) poterit eſſe in tuto, [30]) dic mihi

13) erus, Chremes *) *edit.* ſenex *improbante Bentl.* 14) Bacchidem 15) Bacchidem tecum 16) ſimiliter 17) quam Bacchidem ducere mecum 18) o Syre 19) eſt contrarium 20) intelligis *) *edit* quin *et non diſting.* 21) ut dicas patri tuo Menedemo 22) Antiphilam 23) Bacchidem 24) amicam 25) valde 26) ad faciendum 26 a) Chremem *) *edit. non interrog.* 27) Clitiphonem 28) quomodo 29) Clitipho 30) ſcilicet ſi pater meus hoc prodiderit.

---

22. *quo ore*] i. e. qua fiducia, qua audacia in Phorm. V. 7. 24. *quo redibo ore ad eam.* ibid V. 8. 53. *quo ore illum obiurgabis.* Ovid. epiſt. VI. 145. *quo vultu natos quo me ſcelerate videres.*

28. *recta via*] *recta via rem narrare* idem eſt quod paulò ante, *aperte*, ita ut ſeſe res habet, narrare. v. Broukhuſ. ad Propert. II. 25. 46.

SY. Huic equidem conſilio palmam [31] do. hic [32] me magnifice effero,
Qui vim tantam [33] in me et poteſtatem habeam tantae aſtutiae.
Vera dicendo, ut eos ambos [34] fallam, ut cum narret ſenex
Veſter [35] noſtro [36] iſtam eſſe amicam gnati, [37] non credat tamen.
CL. At enim ſpem iſtoc pacto rurſus nuptiarum omnem mihi eripis,
Nam dum amicam hanc meam eſſe credet, [38] non committet [39] filiam. [40]
Tu fortaſſe quid me [41] fiet, parvi curas, [42] dum illi [43] conſulas.
SY. Quid? Malum, [44] me aetatem [45] cenſes velle id aſſimularier?
Unus eſt dies, [46] dum argentum eripio. Pax. [47] Nihil amplius.
CL. Tantum ſat habes. *) Quid tum quaeſo, ſi hoc pater reſciverit?
SY. Quid ſi redeo [48] ad illos qui aiunt? Quid ſi nunc caelum ruat? [49]

31) i. e. victoriam 32) in hac re 33) calliditatem 34) ſenes 35) Menedemus 36) Chremeti 37) ſui Clitiphonis 38) Chremes 39) non dabit 40) ſuam 41) de me 42) parvi pendas 43) Clitiphoni 44) exclamatio 45) *mutatum in* tandem 46) i. e. uno die diſſimulavit argentum poſſe a Chremete eripere 47) comicum adverbium pro tantummodo *) *edit. interrogat* 48) yronicos 49) quod fieri non poteſt et eſt argumentum ab impoſſibili.

---

31. *me effero*] i. e. me iacto, glorior. Flor. I. 26. *Manlium altius ſe, et incivilius efferentem ab arce deiecit.*

40. *tantum ſat habes*] *tantum* interdum minuit potius quam auget Caeſ. de B. G. VI. 35. *praeſidii tantum eſt ut ne murus quidem cingi poſſit.* Coelius Cic. epiſt. 8. *bellum tantum erit* etc. v. Manut. ad Cic. ad I. 7.

41. *quid ſi*] h. l. et cum indicativo cum ſubiunct. conſtruitur. Scilicet indicativus modus eſt affirmantis, ſubiunctivus

CL. Metuo quid agam. SY. Metuis, qnaſi non ea poteſtas ſit tua,
Quo velis in tempore, ut te exſolvas, rem facias palam. 50)
CL. Age, age, traducatur Bacchis. 51) SY. Optume. ipſa exit foras.

(Actus IV. Scena IV.) BACCHIS. CLINIA. SYRUS. DROMO. PHRYGIA.

BA. 52) Satis pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt,
Decem 53) minas, quas mihi dare pollicitus eſt. Quod ſi is nunc
Me deceperit, ſaepe obſecrans me, ut veniam, 54) fruſtra veniet,
Aut cum venturam 55) dixero et conſtituero, cum is certe
Renuntiarit, Clitipho cum ſpe *) pendebit animi,

50) quod eſt amica Clitiphonis 51) expellatur huc et introducatur in domum patris mei 52) Adhuc dum eſſet Bacchis in domo Chremis indignans, quod Syrus ei mentitus eſſet, dicebat ſecum 53) propter decem 54) ad Clitiphonem 55) me
*) *edit.* in ſpe, *probante Bentl.*

---

optantis vel metuentis. v. Bentl. ad Hor. epiſt. I. 16. 8.

*quid ſi nunc coelum ruat*] proverbium de iis qui omnia timent. v. Erasmi adag.

42. *quaſi non ea poteſtas*] pro quaſi id non ſit in poteſtate tua. Cic. ad Attic. IV. 2. idem in Vatin. c. 17. v. Gronov. ad Sueton. Aug. c. 13.

Act. IV. Scen. 4.

1. *proterve*] i. e. temere, inconſiderate in Hec. III. 5. 53. ubi v. Donat. infra IV. 6. 10.

2. *decem minas quas*] eadem conſtructione, qua in prologo Andriae v. 3. *populo ut placerent quas feciſſet fabulas* v. not.

5. *in ſpe pendebit animus*] h. e. ſollicitus erit dum ſperat me venturam. *Animi pendere* eſt anxium et dubium eſſe. Cic. Tuſc. quaeſt. I. 40. Liv. VII. 30. *quid illis nos ſollicitis ac pendentibus animi renuntiare iubeatis* ubi v. Gronov. et *pendere* ſimpliciter ſic dicitur Plin. VI.

Decipiam ac non veniam, Syrus mihi tergo poenas pendet. [56])
CL. Satis ſcite [57]) promittit tibi. [58]) SY. Atqui tu hanc iocari credis?
Faciet [59]) niſi caveo. BAC. Dormiunt, ego pol iſtos commovebo.
Mea Phrygia [60]) audiſtin modo [61]) homo iſte quam villam demonſtrarit? *)
Charini? [61 a]) PHR. [62]) Audivi. BA. Proximam eſſe huic fundo ad dextram? [63])
PH. Memini. BA. Curriculo percurre, apud eum [64]) miles [65]) Dyoniſia *) [66]) agitat.
SY. Quid haec *) incoeptat? BA. Dic [67]) me hic oppido [68]) eſſe invitam atque adſervari. [69])
Verum aliquo pacto verba me his [70]) daturam eſſe et venturam. [71])
SY. Perii hercle. Bacchis [72]) mane, [73]) mane. Quo mittis iſtanc [74]) quaeſo? *)

56) ſolvet 57) pulchre. docte 58) yronicos Clinia dicit Syro: o Syre 59) quod minatur 60) o Phrigya 61) ficte hoc dicebat *) *edit. non interrogat.* 61 a) villam. vel; 62) ipſa ſibi reſpondit 63) vel; 64) fundum 65) noſter amicus *) *edit.* Dionyſio 66) Dyoniſia feſta Liberi patris *) *edit. omitt.* haec *improbante Bentl.* 67) militi 68) valde 69) expectari illum 70) Clitiphoni et Syro 71) ad illum poſtea. 72) o Bacchis 73) expecta 74) Phrygiam *) *edit. ponit ſignum interrogationis poſt* iſtanc *improbante Bentl.*

---

6. Sen. de Benef. VI. 16. ubi v. Gronov.

7. *promittet tibi*] Ut *minari* interdum pro *promittere* dicitur, ſic *promittere* pro *minari.* Virgil. Aen. II. 95. ubi v. Serv.

8. *dormiunt*] i. e. ſecuri ſunt, nihil curant minas meas. in Phorm. V. 8. 18.

11. *curriculo percurrit*] h. e. celeriter, non intermiſſo curſu currit. Plaut. in Epid. I. 1. 12. *curriculo occoepi ſequi* in Mil. II. 6. 43.

*agitat*] *agitare* eſt celebrare in Hec. I. 2. 18. Ovid. Metam. VII. 431. *agitant convivia patres* ubi v. Burmann. Sil. Italic. XV. 4. 20. ubi plura Drak.

12, *aſſervari*] i. e. invitam

Iube maneat. BA. Abi. 75) SY. Quin eſt paratum 76) argentum. BA. Quin ego hic *) maneo.
SY. Atqui iam dabitur. BA. Ut lubet. Num 76 a) ego inſto? SY. At ſcin quid ſodes?
BA. Quid? SY. Transeundum tibi eſt ad Menedemum et tua pompa 77)
Eo transducenda *) eſt. BA. Quam rem agis? Scelus. 78) SY. Egon? argentum cudo
Quod tibi dem. BA. 79) Dignam me putas, quam illudas? 80) SY. Non eſt temere. 81)
BA. Etiamne tecum hic res mihi eſt? SY. Minime; tuum tibi reddo. 82)
BA. Eatur. 83) Sequere hac. Heus Dromo. 84) DROMO. Quis me vult? SY. Syrus. DR. Quid eſt rei?
SY. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere.
DR. Quamobrem? SY. Ne quaeras. Et ferant *) quae ſecum huc attulerunt.
Sperabit ſenex 85) ſumptum 86) ſibi levatum eſſe harunc 87) abitu.
Ne ille haud 88) ſcit hoc paululum lucis 89) quantum ei dampni 90) apportet.

75) o Phrigya 76) quod tibi promiſi *) *edit. omitt.* hic *probante Bentl.* 76 a) Exactio a me tibi fit nulla 77) tuae ancillae *) *edit.* traducenda *probante Bentl.* 78) exclamatio 79) iraſcendo 80) vel; 81) quod tibi dico 82) argentum 82) ſcilicet a me in domum Menedemi 84) o Dromo *) *edit.* efferant, *probante Bentl.* 85) noſter Chremes 86) expenſam 87) pro harum 88) ne haud. pro nequaquam hic poſitum. *Neſcivit gloſſator* ne *ſcribi pro* nae, *ut habet edit.* 89) vel lucri *ſic edit.*

---

teneri. Liv. XXIV. 45 *nocte clauſum aſſervabant*; in Andr V. 2. 24.

17. *pompa*] i. e. comitatus ancillarum. Plaut. in Curcul. I. 1. 2. mox v. 22. pompam vocat *ancillas omnes.*

18. *traducenda*] *ducere* et *traducere* proprie de pompa di-

Tu neſcis [91]) id quod ſcis Dromo ſi ſapies. DR.
Multum [92]) dices [93])

(Actus IV. Scena V. CHREMES. SYRUS.)

CH. Ita me Di amabunt, ut nunc Menedemi vicem
Miſeret me, tantum [94]) deveniſſe ad eum mali.
Illancine mulierem [95]) alere [96]) cum illa familia?
Etſi ſcio [97]) hoſce aliquot dies non ſentiet.
Ita magno deſiderio fuit ei filius.
Verum ubi videbit tantos ſibi ſumptus domi
Cotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum ut abeat ab ſe filius.
Syrum optime eccum. SY. Ceſſo hunc adoriri? [98])
CH. Syre. [99]) SY. Hem!
CH. Quid eſt? SY. Te mihi ipſum iam dudum exoptabam dari.
CH. Videre [1]) egiſſe iam neſcio quid cum ſene. [2])
SY. De illo quod dudum? [3]) dictum ac factum reddidi.

90) quod iſtae morabuntur in domo Menedemi. vel dampnum 91) neſcire te ſimulabis 92) *mutatum in* mutum. *Sic edit.* 93) i. e. me multa ſapere. 94) Bacchidem cum comitatu ſuo 95) Bacchidem 96) Menedemus 97) etſi bene ſcio 98) aggredi dominum 99) o Syre 1) videris mihi 2) Menedemo de fraude 3) ſcilicet tu mihi dixeris.

---

cuntur Ov. Metam. XIII. 699. Sueton. in Calig. c. 15.

Act. IV. Scen. 5.

1. *Menedemi vicem miſeret me*] de hac conſtructione v. Perizon. ad Sanctii Minerv. II. 3. 167.

3. *familia*] i. e. ſervis et ancillabus Phaedr. III. 19. 1. ubi v. interpretes.

6. *ſumtus domi cotidianos fieri*] Bentl. eleganter legit *ſumtus domi cotidiano fieri.* Veteres ſaepe pro *quotidie* dicebant *quotidiano* intelligentes *tempore.* v. quae diximus ad Rutil. Lup. I. 11. verumtamen ſervari poteſt vulgata lectio. Nam ſaepe bina vel tria epitheta ſine copula iunguntur a Terentio in Andr. IV. 5. 35 v. Burm. ad Sueton. Aug. c. 81 et ad Lucan. X. 229.

CH. Bonan fide? SY. Bona hercle. CH. Non poſſum pati, 4)
Quin tibi caput demulceam. 5) Accede huc Syre.
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens. 6)
SY. At ſi ſcias quam ſcite mihi in mentem venerit.
CH. Vah. Gloriare 7) eveniſſe 8) ex ſententia? 9)
SY. Non hercle vero. 10) Verum dico. CH. Dic quid eſt.
SY. Tui 11) Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia. Et ea gratia
Secum adduxiſſe, ne tu id perſentiſceres. 12)
CH. Probe. SY. Dic ſodes. CH. Nimium inquam. SY. Immo ſic ſatis? *)
Sed porro auſculta quod ſupereſt fallaciae.
Seſe 13) ipſe dicet tuam vidiſſe filiam, 14)
Eius ſibi complacitam formam, poſtquam aſpexerit.
Hanc ſe *) cupere uxorem. CH. Modon 15) quae inventa eſt? SY. Eam,
Et quidem iubebit poſci. CH. Quamobrem iſtuc Syre?
Nam prorſus *) nihil intelligo. SY. Hui, tardus es.

4) ſufferre 5) oſculando te 6) etiam libenter 7) gloriaris 8) quod volebas 9) ex voluntate 10) glorior 11) filii 12) id quidem ſentis ſi bene egerit *) *edit.* ſi ſcias *improbante Bentl.* 13) Clinia 14) Antiphilam *) *edit. omitt.* ſe *probante Bentl.* 15) amat illam *) *edit.* prorſum, *improbante Bentl.*

---

13. *bona fide*] i. e. ſerio, vere. Flor. II. 1. p. 224. ubi v. Duker. *non poſſum pati*] i. e. non poſſum durare; quod elegans loquendi genus illuſtravimus ad Eun. I. 1. 7.

14. *caput demulceam*] i. e. manum per alicuius caput tractim ducere, quod blandientes facere ſolent.

15. *faciam boni tibi aliquid*] hac formula utuntur qui quod ab altero factum eſt, ſibi gratum eſſe oſtendunt in Ad. V. 5. 6.

CH. Fortaſſe. SY. Argentum dabitur ei [16]) ad nuptias,
Aurum atque veſtem. [17]) qui [18]) teneſne? CH. Comparet. *)
SY. Id ipſum. CH. At ego illi nec do, nec deſpondeo. [19])
SY. Non, quamobrem? CH. Quamobrem me rogas? Homini? [19a])
SY. Ut lubet; non ego perpetuam [20]) dicebam ut illam illi dares,
Verum ut ſimulares. CH. Non mea eſt ſimulatio; [21])
Ita tu iſtaec tua [22]) miſceto ne me ammiſceas.
Egon *) cui daturus non ſim, **) ut ei deſpondeam?
SY. Credebam. CH. Minime. SY. Scite poterat fieri; [23])
Et ego hoc quia dudum tu tanto [24]) opere *) iuſſeras [25])
Eo [26]) coepi. CH. Credo. SY. Caeterum equidem iſtuc Chreme,
Aequi boniqe facio. CH. Atqui. Tum *) maxime
Volo te dare operam ut fiat, verum alia via. [26a])
SY. Fiat; quaeratur aliud. [27]) Sed illud quod tibi

16) filiae tuae 17) poſtulat 18) *litura unius literae vel ſigni interrog. poſt* i, *eum gloſſa* quomodo *mutata in* quo *) *edit. interrogat.* 19) promitto 19a) ſcilicet fugitivo dabo filiam meam 20) *mutatum in* perpetuo *ſic edit.* 21) vel? *quod ſignum ſtare poteſt, ſi legitur antea* num 22) ſcilicet conſilia *) *edit.* ego **) *edit.* ſum *improb. Bentl.* 23) ut aliquam fallaciam infererem cum Menedemo et filio eius. 24) i. e. multo *) *edit.* tantopere 25) mihi 26) ideo *) *edit.* cum *et ſine diſtinct. poſt* atqui 26a) ratione 27) conſilium.

---

34. *non mea eſt ſimulatio*] legendum eſt *non meum eſt ſimulatio* ut meliores libri habent, in deterioribus legitur *non mea eſt ſimulatio.* v. Notata ad III. 2. 38.

40. *aequi boniqne facio*] i. e. contentus ſum iis quae facis. De hac formula v. Perizon. ad S Min. II 3 p. 166.

47. *verum*] Bentl edidit *vere*, ſed verum aliquando pro *vere*

Dixi de argento, quod iſta 28) debet Bacchidi,
Id nunc reddendum 29) eſt illi, 30) neque tu ſcilicet
Eo nunc confugies. 31) Quid mea? 32) Num mihi
datum eſt? 33)
Num iuſſi? 34) Num illa 35) oppignorare filiam
Meam 36) me invito potuit? Verum 37) illud Chreme
Dicunt: Ius ſummum 38) ſaepe ſumma malitia eſt.
CH. Haud 39) faciam. SY. Immo aliis ſi licet, 40)
tibi non licet.
Omnes te in lauta et bene acta parte reputant. 41)
CH. Quin egomet iam ad eam 42) deferam. 43) SY
Immo filium
Iube potius. CH. Quam ob rem? SY. Quia enim
in hunc ſuſpicio eſt
Translata amoris. CH. Quid tum? SY. Quia vi
debitur
Magis veriſimile id eſſe, 44) cum hic illi 45) dabit,
Et ſimul conficiam facilius quod ego volo. 46)

28) Antiphila filia tua 29) Fraudulenter per hoc domino ſuo ar gentum volebat extorquere, ut illud poſſet dare Bacchid nam ei promiſerat. Scriptum ante dederat Antiphila Bacchid pro X dragmis quas ei debebat 30) Bacchidi 31) ut non fa cias 32) ſcilicet intereſt, aut quid ad me pertinet 33) ſcili cet illud argentum 34) ita agere 35) Bacchis 36) apu anum 37) veraciter 38) Plerumque qui maximus veridicus eſt incidit in culpam et tu maxime culpaberis, ſi in iuſtitiam ager volueris 39) non 40) male facere 41) inter puros homine te computant 42) Bacchidem 43) argentum 44) quod ami ca eius ſit 45) Bacchidi 46) nuptias.

---

ponitur. Liv. XXXV. 19. *id me verum dicere, pater Hamilcar et Dii teſtes ſunt.*

50. *omnes te in lauta*] Palmarius legit *omnes te in lauta et bene uncta putant*, quae coniectura placet Burmanno ad Petron. c. 43. ſed non mutanda vox *aucta*. Nam recta et latin ſunt *augeri opibus*, *auctus re fortuna* etc. Flor. IV. 2. 10. *vel let auctiores opes* ubi v. Duker Verum vox *parte* merito ſuſpe cta eſt viris eruditis. Bentl. repo nit *et bene aucta re putant* u Horat. epiſt. I. 16. 68.

Ipſe adeo adeſt. 47) Abi, 48) effer argentum. CH. Effero.

(Actus IV. Scena VI.) CLITIPHO. SYRUS.

CL. 49) Nulla eſt tam facilis res, quin 50) difficilis fiet,
Quam invitus facias. Vel me haec deambulatio, 51)
Quam 52) non laborioſa ad languorem dedit.
Nec quicquam nunc magis metuo, quam ne denuo
Miſer aliquo 53) extrudar hinc, ne 54) accedam ad Bacchidem
Et 55) te omnes quidem Dii Deaeque quantum eſt 56) Syre, 57)
Cum tuo *) iſtoc invento 58) cumque incoepto perduint. 59)
Huiusmodi *) res ſemper comminiſcere, 60)

47) filius tuus Clitipho praeſens adeſt 48) Chremes. 49) Dum praeciperet Chremes Clitiphoni ut ferret argentum Bacchidi, iuxta quod Syrus dederat conſilium, triſtabatur Clitipho, ignorans cauſa ſui hoc agere Syrum. Secum 50) ut non 51) i. e. tranſitio ad Bacchidem 52) quantum non enit (?) longe pergit (?) 53) ſcilicet modo a Bacchide 54) vel nec 55) *mutatum in* ut *ſic edit. probante Bentl.* 56) ſcilicet poſſe eſt illis 57) o Syre *) *edit. omitt.* tuo *improbante Bentl.* 58) conſilio 59) perdant *) *edit. addit.* mihi *probante Bentl.* 60) comminiſceris.

---

Act. IV. Scena 6.

2. *vel haec deambulatio*] particula *vel* eleganter ſignificat *ut alia omittam, ut de aliis taceam.* in Hec. I. 1. 3. v. Broukhuſ. ad Tibull. I. 9. 60.

3. *ad languorem dedit*] i. e. languidum fecit Plaut. in Alin. III. 2. 28. *ubi ſaepe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores.* Similia ſunt apud Plautum *dare in timorem,* etc. v. Schulting. ad Sen. controverſ. II. 204.

6. *quantum eſt*] i. e. quotquot ſunt. Catull. carm. 3. *quantum eſt hominum venuſtiorum* in Phorm. V. 7. 10. Sic *quicquid* dicitur pro *quicunque* Hor. Epod. V. 1. *O Deorum quicquid in coelo regit.* Liv. III. 25. *quicquid Deorum eſt.* v. Drakenb. ad Liv. XXXII. 37.

Ubi me excarnifices. [61] SY. I tu hinc quo dignus es,
Quam pene tua me perdidit protervitas.
CL. Vellem hercle factum, [62] ita meritus. [63] SY. Meritus, quomodo?
Ne me iſtuc ex te prius audiviſſe gaudeo,
Quam argentum haberes quod daturus iam fui? *)
CL. Quid igitur tibi vis dicam? Abiſti, mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.
SY. Iam non ſum iratus, ſed ſcin ubi nunc ſit tibi
Tua Bacchis? CL. Apud nos eſt. **) SY. Non. CL. Ubi ergo? SY. Apud Cliniam.
CL. Perii. SY. Bono animo es. [64] iam argentum ad eam deferes,
Quod ei pollicitus. [65] CL. Garris. unde? [66] SY. A tuo patre.
CL. Ludis [66 a] fortaſſe me. SY. Ipſa re experibere. [67]
CL. Ne [68] ego homo ſum fortunatus. Deamo te [69] Syre. [70]
SY. Qua cauſa id fiat obſecundato [71] in loco. *)
Sed pater egreditur, cave quicquam ammiratus ſies.
Quod imperabit facito. Loquitor paucula. [72]

61) crucies 62) te eſſe perditum 63) es *) vel; *ſic edit.* **) *ed omitt.* eſt *et in cod. addit. poſtea* 64) ſis 65) es pollicitus 66) id 66 a) deludis 67) probabis 68) nonne. *Nunquam librarius* ne *habuit pro* nae, *quanquam ita eſt, ne de MSS dicam, in edit. Bentl.* 69) valde amo te 70) o Syre 71) obediens eſto mihi *) *verba* obſ. in loco *et ſeq. verſu* cave q. a. ſ. *transponuntur in edit. Zeun. contra auctoritatem editionis Weſterh. qui verſus ordinat, ut in MS.* 72) ne in verbo capiaris.

---

9. *ubi me*] i. e. quibus rebus.

20 *experibere*] antique pro *expericre* ut ſcilicet ſequente v. 5. *opperibere* pro *opperiere*.

23 *obſecundato*] *obſecundare* eſt dicere et facere omnia ad voluntatem Plaut. in Truc. IV. 2. 3. v. Burmann. ad Ovid. art. amator. I. 584.

(Actus IV. Scena VII. CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.)

CH. Ubi Clitipho nunc eſt? SY. Eccum me. Inque. 73) CL. Eccum hic tibi. 74)
CH. Quid rei eſſet dixtin huic? 75) SY. Dixi pleraraque omnia.
CH. Cape 76) hoc argentum ac defer. SY. Ei 77) *) quid ſtas lapis?
Quin accipis? CL. Cedo 78) ſane. SY. Sequere me hac nunc *) ocius.
Tu hic 79) nos dum eximus interea opperibere. 80)
Nam nihil eſt illic 81) quod moremur diutius.
CH. 82) Minas iam decem habet a me filia,
Quas ornamentis 83) *) eſſe nunc duco 84) datas
Haſce 84 a) ornamentis 85) conſequentur alterae 86)
Porro haec 87) talenta dotis adpoſcent 88) duo.

73) dic 74) ecce illum hic tibi i. e. me 75) o Syre 76) o Clitipho 77) adverbium hortantis *) *edit.* ii 78) conſentio *) *edit. omitt.* num *probante Bentl.* 79) o Chremes 80) opperiberis. expectabis 81) apud Bacchidem 82) ſecum loquitur 83) ad ornamenta *) *edit.* pro alimentis *probante Bentl.* 84) indico 84 a) X minas 85) ad ornamenta datas 86) minae 87) XX minas [*lege* minae.] 88) expectant.

---

Act. IV. Scen. 7.

3. *lapis*] convicium eſt in hominem ſtolidum ut infra V. 1. 4.

8. *duco*] i. e. puto, exiſtimo. v. Drakenb. ad Liv. IX. 22.

9. *Haſce ornamentis conſequentur alterae*] i. e. mox aliae X minae Bacchidi pro ornamentis ſolvendae ſunt. Sic locum egregie explicuit Bentl. Ornamentorum nomine comprehendi poteſt omnis ſuppellex muliebris. v. Briſſon. de verbor. ſignificat.

10. *Porro haec talenta dotis*] nullus in vulgata lectione ſenſus eſt, ut eo facilius admittenda videatur Bentleii emendatio: *porro haec talenta dotis adpoſcet duo;* haec ſcilicet filia mea iam reperta. Genitivus *dotis* pendet non a *talenta* ſed ab omiſſa voce *cauſa* vel *nomine*. Plaut. in Perſa III. 1. 66, *dabuntur dotis tibi inde ſexcenti logi*. Nepos in Alcib. c. 9. *ex quo L talenta vectigalis capiebat*. Perizon. ad S. Min. II. 3. p. 169. Duker. ad Liv. III. 5. 6. et virum doctum in Obſervat. miſcellan. novis T. II. p. 44.

Quam multa iniuſta ac prava fiunt moribus.
Mihi nunc 89) relictis rebus inveniundus eſt
Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.

(Actus IV. Scena VIII. CHREMES. MENEDEMUS.)

MEN. 90) Multo omnium me nunc fortunatiſſimum
Factum puto eſſe gnate, cum te intelligo
Reſipiſcere *) 91) CH. Ut 92) errat. MEN. Te ipſum quaerebam Chreme;
Serva quod 93) in te eſt, filium et me et familiam.
CH. Cedo, 94) quid vis faciam. 95) MEN. Inveniſti hodie filiam.
CH. Quid tum? MEN. Hanc uxorem ſibi dari vult Clinia. 96)
CH. Quaeſo quid *) hominis es? 97) MEN. Quid? *) CH. Iamne oblitus es,
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,

89) iraſcendo [*ſcilicet* loquitur Chremes] 90) Congratulatur filio ſuo Cliniae quod poſt ſcortum ad eum reverſus ſit *) *edit.* reſipiſſe *probante Bentl.* 91) a ſtultitia 92) quomodo 93) quantum 94) dic 95) ego 96) filius meus *) *edit. addit.* tu *improbante Bentl.* 97) qui ita palam loqueris *) *ed. add.* eſt *improb. Bentl.*

---

11. *quam multa etc* ] meliorem huius loci lectionem conſervavit Eugraphius et ex eo reſtituerunt viri doctiſſimi *quam multa iuſta iniuſta fiunt moribus* i. e. quam multa ſive iuſta ſive iniuſta fiunt moribus et in communi vita dominantur. in Ad. V. 9. 33.

Act IV. Scen. 8.

3 *Reſipiſſe* ] antique pro *reſipuiſſe* Sic *ſapiſſet* pro *ſapuiſſet* apud Plaut. in Rudente IV. 1. 8. De verbis, quae duplicem coniungationem habent v. Voſs. de analog. III. 35. Reſipiſcere eſt ad meliorem mentem redire.

4. *quod in te eſt* ] pro *quantum in te eſt*. *Qui* pro *quantus* non ſemel ſupra vidimus III. 1. 7.

7. *quid tu hominis es* ] recte monet Donatus magis iniurioſe dici *quid hominis es* quam *quis homo es*. in Hec. IV. 4. 21. v. Perizon. ad S. Min. IV. 4. p. 617.

Ut ea via 98) abs te argentum auferretur? MEN. Scio.
CH. Ea res nunc agitur ipſa. MEN. Quid dixti Chreme?
Erravi *)
CH. Equidem haec 99) quae apud te eſt, Clitiphonis 1)
Eſt amica. MEN. Ita aiunt. CH. Et tu credis omnia? *)
Et illum 2) aiunt velle uxorem, ut cum deſponderim 3)
Des, 4) qui aurum et *) veſtem atque alia quae opus ſunt comparet.
MEN. Id eſt profecto? **) 5) Id amicae 6) dabitur? *) CH. Scilicet
Daturum. 7) MEN. Vah. fruſtra ſum igitur gaviſus 8) miſer.
Quidvis 9) tamen iam malo, 10) quam hunc amittere.
Quid nunc renuntiem 11) abs te reſponſum Chreme?
Ne ſentiat me ſenſiſſe 12) atque aegre ferat?
CH. Aegre. nimium illi Menedeme indulges. MEN. Sine,
Incoeptum eſt; perfice hoc mihi perpetuo 12a) Chreme.
CH. Dic 13) conveniſſe, egiſſe te de nuptiis. 14)
MEN. Dicam. quid deinde? CH. Me facturum omnia eſſe 15)

98) caute *) *edit. add.* res acta quanta de ſpe decidi. *Quanquam haec verba in contextu codicis deſunt, leguntur tamen tanquam gloſſa ad* Ea res nunc etc. 99) Bacchis 1) filii mei *) *edit. tribuit* omnia *Menedemo improb Bentl.* 2) Cliniam filium meum 3) ei filiam meam 4) illi *) *edit.* ac **) *edit. non interrogat, prob. Bentl.* 5) haec cauſa eſt 6) filiae tuae *) *edit non interrogat prob. Bentl.* 7) te eſſe conſtat 8) de reditu filii mei ſi mea bona in eius nuptiis expendam 9) quidlibet 10) magis volo pati 11) filio meo 12) dure ferre ſuam expenſam 12a) continuatim 13) ſimul nos 14) mecum 15) eſſe *poſtea additum.*

Genererum placere, poſtremo etiam ſi voles,
Deſponſam [16]) quoque eſſe dicito. MEN. Em. iſtuc volueram.
CH. Tanto ocius [17]) te ut poſcat, [18]) et tu id quod cupis, [19])
Quam [20]) ociſſime [21]) ut des. MEN. Cupio. CH. Ne [22]) *) tu propediem [23])
Ut iſtam rem video, iſtius [24]) obſaturabere.
Sed haec iſta ut *) ſunt, cautim et paulatim dabis,
Si ſapies. MEN. Faciam. CH. Abi intro; vide quid poſtulent [25]) *)
Domi ero, ſi quid me voles. MEN. Sane volo.
Nam te ſciente faciam quicquid egero.

(Actus V. Scena I. MENEDEMUS. CHREMES.)

MEN. Ego me non aſtutum, [25 a]) neque ita [26]) perſpicacem [27]) eſſe, id *) certe [28]) ſcio;
Sed hic adiutor meus et monitor, et praemonſtrator Chremes

16) deſponſatam 17) age 18) filius 19) age 20) quanto 21) cupis 22) timeo ne forte *v. ſupra* p. 342. *) *edit.* nae 23) proximo tempore 24) filio *) *edit.* Sed ut uti iſtaec *Bentl. profert* haec ut ut 25) filius meus et filia tua *) *edit.* poſtulet *probante Bentl.* 25 a) tam aſtutum. *Sic edit. probante Bentl.* 26) eſt tam 27) ſicut neceſſe erat *) *edit. omitt.* id 28) vel certo.

27. *te ut poſcat*] ſcilicet argentum. Poſcere cum duplici accuſat. conſtruitur. Liv. I. 24. *ſagmina te, rex, poſco.* ubi v. Drakenb.

29. *iſtius obſaturabere*] i. e. iſtius ad faſtidium usque ſatur eris. Plaut. in Sticho I. 1. 17. *hae res vitae me ſaturant.* Saturare his locis cum genitivo conſtruitur, ut adiectivum *ſatur.*

33. *te ſcientem faciam*] i. e. faciam ut ſcias in Andr. III. 2. 28.

Act. V. Scen. 1.

1. *non tam aſtutum*] i. e. non valde, non magnopere aſtute. v. in Ad. II. 4. 14.

2. *praemonſtrator*] i. e. praeceptor Plaut. in Perſa I. 3. 68. *praemonſtra docte.*

Hoc [29]) mihi praeſtat. In me quid vis [30]) harum rerum convenit,
Quae ſunt dicta in ſtultum, caudex, [31]) ſtipes, aſinus, plumbeus [32])
In illum [32 a]) nihil poteſt. [33]) Nam exſuperat eius ſtultitia [34]) haec omnia. [35])
CH. Ohe. Iam deſine Deos uxor gratulando obtundere, [36])
Tuam inventam eſſe gnatam, niſi illos ex tuo ingenio iudicas,
Ut nihil credas intelligere, niſi idem dictum ſit *) centies.
Sed interim quid illic iam dudum gnatus [37]) ceſſat [38]) cum Syro?
MEN. Quos ais homines Chreme ceſſare? CH. Ehem Menedeme [39]) advenis. *)
Dic mihi; Cliniae [40]) quae dixi, nuntiaſtin? MEN. Omnia [40 a])
CH. Quid ait? [41]) MEN. Gaudere adeo occoepit *) quaſi qui cupiunt nuptias.
CH. Ha. Ha. He. MEN. Quid riſiſti? CH. Servi venere in mentem [42]) Syri
Calliditates. MEN. Itane? CH. Vultus quoque hominum [43]) fingit. [44]) *) Scelus. [45])

29) conſilium 30) quidlibet 31) truncus. arbor 32) Elogia in ſtultum 32 a) Chremem 33) tale, *a prima manu textui inſertum* 34) pro prudentia 35) elogia ſtulti 36) inportuna eſſe vel hebetare *) *ed.* eſt 37) noſter 38) moratur 39) o Menedeme *) *edit. interrogat* 40) filio tuo 40 a) renuntiavi 41) Clinia *) *edit.* coepit 42) meam 43) imitando 44) Syrus *) *ed. non diſting.* 45) exclamatio.

---

4. *Quae ſunt dicta in ſtultum*] Bentl. e binis codd. legit *quae ſunt dictae*, quia *res* praeceſſit. Verum vulgata lectio non mutanda, nam ſaepe feminina res poſt ſe habet diverſum genus Eun. V. 5. 28. v. Duker. ad Liv. I. 3.

6. *gratulando*] *gratulari* eſt proprie gratias agere, et gratulationes ſunt gratiarum actiones. v. Graev. ad Cic. ad Div. XI. 18.

14. *vultus quoque hominum fingit ſcelus*] i. e. ſceleſtus ille

MEN. Gnatus [46] quod ſe aſſimulat laetum id dicis? CH. Id. MEN. Itidem *) iſtuc mihi
Venit in mentem. CH. Veterator. [47] MEN. Magis ſi magis noris putas *)
Ita rem eſſe. [48] CH. Ain tu? MEN. Quin tu auſculta. CH. Mane. [49] hoc primum *) ſcire expeto,
Quid perdideris. Nam ubi deſponſatam **) nuntiaſti filio,
Continuo inieciſſe verba [50] tibi Dromonem, ſcilicet
Sponſae veſtem, aurum, ancillas opus eſſe, argentum ut dares.
MEN. Non. CH. Quid non? MEN. Non inquam. CH. Neque ipſe gnatus? [51] ME. nihil prorſus Chreme.
Magis unum etiam inſtare, [52] ut hodie conficerentur nuptiae.
CH. Mira narras. quid Syrus meus? Ne is quidem quicquam? MEN. nihil.
CH. Quamobrem? MEN. Neſcio equidem. Sed te miror, *) [53] qui alia tam plane ſcias.
Sed ille quoque tuus *) Syrus, idem mire finxit [54] filium,

46) eo quod *) *edit.* idem 47) impoſtor eſt Syrus *) *edit.* putes 48) impoſtorem illum eſſe 49) expecta *) *edit.* prius **) *edit.* deſponſam 50) ſcilicet ſcio 51) petiit iſta 52) inſtabat *) *edit.* neſcio, equidem miror 53) hoc ignorare *) *edit.* tuum 54) docuit.

---

efficit, ut Clinia vultum ſuum componat, ſimulando quemlibet habitum, ut laetum vel triſtem ſe ſimulare poſſet, ut res poſtulat. Ita hunc locum explicat Io. Rivius. Caeſ. de B. G. I. 39. *hi neque vultum fingere neque interdum lacrimas tenere poterant.*

19. *inieciſſe verba*] i. e. dixiſſe, mentionem feciſſe. *Inii-cere* ſimpliciter ſic eſt apud Cicer. ad Attic. XVI. 5. *Bruto cum ſaepe inieciſſem de ομοπλοια* pro Quintio c. 21. *quod Hortenſium quia nuper iniecit* i. e. cuius obiter mentionem fecit.

25. *finxit filium*] i. e. for-

Ut ne paulum quidem ſubolat *) 55) eſſe amicam hanc Cliniae.
CH. Quid ais? MEN. Mitto iam oſculari 56) atque amplexari; 57) id nihil *) puto.
CH. Quid eſt quod amplius ſimuletur? MEN. Vah. CH. quid eſt? MEN. audi modo.
Eſt mihi in ultimis conclave aedibus quoddam retro.
Huc eſt intro latus 58) lectus; veſtimentis ſtratus eſt.
CH. Quid poſtquam hoc eſt factum? MEN. Dictum ac *) factum; huc abiit Clitipho.
CH. Solus? MEN. Solus. CH. Timeo. MEN. Bacchis conſecuta eſt ilico.
CH. Sola? MEN. Sola. CH. Perii. MEN. Ubi abiere intro, operuere 59) hoſtium. *) CH. Hem.
Clinia haec fieri videbat? MEN. Quidni? una mecum ſimul. 60)
CH. Filii amica eſt Bacchis Menedeme. occidi.

*) *edit.* ſuboleat *improbante Bentl.* 55) alii ſuboleat, manifeſtetur et publicetur. 56) Clitiphonem 57) Bacchidem *) *edit.* nil 58) portatus. *Habuit pro uno verbo* introlatus *) *edit. omitt.* ac 59) clauſerunt *) *edit.* oſtium *ſine litera* h 60) vel? *et poſt* quidni *paulo ante* vel. *Sed utraque V. L. falſa eſt.*

---

mavit. Metaphora ducta eſt ab iis, qui lentam et ſequacem materiam formant. Horat. de Arte poet. v. 366. *voce paterna Fingeris ad rectum.* Statius Silvar. V. 3. 192. v. Caſaubon. ad Perſ. III. pag. 244. et Drak. ad Sil. Italic. I. 441.

26. *ſuboleat mihi*] *ſubolet mihi* ſignificat ſentio, ſuſpicor. Plaut. in Pſeud. I. 5. 7. *atque id iam pridem ſenſi ego et ſubolet mihi.* Eadem metaphora in Ad. III. 3. 43. eſt *olfacere* pro *ſentire.*

29. *in ultimis aedibus*] i. e. in ultima parte aedium.

33. *operuere oſtium*] i. e. clauſerunt in Phorm. V. 3. 33. Contrarium eſt *oſtium aperire.* v. Gronov. ad Tacit. Annal. XII. 6.

34. *mecum una ſimul*] *una* et *ſimul* per pleonasmum iunguntur, ut apud Plaut. in Moſtell. IV. 3. 43. *i mecum una ſimul.*

MEN. Quamobrem? CH. Decem[61] dierum mihi vix eſt familia.
MEN. Quid *) iſtuc times, quod ille[62] operam dat amico ſuo?[63]
CH. Immo[64] quod amicae.[65] MEN. Si dat? *) CH. An dubium id tibi eſt?
Quemquam animo tam communi[66] eſſe et leni putas,
Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam?[67]
MEN. Ah. *) quidni,[68] quo[69] verba facilius dentur mihi?
CH. Derides. Merito mihi nunc ego ſuccenſeo.[70]
Quot res[71] dedere[72] ubi poſſem perſentiſcere,
Ni eſſem lapis; quae vidi. Vae miſero mihi.

61) Vix per decem dies meam potero ſuſtentare familiam poſtquam Bacchis venerit cum comitatu ſuo. *) *edit. interrogat* 62) tuus filius Clitipho 63) eum viſitando, Cliniae 64) timeo 65) ſuae dediſſet operam *) *edit. non interrogat* 66) benevolo 67) corrumpi *) *ed. omitt.* ah 68) ah. he. quid aliter 69) ut 70) reprehendo 71) multa indicia 72) Clitipho et Bacchis.

---

36. *familia*] *familia* interdum ponitur pro re familiari vel patrimonio. Sic in legib. XII. tabularum ſcriptum eſt *pater familias ut ſuper familia pecuniave ſua legaverit, ita ius eſto.* v. Auct. ad Herenn. I 23. Sic apud ICtos *herciſcere familiam* i. e. bona hereditaria dividere. v Ulpian. in lege 195 §. 1. Pandectar. de verbor. ſignific. et Erneſtium in clave Ciceron. v. familia. Ratio inde eſt quod olim magna pars opum ſervis, quos familiam dicebant, conſtabat.

39. *communi*] *communis* eſt modeſtus, nihil praecipuum ſibi tribuens prae aliis, Civilem dicunt Suetonius et alii illius aetatis ſcriptores, Nep. in Att. c. 3. *ſic ſe gerebat ut communis infimis videretur* Lactant. V. 22. v. Iuretum ad Symmachum II. 79. et Graev. ad Ciceron. ad Div. IV. 9. Sed hic ratio verſus exigit *animo comi* non *communi,* quae voces centies inter ſe commutantur. v. Graev. ad Cicer. de Offic. III. 5. et Drak. ad Liv. XXV. 12.

42. *Derides etc.*] Petron. c. 58. abſolute dicit *deridere, aut ego non me novi, aut non deridebis,* ubi v. interpretes.

43. *quot res dedere*] ſcilicet ſe i. e. quot res evenerunt in Hec.

At ne illud haud inultum ſi vivo ferent 73)
Nam iam. 74) MEN. Non tu te cohibes? Non te reſpicis?
Non tibi ego exempli ſatis ſum? 75) CH. Prae iracundia
Menedeme non ſum apud me. MEN. Tene iſtuc loqui? 76)
Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare,
Foris ſapere, 77) tibi non poſſe te auxiliarier?
CH. Quid faciam? MEN. Id quod me feciſſe aiebas; *) parum.
Fac te patrem eſſe ſentiat, fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere et poſcere,
Ne quam aliam quaerat copiam 78) ac te deſerat.
CH. Immo abeat 79) multo malo 80) quovis gentium, 81)
Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem 82)
Nam ſi illi pergam *) ſuppeditare 83) ſumptibus
Menedeme, 84) mihi illaec 85) vere *) ad raſtros res redit.

73) vel? 74) ulciſcar 75) in filio 76) decet 77) ad opus extraneorum *) *edit. non diſting. poſt* aiebas 78) auxilium 79) pergat 80) magis volo 81) ad quaslibet gentes 82) me *) *edit.* pergo 83) ſubminiſtrare 84) Menedeme 85) iſta.

---

III. 3. 20. Liv. XXVIII. 5. *prout tempus ac res ſe daret* ubi v. interpretes.

46. *non te cohibes*] i. e. non contines, non comprimis iram tuam. Sic de dolore Servius Sulpic. ad Cic. IV. 5. *visne tu te cohibere et meminiſſe, hominem te eſſe natum.*

50. *Foris ſapere*] i. e. ſibi non cavere, et aliis conſilium dare ut Phaedr. loquitur I. 9. 1.

54. *copiam*] i. e. rationem inveniendae pecuniae.

55. *multo malo*] pro multo magis volo. in Hec. I. 2. 35. Cic. ad Attic. XV. 15. *domi manere ſi poſſum, multo malo.* Sic *malo potius* in Ad. II. 2. 14. v. Bentl. ad h. l.

57. *ſuppeditare ſumtibus*] dativus *ſumtibus* eodem modo capiendus, quo *relinquere arraboni* ſupra III. 3. 42. v. Periz. ad S. Min. III. 3. p. 386.

58. *mihi vere ad raſtros res redit*] h. e. mihi neceſſario prae egeſtate, non, ut tibi, voluntario prae animi aegritudine, raſtri ſunt ſumendi, ut manibus victum

MEN. Quot incommoda *) tibi **) capies †) niſi caves.
Difficilem oſtendis te eſſe et ignoſces tamen
Poſt, et id erit ††) ingratum. CH. Ah neſcis quam doleam. MEN. Ut lubet.
Quid hoc 86) quod volo ut tua *) nubat noſtro, 87)
Niſi quid eſt quod malis? CH. Immo et gener et affines placent.
MEN. Quid dotis dicam te dixiſſe filio? 88)
Quid obticuiſti? CH. Dotis. MEN. Ita dico. CH. Ah. MEN. Chreme 89)
Ne quid vereare. 90) Si minus; 91) nihil nos dos movet.
CH. Duo talenta pro re 92) noſtra ego eſſe decrevi ſatis.
Sed ita dictu opus eſt, ſi me vis ſalvum eſſe et *) rem et filium 93)
Me mea omnia bona dotis dixiſſe illi. 94) MEN. quam rem agis?
CH. Id emirari *) te ſimulato et illum 95) *) rogitato 96) ſimul,
Quamobrem id faciam. MEN. Quin ego vero quamobrem id facias neſcio.

*) *edit.* vero. *Videtur error typograph.* **) *edit.* incommoditates ***) *edit. omitt.* tibi †) *edit* accipies ††) *edit. omitt.* erit 86) de hoc erit *) *ed.* illa 87) filio 88) meo 89) o Chreme noſter 90) ſi promptiores ſumus ad dotem expoſcendam 91) eſt 92) poſſibilitate *) *edit omitt.* et 93) meum Clitiphonem 94) deputaſſe filio *) *edit.* mirari 95) filium tuum *) *edit. add.* hoc *probante Bentl.* 96) interroga.

quaeram. Reſpicit ad I 1. 36. De vi vocis *vere.* v. Burmann. ad Valer. Flacc. IV. 633.

62. *quid hoc quod volo*] male nonnulli expungunt vocem *hoc.* Nam elegantem idiotismum eſſe docet Gronov. ad Plauti Bacchid. II. 3. 15. ubi ſimiliter eſt *quid hoc? qua cauſa eum hinc in Epheſum miſeram.*

64. *quid dotis dicam*] *dicere dotem* proprie dicitur pro dotem promittere, dotem conſtituere Ovid. Faſtor. VI. 394. *dictas ex inguine dotis opes,* ubi plura Heinſius.

CH. Egone? ut illius *) animum, qui nunc luxuria et laſcivia
Diffluit 97) retundam, et *) redigam 98) ut quo ſe vortat neſciat.
MEN. Quid agis? CH. Mitte 99) ac ſine me in hac re gerere mihi morem. 1) MEN. Sino
Itane vis? CH. Ita. MEN. Fiat. CH. Age iam: uxorem ut accerſat *) praeparet. **)
Hic 2) ita ut liberos 3) eſt aequum dictis confutabitur 4)
Sed Syrum. 5) MEN. Quid 6) eum? CH. Egone? Si vivo adeo exornatum 7) dabo
Adeo depexum, 8) usque 9) ut dum vivat, meminerit ſemper me, 10)
Qui ſibi me pro deridiculo *) ac delectamento putat.

*) *edit.* eius 97) diffunditur *) *edit. omitt.* et 98) illuc 99) dimitte 1) morigerare mihi *) *edit.* arceſſat **) *edit.* paret 2) filius meus 3) ingenuos liberos (*freygebohrne Kinder*) 4) caſtigbiatur 5) flagellis plector 6) ut 7) carentem ornatu 8) laceratum 9) ſemper 10) vel mei *) *edit.* ridiculo *improbante Bentl.*

---

72. *luxuria diffluit*] h. e. luxuria nimis et immodice indulget Cic. de Off. I. 30. *quam ſit turpe diffluere luxuria.* Columella XII. 1. v. Duker. ad Flor. IV. 12. 905.

73. *retundam*] i. e. reprimam ne diffluat luxuria.

*ut quo ſe vertat neſciat*] formula eorum qui conſilii inopes ſunt. in Hec. IV. 1. 1. *perii quid agam? quo me vertam?*

76. *confutabitur*] *confutare* proprie eſt aquam ebullientem reprimere, ne exundet. v. Scalig. ad Feſt. v. *refutare.* metaphorice, reprimere, coercere, caſtigare in Phorm. III. 1. 13. Qui hodie latine ſcribunt, hoc verbo tantum utuntur de ſcholaſticis diſputationibus, ſed veteres multo amplius. Cato. ap. Gell. VII. 3. Cic. de provinc. conſular. c. 13. ad Div. I. 9. v. Gronov. Obſerv. I. 19. 22.

77. *exornatum dabo*] *exornare aliquem* per antiphraſin ponitur pro foedare verberibus, virgis in aliquem animadvertere. Eodem ſenſu in Ad. II. 1. 22.

78. *depexum*] Bentlei. reponit ſimplex *pexum* cuius rationes vide. *Pectere* Comici dicunt pro *flagris caedere.* Plaut. in Men. V. 7. 28. *pecte pugnis.*

79. *pro ridiculo*] pro *ridi-*

Non auderet, ita me Di ament, [11]) facere haec viduae mulieri,
Quae in me fecit.

(Actus V. Scena II. CLITIPHO. MENEDEMUS. CHREMES. SYRUS.)

CL. Itane tandem quaeſo eſt *) Menedeme, ut pater [12])
Tam in brevi ſpatio omnem de me eiecerit animum patris? [13])
Quodnam ob facinus? quid ego tantum ſceleris admiſi miſer?
Vulgo faciunt. [14]) MEN. Scio tibi hoc eſſe gravius multo, ac durius
Cui fit. [15]) Verum ego haud minus aegre patior id, *) qui neſcio [16])
Nec rationem capio, niſi quod tibi ex animo bene volo.

11) iuramentum. *) *edit. omitt.* eſt *improb. Bentl.* 12) meus 13) paternum. 14) Paſſim vulgares homines ita faciunt ut ille 15) ſcilicet ira patris *) *edit. diſtinguit poſt* patior 16) quare condoleam.

---

*culo* nonnulli libri habent *deridiculo*. *Deridiculum* eſt valde ridiculum. Nam praepoſitio *de* ut in aliis compoſitis, ſignificationem intendit. Liv. XXXIX. 26. et ibi Duker.

Act. V. Scen. 2.

2. *eſt ut eiecerit*] per periphraſin comicis uſitatam dicitur pro *eiecit*. Sic in Hec. IV. 1. 44.

4. *vulgo faciunt*] i. e. alii quoque adoleſcentes meretriciis amoribus irretiuntur, quod ille cauſae ſuae prodeſſe putat. Nam multi, ut Cic. ait ad Div. IV. 3. *quod exemplo ſit, id etiam iure fieri putant.*

5. *verum ego haud minus*] hic locus ita diſtinguendus: *Verum ego haud minus patior: id qui neſcio nec rationem capio. id qui* ſignificat cur, quamobrem faciat. v. Bentlei. ad h. l.

CL. Hic patrem aſtare aiebas? MEN. Eccum. CH. Quid me incuſas [17]) Clitipho? [18])
Quicquid ego huius [19]) feci, tibi proſpexi et ſtultitiae tuae.
Ubi te vidi eſſe animo omiſſo [20]) et ſuavia in praeſentia
Quae eſſent, prima [20a]) te habere, neque conſulere in longitudinem,
Cepi rationem, ut neque tu egeres, neque ut haec poſſes perdere.
Ubi cui decuit [21]) primo [22]) tibi non licuit per te mihi dare [23])
Abii ad proximos tibi qui erant, [24]) eis commiſi et credidi. [25])
Ibi tuae ſtultitiae ſemper erit praeſidium Clitipho. [26])
Victus, [27]) veſtitus, quo in tectum te receptes. CLIT. Ei [28]) mihi!
CH. Satius eſt [29]) quam te ipſo [30]) haerede haec [31]) poſſidere Bacchidem.

17) apud Menedemum 18) o Clitipho 19) rei 20) diſſoluto 20a) praecipua et optima 21) cuique decuiſſet 22) maxime 23) calumniam 24) proximi 25) omnia bona mea 26) o Clitipho 27) id eſt victus 28) vae 29) melius ita factum eſſe 30) exiſtente 31) omnia.

---

7. *incuſas*] Servius ad Aen. I. 410. notat *incuſare*, proprie eſſe ſuperiorem arguere, *accuſare*, parem vel inferiorem. Sed hoc diſcrimen nihili eſt. v. Drak. ad Liv. IX. 11.

9. *animo omiſſo*] h. e. negligenti, diſſoluto. Auctor ad Herenn. IV. 37. *animis eſtis ſimplicibus et manſuetis* ubi v. cl. Erneſtum, qui praefert lectionem codicis, qui addit *et omiſſis*. Sic in Ad. V. 3. 45. Sueton. in Tiber c. 52. *animi fluxioris*.

10. *prima habere*] i. e. praecipue curare in Ad. V. 4. 4.

*conſulere in longitudinem*] i. e. conſulto agere quae proſunt in longum tempus. *Conſulere* exquiſite dicitur pro rem bene gerere, conſulto agere. Cato ap. Gell. VII. 3. Liv. XXI. 16. ubi v. Gronov.

SY. Diſperii; [32]) ſceleſtus quantas turbas [33]) concivi [34]) inſciens [35])
CL. Emori cupio. CH. Prius quaeſo diſce quid ſit vivere.
Ubi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſtoc [36]) utitor.
SY. Ere, licetne? [37]) CH. Loquere. SY. At tuto? CH. Loquere. SY. Quae iſta eſt pravitas
Quaeve amentia eſt, [37a]) quod peccavi ego, id obeſſe huic? [38]) CH. I. licet. *) [39])
Ne te [40]) admiſce. nemo accuſat Syre [41]) te, [42]) nec tu aram tibi [43])
Neque precatorem paraveris. *) SY. Quid agis? CH. Nihil ſuſcenſeo [44])
Nec tibi nec huic, *) nec vos eſt aequum quod facio mihi [45])
SY. Abiit. [46]) Rogaſſe vellem. [47]) CL. Quid? SY. Unde mihi peterem cibum?

32) valde perii 33) turbationes 34) commovi 35) quid mihi eveniret 36) morte 37) loqui 37 a) vel? 38) nocere filio tuo *) *edit.* ilicet 39) pro ilico 40) ne te o Syre 41) o Syre 42) ſi te admiſceas 43) ad quam confugias, paraveris *) *edit.* pararis 44) i. e. ſubtiliter tracto, praeiudico. *) *edit.* tibi 45) ut mihi ſuſcenſeatis 46) receſſit pater tuus. 47) vellem eum interrogare.

---

17. *turbas concivi*] i. e. concitavi. Liv. II. 29. *non miſeriis ſed licentia tantum concitum turbarum.* ubi v. Drakenb.

20. *pravitas*] i. e. perverſa agendi ratio.

22. *nec tu aram tibi nec precatorem*] i. e. non opus eſt, ut in aram confugias, aut mittas, qui pro te deprecetur. Olim ſervi ſupplicium metuentes in aram confugiebant aut precatorem, qui iratum dominum mitigaret, ſibi parabant. Plaut. in Moſtell. V. 1. 45. Quoniam vero etiam alii ſupplices ad aras tanquam aſyla confugere ſolebant, *ara* pro profugio dici coepit. Cic. de Nat. Deor. III. 10. *tanquam in aram confugitis ad Deum.* Ovid. epiſt. I. 110. *tu citius venias portus et ara tuis* ubi v. Heinſ. adde Lindenbrog. ad h. l. *Precator* idem eſt qui *deprecator* in Phorm. I. 2. 90. Plaut. in Pſeud. II. 2. 12. v. interpr. ad Petron. c. 131.

Ita nos 48) alienavit ſibi. 49) iam eſſe ad ſororem 50) intelligo. 51)
CL. Adeon rem 52) rediſſe, ut periculum etiam fame 53) mihi ſit Syre? 54)
SY. Modo liceat vivere, eſt ſpes. CLIT. Quae? SY. Nos eſurituros ſatis. 55)
CL. Irrides in re tanta, neque me quicquam conſilio adiuvas?
SY. Immo et ibi nunc ſum, et usque dudum id egi, dum loquitur pater.
Et quantum ego intellegere poſſum. 56) CL. Quid? SY. Non aberit longius.
CL. Quid id ergo? SY. Sic eſt. non eſſe horum 56 a) te arbitror. CL. Quid iſtuc Syre?
Sat inſanus *) es? SY. Ego dicam, quod mihi in mente eſt. tu diiudica.
Dum illis 57) fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio
Quae propior eſſet te, *) indulgebant, 58) tibi dabant. 59) Nunc filia

48) ſuos ſervos 49) vel tibi. *Sic edit. quae interpungit poſt* alienavit, *probante Bentl.* 50) tuam 51) eum proveniſſe 52) putas 53) cum fame vel a fame. *Haec eſt lectio codicis veterrimi apud Bentl.* 54) o Syre 55) magnam inediam paſſuros 56) tantum laborabo 56 a) filium*) *edit.* ſatin ſanus *probante Bentl.* 57) patri et matri *) *edit. diſting. poſt* eſſet *probante Bentl.* 58) tibi 59) otium ut poſtulares quae velles.

---

26. *nos alienavit*] *alienare* et *abalienare* ſignificat alienos reddere et e familia eiicere. v. interpr. ad Liv. XLI. 8. Sic infra V. 4. 6. *alienus*, qui non pertinet ad familiam.

27. *periculum famae*] *famae* eſt genitiv. obſoletus pro famis. v. Gell. IX. 14. et Bentl. ad h. l.

30. *ibi nunc ſum*] i. e. in eo ſum, id ago: quam formulam ſupra explicuimus.

31. *non aberit longius*] ſcilicet conſilium, quod quaero.

32. *quid iſtuc*] i. e. quomodo hoc arbitraris. v. Bentl. ad h. l.

35. *te indulgebant*] antique pro *tibi* ut in Eun. II. 1. 16. ubi v. Donat.

Poſtquam vere [60]) inventa eſt, inventa eſt cauſa qua te expellerent.
CL. Eſt veriſimile. SY. An tu ob peccatum hoc eſſe illum iratum putas?
CL. Non arbitror. SY. Nunc aliud ſpecta. Matres omnes filiis
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent eſſe; id non fit. CL. Verum dicis. quid ergo [61]) nunc faciam Syre? [62])
SY. Suſpicionem iſtam ex illis quaere. Rem profer palam.
Si non eſt verum, ad miſericordiam ambos adduces cito.
Aut ſcibis cuius ſis. [62 a]) CL. Recte ſuades, faciam. SY. [63]) Sat recte hoc mihi
In mentem venit. Namque adoleſcens quam in minima ſpe ſitus erit,
Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiam haud [64]) ſciam, anne *) uxorem ducat, ac Syro [64 a]) nihil gratiae.

60) vel vera. *Sic edit.* 61) vel ego 62) o Syre 62 a) filius. 63) ſecum loquitur 64) *mutatum in* hoc *) *edit.* an *improbante Bentl.* 64 a) mihi.

---

*filia vera*] i. e. non ſuppoſita. Veram filiam opponit Clitiphoni, quem aliunde adſumtum putabat. Sic ſi locus capitur, non opus eſſe videtur emendatione Bentleii. Ita Sueton. in Calig c. 19.

39. *paterna iniuria*] quam patres inferunt filiis, non quae patribus infertur a filiis. Eodem ſenſu eſt *iniuria parentum* ſupra I. 2. 30.

44. *quam minima tam facillime*] cum praecedit *quam* cum ſuperlativo, interdum ſequitur *tam* cum ſuperlat. in Ad. III. 4. 56. Salluſt. in Iug. c. 31. ubi v. Cortium.

*in ſpe ſitus*] i. e. ſpem habens. Notanda haec locutio ut rariſſima.

45. *patris pacem in leges*] i. e. patrem ſibi reconciliabit conditionibus, quibus ille volet. Plaut. in Aſinar. I. 3. 81. *quod poſcis in leges meas dabo.* Liv. XXXIII. 30. *pax data Philippo in has leges eſt.*

Quid hoc autem eſt?**) ſenex [65]) exit foras, ego fugio. adhuc quod factum eſt
Miror, non iuſſiſſe ilico arripi me. hinc nunc ad Menedemum *) pergam.
Eum mihi precatorem paro; ſeni noſtro nihil fidei habeo. [66])

(Actus V. Scena III. SOSTRATA. CHREMES.)

SO. [67]) Profecto [68]) niſi tu caves homo, [69]) aliquid gnato conficies mali
Idque adeo miror, quomodo
Tam ineptum quicquam tibi venire in mentem! mi vir potuerit.
CH. Oh Pergin mulier? [70]) *) Eſſe nullam ne ego rem unquam in vita mea volui,
Quin tu in ea re mihi advorſatrix fueris Soſtrata?
At ſi rogitem iam quid eſt quod peccem, aut quam ob rem id faciam, neſcias [71])
In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? SO. Ego neſcio [72])
CH. Immo ſcis potius [73]) quam quidem redeat ad integrum *) eadem oratio.

**) *ed. omitt.* eſt *probante Bentl.* 65) Chremes *) *edit. add.* hunc *et omitt.* hinc nunc. *Bentl. diſting. poſt* hinc *et ponit* hunc *poſt* Mened. 66) credo 67) Soſtrata uxor Chremetis videns filium ſuum Clitiphonem triſtari ob animum patris, contra ſe commotum, dicebat Chremeti viro ſuo 68) certe 69) meus ſcilicet vir 70) amplius loqui *) *edit. add.* odioſa *et diſting. poſt* eſſe *quae vox pariter delenda eſt iudice Bentl.* 71) reſpondere 72) in quo tibi reſiſto 73) antequam haec verba proferes *) *edit. add.* haec.

Act. V. Scen. 3.

4. *pergin mulier eſſe*] i. e. pergisne moleſta, rixoſa eſſe? Nam *mulier* hic cum magna vi dicitur Petron. c. 42. *ſed mulier quae mulier milvinum genus.* v. Rutil. Lup. I, 43. et quae ibi diximus.

7. *reſtas*] i. e. reſiſtis, adverſaris. Ovid. Faſt. II. 749. *victa cades, melioribus reſtas.* Salluſt. in fragm. 955. v. Gronov. ad Liv. IV. 58. et XXVI. 3.

8. *ſcis potius*] immo potius concedam te ſcire.

SO. Oh iniquus es, qui me tacere de re tanta 74) poſtules.
CH. Non poſtulo; iam loquere. nihilhominus *) ego hoc faciam tamen.
SO. Facies? CH. Verum. SO. Non vides quantum mali ex ea re excites?
Subditum 75) ſe ſuſpicatur. CH. Subditum. ain tu? SO. Certe inquam mi vir.
CH. Confitere tuum non eſſe. SO. Ah. obſecro te, iſtuc *) inimicis noſtris ſiet.
Egone confitear meum non eſſe filium qui ſit meus?
CH. Quid metuis? **) Ne non cum velis convincas eſſe illum tuum?
SO. 76) Quod filia eſt inventa? 77) CH. Non. Sed quo *) magis credendum ſiet,
Id 78) quod eſt conſimilis moribus 79)
Convincas facile ex te natum. Nam tui ſimilis eſt probe.
Nam illi nihil vitii eſt relictum, quin itidem ſit *) tibi.
Tum praeterea talem 80) nulla 81) niſi tu pareret filium.

74) filio *) *edit.* nihilo minus 75) ſervum *) *edit.* iſtud. **) *edit. interrogat poſt* quid 76) eo quod 77) abiicietur filius *) *edit.* quod *improbante Bentl.* 78) per hoc 79) tuis. Contumelioſe increpat eam *) *edit.* ſit et idem *improb. Bentl.* 80) moribus amarum 81) mulier.

---

12. *ſubditum*] *ſubdere* proprie eſt falſum in veri locum ſupponere, quod etiam *ſubiicere* et *ſupponere* dicunt. Liv. XL. 9. *iſti unum Demetrium filium te habere, me ſubditum et pellice genitum adpellant.* Tacit. Annal. XIV. 40. Sueton. in Ner. c. 7. ubi v. Oudendorp. Vulgo cives ſubiectos barbare vocant *ſubditos.*

*ſic erit*] pro *ſic eſt.* fut. pro praeſenti. v. in Phorm. V. 3. 18.

13. *iſtuc inimicis ſit*] De hac abominandi formula. v. Brouckhuſ. ad Propert. III. 6. 20. et not. ad Eun. IV. 3. 13.

Sedipſe 82) egreditur, quam ſeverus. 83) Rem cum videas cenſeas.

(Actus V. Scena IV. CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.)

CL. 84) Si umquam ullum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi
Fuerim dictus filius tuus tua voluntate, 85) obſecro
Eius 86) ut memineris, atque inopis nunc te miſereſcat mei,
Quod 87) peto aut 88) volo parentis meos ut commonſtres mihi.
SO. Obſecro mi 89) gnate, ne iſtuc in animum inducas tuum,
Alienum eſſe. CL. Sum. 90) SO. Miſeram me. hoccine quaeſiſti 91) obſecro?
Ita mihi atque huic 92) ſis ſuperſtes, ut ex me atque hoc natus es.

82) Clitipho 83) triſtis 84) Clitipho ſecundum conſilium Syri exorat matrem ſuam Soſtratam quatenus ei dicat qui ſunt eius parentes 85) non natura 86) temporis 87) propter quod 88) vel an [*forte* ac] 89) o mi 90) alienus 91) huc 92) patri tuo.

---

21. *rem cum videas cenſeas*] i. e. cum hominem intus noveris, cenſeas ſeverum eſſe. Eſt ſarcasmus quem recte cepit Bentl.

Act. V. Scen. 4.

1. *ſi ullum unquam fuit tempus cum ego voluptati tibi fuerim*] Hoc elegantiſſima circumſcriptione dicitur pro: ſi unquam tibi voluptati fuerim Cic de Orat. I. 1.

6. *alienum*] *alienus* eſt qui non pertinet ad familiam. Hinc *propinqui* et *alieni* opponuntur a Cicer. de Amicit c. 5. et pater qui filium alteri mancipio dat, eum dicitur *alienare*. v. interpret. ad Liv. XLI. 8.

7. *ita mihi atque huic ſis ſuperſtes*] i. e. quam ſancte opto et voveo, ut mihi et patri tuo ſuperſtes ſis tam ſancte tibi affirmo. Solenne piorum parentum votum eſt, ut liberos ſibi ſuperſtites relinquant. v. Ovid. I. 101. et Briſſon. de form. VIII. p. 684.

Et cave poſthac, ſi me amas, unquam iſtuc verbum ex te audiam.
CH. At ego, ſi me metuis, 93) mores cave in te eſſe iſtos ſentiam.
CL. Quos? CH. Si ſcire vis, ego dicam. Gerro, 94) iners, 95) fraus, helluo, 96)
Ganeo, 97) damnoſus 98) Crede, et noſtrum te eſſe credito. 98 a)
CL. Non 99) ſunt haec parentis dicta. CH. Non, ſi ex capite ſis meo
Natus, Item ut aiunt Minervam eſſe ex Iove, ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri.

93) o Clitipho 94) Gerro inſipiens nominatur. Gerra enim dicitur piſcis nullius ſaporis, non aptus cibis. Aliqui dicunt machinamentum bellicum quo quondam uſi ſunt Romani ad expugnandos muros, ſed nihil proficere potuerunt. Hinc Clitiphonem inefficacem et ſine effectu vult ſignificare 95) piger 96) gutto. vorax 97) luxurioſus 98) diſpendia inferens 98 a) ſi haec caves 99) *Sic, credo, primo lectum fuit in codice, nunc vocabulum eraſum nec aliud ei ſubſtitutum. Habent editiones.*

---

10. *gerro*] eſt homo levis et ineptus. v. Feſt. in hac voce.

11. *ganeo*] i. e. qui ganea frequentat. *Ganea* vel *ganeum* eſt locus vino, epulis, aleae, libidini deſtinatus. v. Voſs. in Etymol.

*damnoſus*] *damnoſus* eſt, qui facultatibus ſuis damnum affert, prodigus, profuſus. Suet. in Ner. c. 31. *non in alia re damnoſior, quam in aedificando* ubi v. Graev. Sic *damna* dicuntur pro impenſis, ſumtibus. Quinctilian. declamat. 337. v. Menagium in amoenitatib. Iuris c. 39.

13. *ea cauſa*] ſupplendum *tamen*. Nam *ſi*, quod praecedit, ponitur pro *etſi*. Saepe *tamen* deeſt poſt *etſi* et *quanquam* in Ad. II. 1. 5. in Hec. IV. 4. 26. *etſi iam dudum fuerat ambiguum hoc mihi nunc non eſt.* v. quae annotavim. ad Aquil. Roman. iunctum Rutil. Lupo p. 190.

SO. Dii iſtaec prohibeant. CH. Deos neſcio. Ego quod potero enitar *) 99a) ſedulo.
Quaeris id quod habes parentis, quod abeſt non quaeris? patri 1)
Quomodo obſequere, 2) et ut ſerves 3) quod labore 4) invenerit? 5)
Non mihi 6) per fallacias adducere ante oculos. 7) Pudet 8)
Dicere 9) hac praeſente 10) verbum turpe. at te *) nullo modo
Piguit facere. CL. Eheu. quam ego nunc totus diſpliceo mihi.
Quam pudet. Neque quod principium incapiam 11) ad placandum ſcio.

(Actus V. Scena V. MENEDEMUS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.)

MEN. 12) Enimvero Chremes nimis graviter cruciat adoleſcentulum 13)

*) *edit. omitt.* enitar. 99a) conar [lege conabor] 1) ſcilicet 2) obſequeris 3) conſerves 4) pater tuus 5) vel; 6) docuerat [*lege* decuerat] 7) meretricem 8) me 9) ſcilicet dicere 10) matre tua *) *edit. add.* id 11) vel incipiam. inveniam 12) Menedemus alloquitur Chremen ut acceleret nuptias ſive ut ignoſcat filio ſuo Clitiphoni ſi aliquid peccaſſet 13) filium ſuum.

---

15. *Dii iſtaec*] ſcilicet prohibeant. Formula abominandi. — *Deos neſcio*] ſcilicet an prohibituri ſint. Sic ſupra II. 4. 16. *neſcio alias* h. e. quid aliae fecerint neſcio.

20. *diſpliceo*] *diſplicere ſibi* dicuntur, qui dolore afficiuntur, quos poenitet facti. Cic. ad Attic. II. 18. 21. *diſpliceo mihi nec ſine ſummo ſcribo dolore.* Pro eo Terentius in Hec. IV. 1. 28. dicit *ſe ipſum odiſſe.*

21. *principium incipiam*] Inſolens locutio. Bentleius e veſtigiis veterum librorum legit *neque quod principium captem,* ut captare tempus, occaſionem et alia.

Nimiſque inhumane. Exeo [14]) ergo ut pacem conciliem; optume
Ipſos [15]) video. CH. He hem Menedeme cur non arceſſi iubes
Filiam et quod [16]) dotis dixi firmas? SO. Mi vir
Te obſecro ne facias. [17]) CL. Pater obſecro ut mihi ignoſcas. MEN. Da veniam Chreme.
Sine [18]) te exorem. CH. Egone [18 a]) mea bona ut dem Bacchidi dono [18 b]) ſciens?
Non faciam. ME. At *) nos non ſinemus. CL. Si me vivum vis pater
Ignoſce. SO. Age Chremes. ME. Age quaeſo ne tam obfirma te Chremes.
CH. Quid iſtic? Video non licere ut coeperam hoc pertendere.
ME. Facis ut te decet. [19]) CH. Ea lege hoc adeo [20]) faciam, ſi id [21]) faciat, *)
Quod ego hunc aequum [22]) cenſeo. CL. Pater omnia faciam. Impera.
CH. Uxorem ut ducas. [23]) CL. Pater. [24]) CH. Nihil audio. ME. Ad me recipio.

14) Pergo 15) patrem et filium 16) quantum 17) ne crucies filium tuum 18) permitte 18 a) vultis ut (an) placeat 18 b) in dono *) *edit. add.* id *improbante Bentl.* 19) ſi reconcilies filio tuo 20) certe 21) ſi hoc *) *edit.* ſi facit 22) dignum 23) volo. 24) ſcilicet non. vel?

---

Act. V. Scen. 5.

2. *pacem*] i. e. concordiam inter patrem et filium. v. ſupra V. 2. 45.

8. *ne obſirma*] h. e. ne obſtinate et pertinaciter in propoſito perſiſte. v. not. ad Eun. II. 1. 11.

9. *pertendere*] h. e. eo usque tendere, tunc perficiam.

12. *nil audio*] i. e. nullam excuſationem accipio.

*ad me recipio*] i. e. promitto, ſpondeo ſcilicet ipſum uxorem ducturum. Plautus in Mil. glor. II. 2. 74. *tute unus ſi recipere hoc ad te dicis, confidentia eſt.* Eodem ſenſu *recipio in me* dicit Cic. ad Div. XIII. 17. Abſolute *recipere* eſt in Phorm. V. 7. 9.

Faciet.[25]) CH. Nihil etiam audio ipſum. CL. Perii. SO. An dubitas Clitipho?[26])
CH. Immo utrum vult.[27]) ME. Faciet omnia. SO.*) Haec dum incipias[28]) gravia ſunt,
Dumque ignores, ubi cognoris, facilia. CL. Faciam pater.
SO. Nate*) mi ego pol tibi dabo puellam lepidam,[29]) quam tu facile ames,
Filiam[30]) Phanocratae noſtri. CL. Rufamne illam virginem
Caeſiam,[31]) ſparſo[32]) ore, adunco[33]) naſo? non poſſum pater.
CH. Ut elegans[34]) eſt;[35]) credas[36]) animum ibi eſſe.[37]) SO. Aliam dabo.

25) in mea providentia illum recipio ut faciat quod vis 26) o Clitipho 27) faciat *) *Edit. Zeun. tribuit Syro, lapſu operarum* 28) o fili *) *edit.* gnate 29) honeſtae formae 30) videlicet 31) lenticuloſam (?) vel oculis folineis (?) atque viridibus 32) magno 33) curvo 34) ut peritus eſt filius meus in eligendo 35) vel? 36) illius 37) intentum.

---

13. *an dubitas*] i. e. an recuſas, an tergiverſaris. Cic. ad Div. XIII. 9.

16. *lepidam*] i. e. venuſtam. *Lepor* et *lepidus* habent quidem domicilium in verbis, ſed transferuntur ad alia quae delectationem afferant. v. Manut. ad Cic. ad Div. VII. 1.

18. *caeſiam*] i. e. quae habet oculos glaucos vel caeruleos. Saepe Minervae caeſii oculi tribuuntur. v. Heinſ. ad Ovid. art. amat. II. 659. Sed non omnes hunc oculorum colorem probaſſe patet etiam ex Hec. III. 4. 26.

*ſparſo ore*] *ſparſum os* dicitur vultus rufis oculis diſtinctus, lentiginoſus. *Spargere* eſt diſtinguere. Virgil. Ecl. II. 41. ubi v. Burmann. Sparſum os lentiginoſum vocat Valer. Maxim. I. 7. 6. ubi v. interpretes, inprimis Bentl. ad Hec. III. 4. 27.

18. *adunco naſo*] *aduncus naſus* in virginis vitio ponitur. Modice aduncum in pulcherrima Aſpaſia laudat Aelianus Var. Hiſtor. XI. 1. in viris naſus aduncus magni animi index habebatur.

19. *elegans*] i. e. faſtidioſus in eligendo. v. Not. ad Eun. III. 1. 18.

*animum ibi eſſe*] i. e. cogitare de eligenda uxore.

CL. Quid iſtic? quandoquidem [38]) ducenda eſt. egomet habeo propemodum
Quam volo. SO. Nunc laudo gnate. [39]) CL. Archonidis *) filiam.
SO. Perplacet. CL. Pater hoc nunc reſtat. [40]) CH. Quid? CL. Syro ignoſcas volo,
Quae [41]) mea cauſa fecit. CH. Fiat. ω Vos valete et plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

38) ſiquidem 39) te o gnate *) *edit.* Archonidi huius 40) habeo mihi inventam. *Haec nota referenda videtur ad* filiam *verſu praec.* 41) ea quae.

# CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 5. in nota 22) *tranſpoſite* dele.
P. 7. lin. 16. *poſt* auleam *inſere:* (*lege* aulaea) vid. praefat.
P. 12. in notis 39) *poſt* reliquum *inſere* (*forte* reliquorum *vel* reliquarum)
— — — *pro* antiquum *lege* antique. (*id eſt: ita olim abbreviatum eſt*)
P. 17. in notis 67) D. M. *explicandum eſt* dolo malo, *quam abbreviaturam eſſe ſeculi* VIII. *aſſerit Waltherus in lex. diplomat. Caeterum* dolo malo *occurrit apud Terent. infra pag.* 208. *lin.* 3.
P. 23. not. 30) *pro* dicebant *l.* dicebânt.
P. 35. in text. l. 2. *pro*, *pone.*
P. 36. in text. *l. ult. pro* mirabor *l.* mirabar
P. 52. l. 3. *pro* rogat *l.* roget.
P. 53. not. *) ſign. interrogat. non eſt mend. typograph. Nondum tamen poenitet ſententiae, melius cum MS tolli.
P. 62. not. 65) *poſt* una pars *inſere*: (*vult dicere* ne utiquam ſeparanda non ſunt.)
P. 66. in textu l. 1. *expunge* 99.)
P. 72. in t. verſu 25. *poſt* id *pone* *) et in notis *poſt* 80) *inſere* *) *ed. om.* id.
P. 73. not. 88) *poſt* vel ſe *inſere: edit.* ſe.
P. 75. in t. v. 9. *pro* in in *l.* in *ſemel.*
P. 76. not. 30) *pro* Pamphilum *l.* in Pamphilum.
P. 77. not. 36) *poſt* vel non *inſere:* (*ſupple det*) *Suntne igitur codices qui praeferunt* non det?
P. 81. in t. verſu 16. pro *huc l.* hic.
P. 85. in t. v. 16. *dele* SI.
P. 88. in t. v. 38. *pro* exemplo *l.* extemplo.
P. 99. in t. l. penult. *poſt* Perii *inſere* PAM.
P. 102. in t. v. 14. *pro tranquiliſſima l.* tranquilliſſima.
P. 107. in t. v. 29. *praeſcribe* CH.
P. 110. in not. 34) *pro* mane *l.* expecta.
P. 118. in t. v. 4. *pone? poſt* reſpondes.
— — in not. 40) *pro* fide *l.* filia.
— — in not. 45) *pro* illam *l.* illum.
P. 122. in t. v. 34. *pro* poſitum *l.* poſitum.
P. 123. in not. *) *pro hoc l.* ah ne
P. 126. in t. v. 12. *pro* 43) *l.* 47.)
P. 134. in not. 30) *poſt* ecquid *l. et ſic edit.*
P. 144. in not. *) optem *praepone edit.*
P. 150. in not. 20) *pro* deveni *l.* devenit.
P. 164. in t. v. 41. TH. *poſt* TH. *dele.*
— — in not. 2) nutrire *l.* 3) nutrire.
P. 167. in dictat. ad v. 71. *pro* ἀτος *l.* ὀυτος.
— — in dictat. ad v. 71. *pro* plilol. *l.* philol.
P. 178. in not. *) ſeclum *praepone edit.*
— — dict. ad nitor) *pro* qui veſtitus *l.* qui nitor veſtitus.
P. 180. in not. 81) *pro* coetarii *l.* cetarii.
— — in not. 82) *pro* marcellarii *l.* macellarii.
— — in not. 85) *pro* Platonci *l.* Platonici.

P. 181. in t. v. 36. *pro* . pone,)
P. 183. in t. v. 55. *praepone* GN.
P. 195. in t. v. 90. *dele* PAR.
P. 201. in t. v. 43. *pro* metuebunt *l.* metuebant.
P. 203. in t. v. 5. *ad* THR. *in notis adſcribe edit. praeferre* GN.
P. 205. in not. 71) quomodo. *Adde: haec nota ad ſequens* qui *pertinere videtur.*
P. 206. in t. v. 46. *pro* *) pone. **)
P. 210. in t. l. pen. *pro* 24) *l.* 25)
— — in not. 21) *pro* Pythias *l.* Thais.
P. 214. in t. v. 25. *Ad finem pone* ?
P. 215. in t. v. 30. *praepone* CH.
P. 220. in t. v. 12. *poſt* 57) *pone* *) *cum hac nota: edit.* tendere inde ad iurgium.
P. 234. not. 25) *pro* eſt *l.* eſto.
P. 236. in t. v. 24. *praepone* THR.
P. 238. in t. v. 38. *pro* TH. *l.* THR.
P. 242. in not. 39 a) vel occidito. *Adde:* vel *h. l. non indicat variam lectionem ſed denotat* etiam, ſogar.
P. 248. in t. v. 4. *pro* in *l.* ei
— — in not. 18. *poſt* mentem *adde punctum* et *inſere:* (*l. mente*)
P. 258. in not. *) *pro* ineptas *l.* inceptas.
P. 263. in t. v. 38. *pro* TH. *l.* PH.
P. 265. in t. v. 53. *praepone* PH.
— — in t. v. 54. *dele* . *poſt gregem.*
P. 275. in t. v. 48. *pro* 85) pretium *l.* pretium 85). nota 86) *optime ad* avare *referri poteſt.*
P. 280. in t. v. 57. *pro* 33) *pone* 53).
— — in t. v. 67. *pro* et ſi *l.* Etſi *praemiſſo puncto, pro* incoeptum *l.* inceptum.
P. 281. in t. v. 84. *poſt* faciam *pone* punctum notae 84) *praepone:* *) *edit. ponit comma pro puncto.*
P. 282. in not. 85) *poſt* parce *adde* vivens.
P. 283. in not. 5. *pro* earum *l.* carum.
P. 284. v. 115. *pro* excuſſit *l.* excuſſit.
P. 288. in not. 81) *pro* poteſt *l.* potes.
P. 295. *ante not.* 3) *pone:* 2) Antiphilam.
P. 309. in t. v. 42. *pro* ancilles *l.* ancillas.
p. 316. *poſt* not. 75) ſeni *adde:* *) *edit.* Iocone.
P. 318. in t. v. 4. *numerum* 99) *adſcribe voci* adeo˙ et 99) *muta in* 1) et 1) *in* 2 *atque* 2) *verſu* 5 *dele.*
P. 319. in not. *) *edit. add.* times. *Pro* times *l.* hinc.
P. 320. in t. v. 16. *pro* cere *l.* facere.
— — in not. 34) *pro* qui non *l.* quin.
P. 327. poſt not. 78) adde: *edit.* Cliniam.
P. 328. v. 51. *pro* huc *l.* hac.
P. 335. poſt not. 65) *) *pro* Dionyſio *l.* Dionyſia.
P. 336. in t. v. 21. *praepone* SY. τῷ Sequere.
— — in not. 82) ſcilicet etc. *pro* 82) *l.* 83).
P. 340. in not. 38) *pro* in iuſtitiam *l.* iniuſtitiam.
P. 343. in not. poſt 78) *) *pro* num *l.* nunc.
P. 345. in not. 2) *poſt* meum *adde* (*l.* tuum)
P. 346. in t. v. 33. *ad* ſciente *annota: edit.* ſcientem.

LL
T316Br

Terence
Comoedi ae s

| DATE. | N |
|---|---|
| | |
| | |
| | |
| | |
| | |
| | |